lj. A Hec dicit dñs deus. Audite me qui sequimini qđ iustum est: & queritis dñm. Attendite ad petram vnde excisi estis: et ad cavernā laci, de qua precisi estis. Attēdite ad abraham patrem vestrū: & ad saram que peperit vos. Quia vnū vocaui eum & benedixi ei: & multiplicaui eū. Consolabitur ergo dñs sion: & cōsolabit oēs ruinas eius. Et ponet desertum ei⁹ quasi delitias: et solitudinē eius quasi hortū dñi. Gaudium & letitia inuenietur in ea: gratiarum actio & vox laudis. Attēdite ad me popul⁹ meus: & tribus mea me audite. Qr lex a me exiet: et iudiciū meum in luce populorū requiescet. Prope est iustus me⁹, egressus est saluator me⁹: et brachia mea pplos iudicabunt. Me insule expectabunt: et brachiū meum sustinebunt. Leuate oculos vestros in celum: et videte sub terra deorsū. Qr celi sicut fum⁹ liquescēt, & terra sicut vestimētum atteretur: & habitatores ei⁹ sicut hec interibūt. Salus autē mea in sempiternū erit: & iustitia mea nō deficiet. Audite me qui scitis iustum: populus meus, lex mea in corde eorū. Nolite timere opprobriū hoim: & blasphemias eorū ne metuatis. Sicut eñ vestimentū sic comedet eos vermis: & sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea: in gñatiões generationū.

iij. A Scdm Mattheū.



In illo tempore. Venit iohānes baptista: predicās in deserto iudee & dicens. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per esaiam prophetam: dicētem. Vox clamātis in deserto, parate viā dñi: rectas facite semitas eius. Ipse aūt iohannes habebat vestimētum de pilis camelorū: & zonam pelliceā circa lumbos suos. Esca autē eius erat locusta: & mel siluestre. Tunc exibat ad eū hierosolyma, & omnis iudea, & omnis regio circa iordanem: & baptizabātur ab eo in iordane cōfitentes peccata sua. ¶ Si vero sexta feria non vacauerit, predicta epistola & euangeliū omnino pretermittantur: & hoc per totū aduētum, & a **Dñe ne in ira.** vsq ad quinquagesimam, & ab oct. pasche vsq ad primā dñicam ante ascensionem dñi obseruetur. A **Deus omnium.** vero vsq ad aduētum dñi si quarta vel quīta feria nō vacauerit: tunc in sexta fer. legant epistola & euāgeliū de .iiij. fer. si vacauerit: sin autē, omnino pretermittant. Nunq eñ legant epistola & euangeliū de quarta fer. in scda fe. vel in tertia fer. neq epła & euāgeliū de sexta feria in quinta feria. Non eñ debet seruitium anticipari scdm vsum Sar. ¶ Dominica secunda aduentus. Ad missam. Officium



Populus siō ecce dominus veniet ad saluādas gētes: & auditā faciet dñs gloriam vocis sue in letitia cordis vestri. Esaie xxx. G

Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouē ioseph. Repetat offm. scilicet Populus sion. Gl'ia patri. Populus sion. Psalm⁹ lxxix. Oratio.

Excita dñe corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias: vt p eius aduentum purificatis tibi

mentibus seruire mereamur. Qui
tecum viuit & regnat. Lectio episto-
le beati pauli apostoli ad Romanos
xv. C Fratres. Quecũq; scripta sũt:
ad nostrã doctrinam scripta
sunt. Ut per patientiã & cõsolationẽ
scripturarum: spem habeamꝰ. Deꝰ
autẽ patientie & solatij det vobis id
ipsum sapere in alterutrũ secũdum
iesum christũ: vt vnanimes vno ore
honorificetis deum et patrẽ dñi no-
stri iesu christi. Propter qđ suscipite
inuicem: sicut & christꝰ suscepit vos
in honorem dei. Dico eñ christuz ie-
sum ministrũ fuisse circũcisionis p-
pter veritatem dei: ad confirmãdas
promissiones patrum. Gentes autẽ
super misericordia honorare deum:
sicut scriptum est. Propterea cõfite-
bor tibi in gẽtibꝰ dñe: & nomini tuo
cantabo. Et iterum dicit. Letamini
gentes: cũ plebe eius. Et iterũ. Lau
date oẽs gentes dñm: & magnifica-
te eũ oẽs populi. Et rursum esaias
ait. Erit radix iesse, & qui exurget re-
gere gentes: in eum gẽtes sperabũt.
Deus autem spei repleat vos omni
gaudio & pace in credendo: vt abun
detis in spe, & virtute spiritussancti.
ps. xlix. Gr. Ex sion species decoris eius: deꝰ noster
manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos
eius: qui ordinauerunt testamentum eius su-
Luce. per sacrificia. Alla. ℣. Uirtutes celi mo-
xxi. uebũtur: & tunc videbunt filium hominis ve-
nientẽ in nubibus celi cum potestate & maie-
state magna. Sequentia.
Regnantem sempiterna per se
cla susceptura concio deuota
concrepa, Diuino sono factori red
dendo debita. Qui iubilant agmi-
na celica eius vultu exhilarata.
Quem expectant omnia terrea eiꝰ
nutu examinanda. Districtum ad
iudicia, Clementem in potentia.
Tua nos salua christe clementia:
ppter quos passus es dira. Ad po-
li astra subleua nitida: qui sorde ter
gis secula. Influat salus vera effu-
gans pericula. Omnia vt sint mũ-
da tribue pacifica. Ut hic tua salui
misericordia. Leti regna post adea
mus supera. Quo regnas secula p
infinita. Euãg. Secũdum Lucam.



In illo tem- xxi. C
pore. Dixit
iesus discipulis su-
is. Erũt signa in
sole, & luna, et stel-
lis: et i terris pres-
sura gentium, pre
confusione sonitꝰ
maris et fluctuũ.
Arescentibus hominibus pre timo-
re & expectatione: que superuenient
vniuerso orbi. Nam virtutes celor
mouebunt: et tunc videbũt filiũ ho-
minis venientem in nube, cum pote-
state magna & maiestate. His aũt fie
ri incipientibꝰ: respicite et leuate ca-
pita vestra, qm̃ appropinquat redẽ-
ptio vestra. Et dixit illis similitudi-
nem. Uidete ficulneã & oẽs arbores.
Cum pducũt iam ex se fructũ: scitis
qm̃ prope est estas. Ita et vos cũ vi-
deritis hec fieri: scitote qm̃ prope est
regnũ dei. Amẽ dico vobis: quia nõ
pteribit generatio hec, donec omnia
fiant. Celum & terra transibũt: ver-
ba autẽ mea non transibunt. Offr.
Deus tu cõuertens viuificabis nos: & plebs Psalmꝰ
tua letabit in te: ostẽde nobis dñe miam tuã, lxxxiiij.
& salutare tuũ da nobis. ℣. Benedixisti dñe
terrã tuã, auertisti captiuitatem iacob: remi
sisti iniquitatẽ plebis tue. ℣. Misericordia &
veritas obuiauerũt sibi: veritas de terra or-
ta est & iustitia de celo pspexit. Secreta.
Placare quesumus dñe humi-
litatis nostre precibꝰ & hostijs:

⁊ vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre presidijs. Per dñm. Prefatio quotidiana. Co[m]o. Hierusalem surge ⁊ sta in excel-
Baruch iiii. G so, ⁊ vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo.

Postcommunio.

Refecti cibo potuq[ue] spiritualis alimonie supplices te domine deprecamur: vt huius participatione mysterij doceas nos terrena despicere: et amare celestia. Per dñm.

¶ Feria. iiij. hebdo. ij. aduentus. Ep[isto]la. Lectio zacharie prophete.

viii. A Hec dicit dñs deus exercituum Reuersus sum ad sion: ⁊ habitabo in medio hierusalem. Et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis: ⁊ mons dñi exercituum, mons sanctificatus. Hec dicit dñs deus exercituum. Adhuc habitabunt senes: et anus in plateis hierusalẽ: ⁊ viri baculus in manu ei[us] pre multitudine dierũ. Et platee ciuitatis cõplebuntur infantibus: ⁊ puellis ludentib[us] in plateis eius. Hec dicit dñs exercituũ. Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in dieb[us] illis (dicit dñs exercituum) nunquid in oculis meis difficile erit: dicit dñs exercituum: Ecce ego saluabo populum meum de terra oriẽtis, et de terra occasus solis: ⁊ adducã eos et habitabunt in medio hierusalem. Et erunt michi in populum: et ego ero eis in deum in veritate et in iustitia. Dicit dominus omnipotens.

Secundum Mattheum.

xi. B In illo tẽpore. Dixit iesus turbis ⁊ discipulis suis. Amen dico vobis: inter natos mulierum nõ surrexerit maior ioanne baptista. Qui autem minor est in regno celorũ, maior est illo. A diebus autem ioannis baptiste vsq[ue] nunc regnum celorum



vim patit[ur]: et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophete ⁊ lex: vsq[ue] ad ioannem prophetauerunt. Et si vultis recipere: ipse est helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.

¶ Feria sexta. Epistola. Lectio Esaie prophete.

Hec dicit dñs deus. Super muros hierusalem cõstitui custo- lxii. C
des: tota die et tota nocte in ppetuũ non tacebũt. Qui reminiscimini domini ne taceatis: et ne detis silentiũ ei donec stabiliat, et donec ponat hierusalem laudẽ in terra. Jurauit dominus in dextera sua: et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis: ⁊ si biberint filij alienigene vinũ tuum in quo laborasti. Quia qui congregabunt, illud comedent, ⁊ laudabũt dominum: et qui cõportant illud bibent in atrijs sanctis meis. Trãsite per portas, preparate viam populo, planum facite iter, ⁊ eligite lapides: et eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditũ fecit, in extremis terre. Dicite filie sion: ecce saluator tuus venit. Et ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus, redempti a dño. Tu autẽ vocaberis quesita ciuitas: et non derelicta.

Euangel. Secundum Joannem. i. B

In illo tempore. Joannes testimonium perhibebat de dño:

et clamabat, dicēs. Hic est quē dixi, q̄ post me ventur⁹ est, ante me fact⁹ est: q2 prior me erat. Et de plenitudie ei⁹ nos oēs accepim⁹: et gratiā pro gratia. Quia lex p moysen data est: gratia et veritas per iesum christum facta est. Deum nemo vidit vnq̄. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Dñica tertia aduētus domini. Ad missam. Officium.

Philip. iiij. A 
Audete in domino semper: iterū dico gaudete: modestia vestra nota sit omnib⁹ hominib⁹, dominus prope est, nichil soliciti sitis: sed in omni oratiōe petitiones vestre innotescāt apud deū. ℣. Et pax dei que exuperat omnē sensum: custodiat corda vestra et intelligētias vestras. Oratio.

Aurem tuam quesumus dñe precibus nostris accommoda: et mentis nostre tenebras, gratia tue visitationis illustra. Qui viuis et regnas. Ad corinthios.

j.iiij. A Fratres Sic nos existimet homo vt ministros christi: et dispensatores ministeriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis qs inueniatur. Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer, aut ab hūano die: sed neq3 meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, domin⁹ est. Itaq3 nolite ante tempus iudicare: quoadusq3 veniat dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit vnicuiq3 a deo. Grad.

ps.lxxix Qui sedes domine super cherubin excita potentiam tuam et veni. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Alleluia. ℣. Excita domine potētiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Sequentia.

Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta. Tu plebi tuā ostende magnam excitando potentiam. Presta illi dona salutaria. Quem predixerunt prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu veni domine arua.

Secundum Mattheum.


In illo tempore. Cum audisset ioannes in vinculis opera christi: mittēs duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui ventu- xj. A rus es: an alium expectamus? Et respondens iesus, ait illis. Eūtes renunciate ioanni que audistis et vidistis. Ceci vident, claudi ambulāt: leprosi mundātur. Surdi audiūt, mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autē abeuntib⁹: cepit iesus dicere ad turbas de ioanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatā? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plusq̄ prophetam. Hic est enim de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelū meū, ante faciem tuā: qui preparabit viā tuam ante te. Offer. Benedixisti domine Psalm⁹ terram tuam: auertisti captiuitatem iacob, lxxxiiij. remisisti iniquitatem plebis tue. ℣. Operuisti omnia peccata eorum: mitigasti omnem iram tuam. ℣. Ostende nobis domine mīam

tuam: et salutare tuum da nobis. Secreta.
Deuotionis nostre tibi domine quesumus hostia iugiter immoletur: que et sacri peragat instituta mysterij, et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per dn̄m.
Esaie Prefatio quotidiana. Cō̄io. Dicite pu
xxxv. B sillanimes cōfortamini et nolite timere: ecce deus noster veniet, et saluabit nos. Postcō̄io.
Imploramus domine clementiam tuam: vt hec diuina subsidia a vitijs expiatos, ad festa ventura nos preparēt. Per dominum.
Feria quarta quatuor temporū.
Ad missam. Officium.
Esa. xlv Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet saluatorem. ps. Et iustitia oriatur simul: ego dominus creaui eum.
Sequatur ōr̄o sine Dn̄s vobiscum. sed tantum cum Oremus. Oratio.
Presta quesumus omnipotēs deus: vt redemptionis nostre ventura solennitas, et presentis nobis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis premia largiatur. Per dom. Lectio esaie prophete.
ii. A In diebus illis. Dixit esaias, propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mōs domus domini in vertice montium: et eleuabitur super colles. Et fluent ad eū omnes gentes: et ibūt populi multi et dicēt. Venite, ascendamus ad mōtem domini: et ad domum dei iacob. Et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: quia de sion exibit lex, et verbum domini de hierusalem. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et cōflabunt gladios suos in vomeres: et lāceas suas in falces.
Non leuabit gens contra gentē gladium: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus iacob venite et ambulemus: in lumine domini dei nostri.
Gr. Tollite portas principes vestras: et ele ps. xxiij.
uamini porte eternales, et introibit rex glorie. V. Quis ascēdet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, et mundo corde. Hic nō repetatur grad. sed statim sequatur Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.
Festina quesumus dn̄e ne tardaueris: et auxiliū nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui cōsolationibus subleuentur, qui in tua pietate cōfidūt. Qui viuis et regnas cū deo patre. Hic dn̄r memorie consuete. Lectio esaie prophete.
In diebus illis. Locutus est do vii. B
minus ad achaz, dicens. Pete tibi signum a dn̄o deo tuo in profundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petā: et nō tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet, et pariet filiū: et vocabit nomen eius emmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum, et eligere bonum.
Grad. Prope est dominus omnibus inuocā ps. cxliiii.
tibus eū: omnibus qui inuocant eum in veritate. V. Laudem dn̄i loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius.
Repetatur gradale. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.
In illo tempore. Missus est an i. C
gelus gabriel a deo, in ciuitatē galilee (cui nomen nazareth) ad virginem despōsatam viro, cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomē virginis maria. Et ingressus ange-



lus ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce cōcipies in vtero, & paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus, et fili⁹ altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum, et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelū. Quomodo fiet istud: quoniā virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanct⁹ superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua, et ipsa cōcepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dn̄i. Fiat michi, secūdū
Lu. j. C verbum tuum. Offr. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. ℣. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et dicitur cum suo versu. Secreta.

SAlutari ieiunio competentes domine hostias immolam⁹: presta, vt ad natiuitatem panis eterni, his officijs preparemur. Per eūd. Prefatio quotidiana. Cōio. Ecce virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur nomen eius emmanuel. Esa. vii. Postcommunio.

SAlutaris tui domine munere satiati supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu, renouemur effectu. Per dominum. ℭ Feria sexta quatuor temporum. Officium.

PRope esto domine, et omnes vie tue veritas, initio cognoui de testimonijs tuis, qr in eternum tu es. Ps. cxviii. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

EXcita domine potētiam tuam et veni: vt hi qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberētur. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate. &c.

Lectio esaie prophete.

HEc dicit dominus deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie et intellectus, spirit⁹ consilij & fortitudinis, spiritus sciencie et pietatis: et repleuit eū spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neqꝫ secundum auditū aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: et fides cinctorium renū eius. Grad. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terrā tuam: auertisti captiuitatem iacob. Repetatur grad. Secundum Lucam.

xj. A

Psalm⁹ lxxxiiii.



j.D In illo tempore. Exurgēs maria, abijt in montana cum festinatione, in ciuitatē iuda: et intrauit in domum zacharie, et salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna, et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutatiōis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Offer.

p.xxxiiii Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. V. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. V. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: veritas de terra orta est, et iustitia de celo prospexit. Secreta.

Sacrificijs quesumus domine salutaribus his diebus aptemur propensius: quibus illud est mysterium celebrandum, cui seruit omnis executio mandatorum. Per do. Prefatio quotidiana. Communio.

Ecce dn̄s veniet, et omnes sancti eius cū eo: et erit in die illa lux magna. Postcōio.

Perfice quesumus domine misericordiā tuam populo supplicanti: quem tuorum refectum largitate donorum, et instantius gratiam postulare maiorem: et fiducialius sperare concedas. Per dominū.

¶ Sabbato quatuor tēporum. Ad missam. Officium.



Veni et ostēde nobis faciem tuam domine qui sedes super cherubin: et salui erimus. ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. p.lxxix. Omnes oratiōes sine Dominus vobiscū. dicunt preter vltimam que est ante epistolam, sed tamē cū Oremus. Et oēs lectiones cū suis titulis legant. Oremus.

Deus qui cōspicis, quia ex nostra prauitate affligimur: cōcede propitius, vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate.

Lectio esaie prophete.

In diebus illis. Clamabūt ad dominum a facie tribulantis: xix.D et mittet eis saluatorē et propugnatorē, qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto: et cognoscent egyptij dominum in die illa. Et colent eum in hostijs et muneribus: et vota vouebunt domino, et soluent. Et percutiet dominus egyptum plaga: et sanabit eam. Et reuertētur ad dominū, et placabitur eis: et sanabit eos, dn̄s deus noster. Gr. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsque ad summum eius. V. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Non repetatur gradale: sed dicatur statim Oremus. Oratio. ps.xviii.

CONcede quesumus omnipotens deus: vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum viuit & reg. Lectio esaie prophete.

xxxv. A HEc dicit dominus. Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gloria libani data est ei: decor carmeli & sarō. Ipsi videbunt gloriā domini: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes: cōfortamini & nolite timere. Ecce deus noster vltionē adducet retributionis: deus ipse veniet, et saluabit nos. Tunc aperient oculi cecorum: & aures surdorum patebūt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: & aperta erit lingua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: et torrentes in solitudine. Et que erat arida in stagnum: et sitiēs in fontes aquarū. Ait dominus: omnipotēs.

ps. xviii. Gr. In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanq̄ sponsus procedēs de thalamo suo. V. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsq̄ ad summum eius. Oratio.

INdignos nos quesumus dn̄e famulos tuos quos actionis proprie culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduētu letifica. Qui tecum viuit et reg. Lectio esaie prophete.

xl. B HEc dicit dominus. Sup montem excelsum ascēde tu q̄ euāgelizās sion: exalta i fortitudine vocem tuam, qui euangelizas hierusalem. Exalta, noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dn̄s deus i fortitudine veniet: et brachiū eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Sicut pastor gregē suum pascet: in brachio suo congregabit agnos. Et in sinu suo leuabit eos dn̄s de⁹ noster.

Gr. Dn̄e deus virtutū cōuerte nos: & osten de faciē tuam et salui erimus. V. Excita dn̄e potentiā tuam, et veni: vt saluos facias nos. p. lxxix.

Sequatur Oremus. Oratio.

PResta q̄s omnipotēs deus: vt filij tui ventura solennitas, et presentis nobis vite remedia conferat, et premia eterna concedat. Per eūdem dn̄m. Lectio esaie prophete.

HEc dicit domin⁹. Christo meo cyro cuius apprehendi dexteram, vt subiciā ante faciem eius gētes, et dorsa regum vertam. Et aperiam coram eo ianuas: et porte non claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre hūiliabo. Portas ereas conteram: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros abscōditos, et arcana secretorū reuelabo. Ut scias quia ego dominus qui voco nomen tuum deus israel: propter seruum meum iacob, et israel electū meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & nō cognouisti me. Ego dominus, et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te et non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidēte, quoniā absq̄ me non est deus. Ego domin⁹: & non est alter. Formans lucē et creans tenebras: faciens pacem, et creans malum. Ego dominus: faciens omnia hec. Rorate celi desup: & nubes pluāt iustū. Aperiatur terra, et germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego dn̄s: creaui eū. Gr. Excita dn̄e potētiam tuam & veni: vt saluos facias nos. V. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph, qui sedes super cherubin: appare coram ephraim, beniamin, et manasse. p. lxxix.

Sequitur Oremus. Oratio.

PReces populi tui q̄sumus domine clementer exaudi: vt qui iuste p̄ peccatis nostris affligimur, pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vni. ꝛc. Lectio danielis prophete.

iii. E AngeIus domini descendit cū azaria et socijs eius in fornacem: et excussit flammā ignis de fornace, et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadragintanouem: et incendit quos reperit iuxta fornacem de chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autē omnino non tetigit ignis, neq̄ cōtristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore: laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace, dicentes. Duo clerici de secunda forma in superpellicijs ad gradum chori cantent tractum sequentem.

Dañ. iii BEnedictus es domine deus patrū nostrorum. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idē repetat. Clerici versus. Et benedictum nomē glorie tue quod est sanctum. Chorus dicat. Et laudabile ⁊ gloriosum in secula. Clerici. ℣. Benedictus es in tēplo sancto glorie tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣. Bñdictus es super sceptrū regni diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣. Benedictus es qui sedes super cherubin intuens abyssos. Chorus. Et laudabilis et gloriosus in secula. Clerici. ℣. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum. Chorus. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. Clerici. ℣. Benedicant te omnes angeli et sancti tui. Chorus. Et laudēt te et glorificent in secula. Clerici. ℣. Benedicant te celi, terra, mare, et omnia que in eis sunt. Chorus. Et laudent te et glorificēt in secula. Clerici. ℣. Gloria patri et filio ⁊ spiritui sancto. Chorus. Et laus et honor, potestas et imperium. Clerici. ℣. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. Chorus. Et laus et honor, potestas et imperium. Deinde clerici reincipiāt primū versum tract⁹, ⁊ percantet a choro, ⁊ postea dicat sacerd. Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede ꝓpitius, vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorum. Per dominū. Hic dicūtur memorie cōsuete. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

FRatres. Rogamus vos per aduentum domini nostri iesu christi, et nostre cōgregationis in ipsum: vt non cito moueamini a vestro sensu, neq̄ terreamini. Neq̄ per spiritum, neq̄ per sermonē, neq̄ per epistolā tanq̄ per nos missam: quasi instet dies domini. Ne q̄s vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum, ⁊ reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduersatur et extollitur sup omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat: ostendens se tanq̄ sit deus. Non retinetis quoniā cum adhuc essem apud vos, hec dicebam vobis? Et nūc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tēpore. Nam mysteriū iam operatur iniquitatis tantū: vt qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quē dominus iesus interficiet spiritū oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui. Duo clerici de secunda forma in cappis nigris: hoc est in habitu quotid.

ij. ij. A

ad gradum chori simul dicāt totum et integrum istum tractum.

ps.lxxix. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin, appare coram ephraim, beniamin, et manasse. ℣. Excita domine potētiam tuam, et veni: vt saluos facias nos.

Secundum Lucam.

iij. A Anno quintodecimo imperij tyberij cesaris: procurante pontio pilato iudeam, tetrarcha aūt galilee herode, philippo autē fratre eius tetrarcha ituree et traconitidis regionis, et lysania abyline tetrarcha: sub principibus sacerdotum anna et caipha, factum est verbū domini super ioannem zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iordanis predicans baptismū penitentie, in remissionem peccatorū: sicut scriptum est in libro sermonū esaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Oīs vallis implebit: et oīs mōs et collis humiliabit. Et erunt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei.

zacha. ix. C Offr. Exulta satis filia sion, pdica filia hierusalē: ecce rex tuus venit sanctus et saluator. ℣. Loquetur pacem gētibus, et potestas eius a mari vsq ad mare, et a flumine vsq ad terminos orbis terre.

Secreta.

Super has hostias fidelissi domine quesumus propitio vultu respice: et quia nostris meritis nō valemus: his potius muneribus tuo occursui commendemur. Qui viuis et reg. Prefatio quotidiana. Cōio.

ps.xviij. Exultauit vt gigas ad currendam viam: a summo celo egressio eius, et occursus eius vsq ad summum eius. Postcōmunio.

Quesumus domine deus noster, vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remediū esse facias et futurum. Per dominū.

¶ In quacunq feria dies natiuitatis domini cōtigerit: semper ieiunia quatuor tempor in tertia hebdomada aduentus domini celebrentur.

¶ Dominica quarta aduentus domini. Ad missam. Officium.



Memēto nostri domine in beneplacito ppli tui: visita nos in salutari tuo, ad viuendum in bonitate electorū tuorū in letitia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. ps.cv.

ps. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Kyrie eleison.

Oratio.

Excita quesumus dñe potentiā tuam et veni, et magna nobis virtute succurre: vt per auxiliū gratie tue qd nostra peccata prepediūt: indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui viuis. Lectio epistole beati Pauli apostoli: ad Philippenses.

Fratres. Gaudete in dño semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit oībus hoībus. Dñs prope est. Nichil soliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cū gratiarū actione, petitiones vestre innotescāt apud deū. Et pax dei q exuperat omnē sensum: custodiat corda vestra, et intelligētias vestras. In christo iesu dño nostro. iiij. A

Gr. Prope est dñs oībus inuocantibus eū: oībus qui inuocāt eum in veritate. ℣. Laudem dñi loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. ps.cxliiij.

Alla. ℣. Ueni domine, et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemus omnes vna. Deo nostro: q creauit omnia. Per

quē cuncta cōdita sunt secula. Celū
quod plurima luce corruscat, et diuer
sa sydera.. Sol mūdi schema, no-
ctium decus luna, ceteraqꝫ splenden
tia. Mare, solū, alta, plana: ac ꝓfun
da flumina. Aeris ampla spatia, q̄
discurrunt aues: venti atqꝫ pluuia.
Hec simul cūcta: tibi deo soli patri
militant. Nunc et in euum sine fine
per secla: laus eorū tua gloria. Qui
pro salute nostra prolē vnicam. Pa-
ti in terram misisti sine culpa: sed ob
nr̄a delicta. Te trinitas precamur:
vt corpora nostra et corda. Regas
et protegas: et dones peccatorum ve
niam. Secundum Joannem.



j. A In illo tpe. Miserunt iudei ab
hierosolymis sacerdotes et le-
uitas ad ioānē: vt interrogarēt eū.
Tu quis es? Et confessus est: et non
negauit. Et cōfessus est: qꝛ non sum
ego christus. Et interrogauerūt eū.
Quid ergo? Helias es tu? Et dixit.
Non sum. Propheta es tu? Et respō
dit. Non. Dixerūt ergo ei. Quis es,
vt respōsum demus his qui miserūt
nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego
vox clamātis in deserto: dirigite viā
dn̄i: sicut dicit esaias propheta. Et q̄
missi fuerāt, erāt ex phariseis. Et in-
terrogauerunt eum: et dixerunt ei.
Quid ergo baptizas si tu nō es chri
stus, neqꝫ helias, neqꝫ ꝓpheta? Respō
dit eis ioānes, dicēs. Ego baptizo in
aqua: medius autem vestrum stetit,
quē vos nescitis. Ipse est q̄ post me
vēturus est, qui ante me factꝰ est: cu-
ius ego non sum dignus vt soluam
eius corrigiam calceamēti. Hec in be
thania facta sunt trans iordanem:
vbi erat ioannes baptizans. Offer.
Confortamini, et nolite timere: ecce enim Esaie
deus noster retribuet iudicium: ipse veniet et xxxv. B
saluos nos faciet. Vsus. Tunc aperientur
oculi cecorum: et aures surdorum audient:
tunc ascendet claudus quasi ceruus, et clara
erit lingua mutorum. Secreta.
Sacrificijs presentibus q̄s do-
mine placatus intende: quibꝰ
ad filij tui natiuitatē suscipiendā pu
rificemur. Per. Prefa. quotid. Cōio.
Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium: ꝛ voca- Esaie
bitur nomen eius emmanuel. Postcōio. vij. C
Populū tuū q̄sumꝰ dn̄e dono-
rum tuorꝫ largitate proseque
re: vt a malis oībus sacramētorum
tuorū virtute protectus: ad ineffabi-
le mysterium celebrandū ꝛ mēte pre-
paretur, ꝛ corpore. Per do. ¶ Feria
quarta. Lectio Johelis prophete.
Hec dicit dn̄s deꝰ. Exultate filie j. F
sion: ꝛ letamini in dn̄o deo ve-
stro qꝛ dedit vobis doctorē iustitie: ꝛ
descēdere faciet ad vos imbrē matu-
tinū, ꝛ serotinū sicut in principio. Et
iplebunt̄ aree frumēto: ꝛ redūdabūt
torcularia vino et oleo. Et scietis, qꝛ iij. D
ego dn̄s deꝰ vester, habitās in sion in
mōte scto̅ meo. Et erit hierl̄m sctā: et
alieni nō trāsibūt per eā ampliꝰ. Et
erit in die illa: stillabūt montes dul-
cedinē, ꝛ colles fluent lacte, ꝛ per oēs
riuos iuda ibunt aq̄, ꝛ fons de domo
dn̄i egrediet̄, et irrigabit torrentem
spinarū. Egyptꝰ in desolationē erit,
ꝛ idumea in desertū perditionis: pro
eo q̄ inique egerunt in filios iude, et
effuderūt sanguinē inocētē in terra

sua. Et iudea in eternũ habitabitur,
et hierusalē in gñatione ⁊ gñationē.
Et mūdabo sanguinē eoꝝ quem nō
mūdaueram: ⁊ dñs cōmorabit in sion.
A scīo, ⁊ vsqꝫ in scīm. Scdm Lucā.
viij. C In illo tp̄e. Exijt sermo in vni-
uersam iudeā de iesu: ⁊ oēm cir
ca regionē. Et nūciauerūt ioanni di-
scipuli eiꝰ: de oībus his. Et cōuoca-
uit duos de discipulis suis ioannes:
et misit ad iesum, dicēs. Tu es q̄ ven
turus es: an aliū expectamꝰ? Cū aūt
venissent ad eū viri: dixerūt. Ioānes
baptista misit nos ad te, dicens. Tu
es q̄ vēturus es: an aliū expectamꝰ?
In ipsa autē hora curauit multos a
languoribꝰ suis, ⁊ plagis ⁊ spiritibꝰ
malis: et cecis multis donauit visū.
Et respondēs dixit illis. Eūtes renū
ciate ioāni q̄ vidistis et audistis. Qꝛ
ceci vident, claudi ambulant, leprosi
mūdātur. Surdi audiūt, mortui re-
surgunt, pauperes euangelizantur.
Et beatus qui non fuerit scandaliza
tus in me. Et cum discessissent nūcij
ioannis: cepit dicere de ioāne ad tur-
bas. Quid existis in desertū videre?
Arundinem vento agitatam? Sed
quid existis videre? Hominem molli
bus vestimentis indutum? Ecce qui
in veste preciosa sunt et in delitijs: in
domibus regum sunt. Sed quid exi-
stis videre? Prophetā? Utiqꝫ dico vo
bis: et plusq̄ ꝓphetā. Hic est de quo
scriptū est. Ecce ego mitto angelum
meū ante faciē tuā, q̄ preparabit viā
tuam ante te. Dico eīm vobis: maior
inter natos mulierū ꝓpheta ioanne
baptista nemo est. Qui autē minor
est in regno celorum, maior est illo.
¶ Fer. vj. Lectio zacharie prophete.
ij. D Hec dicit dominꝰ. Lauda et le-
tare filia sion: quia ecce ego ve
nio, et habitabo in medio tui, ait do-
minus. Et applicabunt gentes mul
te ad dñm in die illa: et erūt michi in
populū. Et habitabo in medio tui: et
scies qꝛ dñs exercituum misit me ad
te. Et possidebit dñs iudā partē suā
in terra sanctificata: et eliget adhuc
hierlm. Sileat oīs caro a facie eius:
qꝛ cōsurrexit de habitaculo scō suo.
Dicit dñs omps. Scdm Marcum.



In illo tempore. Dixit iesus di- viij. B
scipulis suis. Uidete et cauete
a fermento phariseorum: et fermēto
herodis. Et cogitabāt ad alterutrū,
dicentes: quia panes non habemus.
Quo agnito ait illis iesus. Quid co-
gitatis qꝛ panes nō habetis? Nōdū
cognoscitis, nec intelligitis. Adhuc
cecatum habetis cor vestrū. Oculos
habentes nō videtis: et aures haben
tes nō auditis. Nec recordamini qñ
quinqꝫ panes fregi in quinqꝫ milia:
et quot cophinos fragmētorum ple-
nos sustulistis? Dicunt ei. Duodeci.
Quādo et septem panes in quatuor
milia hominum: quot sportas frag-
mentorum tulistis? Et dicunt ei. Se-
ptem. Et dicebat eis. Quomodo nō-
dum intelligitis? Et veniūt bethsai-
dam, et adducūt ei cecum: ⁊ rogabāt
eum vt illum tangeret. Et apprehen
sa manu ceci, eduxit eū extra vicum:
et expuens in oculos eius: impositis
manibus suis, interrogauit eū si qd
videret. Et aspiciēs ait. Uideo hoies
velut arbores ambulantes. Deinde

iterũ iposuit man⁹ sup oculos ei⁹: et cepit videre. Et restitut⁹ est ita, vt clare videret oĩa: ꝛ misit illũ in domum suã, dicens. Uade in domũ tuam: ꝛ si in vicum introieris: nemini dixeris.

¶In vigilia natiuitatis dñi. Offm



Odie sciet͡ qꝛ veniet dñs, et saluabit vos, ꝛ mane videbitis gloriã eius. ps. Dñi
ps. xxiij. est terra ꝛ plenitudo eius: orbis terrarũ, et vniuersi qui habitant in eo. Si hec vigil. in dñica euene. dicitur cantus super Kyrie. Sanctus et Agnus sicut in fest. simpl. ix. lec. sin autẽ, dicit͡ cantus fer. Oratio.

Deus q̃ nos redẽptiõis nostre annua expectatiõe letificas: presta vt vnigenitũ tuũ quẽ redẽptorẽ leti suscipim⁹, venietẽ quoqꝫ iudicẽ securi videam⁹ dñm nostrũ iesum xp̃m filiũ tuũ. Qui te. Nulla fiet memo. Unus puer accolit⁹ legat lec. alba indutus ad gradũ chori: tñ si do. fuerit, legat͡ in pulpito, et semper cũ suo titulo. Lectio esaie prophete.

lij. A Hec dicit dñs de⁹. Propter sion non tacebo, ꝛ pꝑter hierusalẽ non quiescã donec egrediat͡ vt splendor iust⁹ eius, et saluator eius vt lãpas accẽdatur. Et videbũt gẽtes iustum tuũ: et cũcti reges inclytũ tuũ. Et vocabit͡ tibi nomẽ nouum: quod os dñi noiauit. Et eris corona glorie in manu dñi: et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua nõ vocabitur ampli⁹ desolata. Sed vocaberis volũtas mea in ea: et terra tua inhabitabit͡: quia cõplacuit domino in te. Deinde absqꝫ interuallo legat͡ epła. Lectio epłe bti pauli apłi, ad Rom.

Fratres. Paulus seruus iesu christi vocatus apostolus, segregatus in euangelium dei: quod ante pmiserat per pphetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine dauid scdm carnem: qui predestinatus est filius dei in virtute, scdm spiritũ sanctificationis, ex resurrectiõe mortuoꝝ iesu xp̃i dñi nostri: per quẽ accepim⁹ gratiã et apostolatũ ad obediẽdum fidei in oĩbus gẽtibus pro noĩe eius. In quibus estis et vos vocati, iesu xp̃i dñi nostri. Gr. Hodie scietis quia veniet dñs et saluabit nos: et mane videbitis gloriã ei⁹. ℣. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouem ioseph: qui sedes super cherubin appare coram ephraim, beniamin et manasse. Si hec vigilia in dñica euenet͡. missa de dñica in caplo dr: et tunc fiat memo. de sancta maria, et de oĩbus sanctis tantũ. Missa vero de vigilia ad autẽticũ altare sine aliqua mẽo. cũ hoc Alleluia. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terre: et regnabit sup nos saluator mundi. Sequentia. Jubilemus. Si vero dñica non fuerit, tunc All̃a. et sequẽ. pretermittant͡. Scdm Mattheum.

j. A
p. lxxix.

In illo tẽpore. Cũ esset desponsata mater iesu maria ioseph: anteqꝫ conuenirent inuẽta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autem vir eius cũ esset iustus, ꝛ nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante: ecce angel⁹ domini in somnis apparuit ei dicẽs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam cõiugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium: et vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum: a peccatis eorũ. Offr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini por-

j. C
ps. xxiij.

te eternales. ℣. Domini est terra ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum, et vniuersi qui habitãt in eo. Iste ℣. si dominica fuerit, eo anno pretermittatur. Secreta.

D A nobis quesum⁹ oṗs deus: vt sicut ad adoranda filij tui natalitia preuenim⁹: sic eius munera capiamus sempiterna gaudẽtes. Per eũdem. Prefatio quotid. Cõio.

Esaie xl. B Reuelabitur gloria domini: ⁊ videbit omnis caro salutare dei nostri. Postcommunio.

D A nobis quesumus domine vnigeniti filij tui recẽsita natiuitate respirare: cui⁹ celesti mysterio pascimur et potamur. Per eundẽ. In nocte natiuitatis dñi post nonam lec. cantetur hoc euãgelium in pulpito a diacono. ¶ Initium sancti euangelij, secũdum Mattheum.

j. A L Iber generatiõis iesu christi filij dauid, filij abrahã. Abraham genuit isaac. Isaac autem: genuit iacob. Iacob autem: genuit iudam, et fratres eius. Judas autẽ: genuit phares ⁊ zarã de thamar. Phares autem: genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naason. Naason aũt: genuit salmon. Salmon autẽ: genuit booz de raab. Booz autẽ: genuit obed ex ruth. Obed autẽ: genuit iesse. Iesse autem: genuit dauid regem. Dauid autem rex: genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomon autẽ: genuit roboam. Roboam autem: genuit abiam. Abia autem: genuit asa. Asa autem: genuit iosaphat. Josaphat autem: genuit ioram. Iorã autẽ: genuit oziam. Ozias autẽ: genuit ioathan. Joathan autẽ: genuit achaz. Achaz aũt: genuit ezechiã. Ezechias autẽ: genuit manassem. Manasses autem: genuit amon. Amon aũt: genuit iosiam. Josias autẽ: genuit iechoniã et fratres eius: in trãsmigratione babylonis. Et post trãsmigrationẽ babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel aũt: genuit zorobabel. Zorobabel autẽ: genuit abiud. Abiud autẽ: genuit eliachim. Eliachim autẽ: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch aũt: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autẽ: genuit eleazar. Eleazar autẽ: genuit mathan. Mathan aũt: genuit iacob. Jacob autem: genuit ioseph virũ marie. De qua natus est iesus, qui vocat christus. Finito euãgelio: sacerd. incipiat ẏm. Te deum. quo dicto rectores chori icipiãt mis.

¶ Ad missam in galli cantu.



D Omin⁹ dixit ad me, filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. ps.ij. ps. Quare fremuerũt gẽtes: et populi meditati sũt inania. Kyrie. cũ suis ℣. sequatur Gloria in excel. more duplicis festi. Sciendũ est q̃ semp ad missam dicit Glia in excel. quotiẽs ad matuti. dr Te deũ. nisi missa Sal⁹ populi. vel missa de cruce, vel missa dñicalis in aliquo festo triũ lec. vel ĩfra oct. sine regi. cho. cãtãda fuerit. Qñ vero aliqua missa de vigi. vel de fest. triũ lec. in cap. die do. dr, tũc etiã dr cãtus sup Kyrie. Glia in excel. qñ dr Sanctus. et Agnus dei. ⁊ Ite missa est. sicut in festo triũ lec. Similiter fiat quando dicit missa dñicalis in capto die dñica: tunc etiã dicetur Credo. Oratio.

D Eus q̃ hãc sacratissimã noctẽ veri luminis fecisti illustratiõe clarescere: da q̃s, vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius

quoq; gaudijs in celo perfruamur.
Qui te. Duo clerici de scda forma in
cappis sericis i pulpi. simul cātēt lec.
LAudes deo dicam per secula,
q̄ me plasmauit in manu dex
tera: atq; redemit cruce purpurea sā
guine nati. Hic cātetur alternatim.
Lectio esaie prophete. In qua chri-
sti lucida vaticinatur natiuitas. Hec
dicit dominus. Pater filius sanct⁹
spiritus, in quo sunt oīa cōdita sup-
na atq; ima. Populus gētiū qui am
bulabat in tenebris. Quem creasti:
quem fraude subdola hostis expulit
paradiso: et captiuatū secum traxit
ad tartara. Uidit lucem magnam.
Fulserūt et immania nocte media
pastoribus lumina. Habitātibus in
regione vmbre mortis: lux. Sempi
terna et redemptio vere noua. Orta
est eis. O stupenda natiuitas. Par-
uulus enim nat⁹ est nobis. Magn⁹
hic erit iesus fili⁹ dei. Et filius. Pa-
tris summi. Dat⁹ est nobis. Ab ar-
ce summa predictum sic erat. Et fa-
ctus est principatus sup humerū ei⁹.
Ut celos regat atq; arua. Et voca-
bitur nomen eius Messias, sother,
emmanuel, sabaoth, adonai. Admi-
rabilis. Radix dauid. Cōsiliarius.
Dei patris. De⁹ Qui creauit om-
nia. Fortis, Barathri claustra peri-
mens teterrima. Pater futuri seculi.
Rex oīpotens & cuncta regēs. Prin
ceps pacis. Hic et in euum. Multi-
plicabitur eius imperiū. In hieru-
salem iudea siue samaria. Et pacis
non erit finis. Per secula sempiter-
na. Super solium dauid, et super re-
gnum eius sedebit. Et regni meta
sui nō erit aliqua. Ut cōfirmet illud.
In fidei pignore. Et corroboret i iu
dicio et iustitia. Iudex cum venerit
iudicare seculū. A modo. Illi debe-
tur gloria, laus, et iubilatio. Et vsq;
in sempiternū. Hic cantēt simul vsq;
ad finem. Ab ortu solis vsq; ad occi-
duos fines mūdi orbis per climata,
laus creatori resonet cōgrua. Amen
dicant omnia. Ubi non habetur iste
cantus, legat̄ Lectio esaie prophete.
Hec dicit dn̄s. Populus gētiū, ix. A
qui ambulabat i tenebris: vi-
dit lucem magnam. Habitātibus in
regione vmbre mortis: lux orta est
eis. Paruulus enim nat⁹ est nobis:
et filius datus est nobis. Et fact⁹ est
principatus sup humerū eius: et vo-
cabit̄ nomen eius admirabilis, consi
liari⁹, deus fortis, pater futuri secu-
li, princeps pacis. Multiplicabitur
eius imperium: & pacis nō erit finis.
Super solium dauid, & super regnū
eius sedebit: vt cōfirmet illud, et cor-
roboret i iudicio et iustitia. A modo:
et vsq; in sempiternum. Sine inter-
uallo legatur epistola, ad Titum.
Charissime. Apparuit gratia ij. D
dei saluatoris nr̄i oīb⁹ hoīb⁹:
erudiens nos, vt abnegantes impie
tatē & secularia desideria, sobrie, & iu
ste, & pie viuamus in hoc seculo. Ex-
pectantes beatā spem: et aduentum
glorie magni dei & saluatoris nostri
iesu christi. Qui dedit semetipsum p
nobis: vt nos redimeret ab iniquita
te, et mundaret sibi populū accepta-
bilē, sectatorē bonorū operū. Hec lo-
q̄re: et exhortare. In christo iesu do-
mino nostro. Gr. Tecū principiū in die ps. cix.
virtutis tue, in splendoribus sanctorū: ex vte
ro ante luciferum genui te. V. Dixit domin⁹
dn̄o meo, sede a dextris meis: donec ponā ini
micos tuos, scabellū pedum tuorum. Alle
luia. V. Dominus dixit ad me, filius meus ps. ij.
es tu: ego hodie genui te. Sequentia.
Nato canūt omnia dn̄o pie ag-
mina. Syllabatim pneuma-

ta perstringendo organica. Hec dies sacrata i qua noua sant gaudia mũdo plene reddita. Hac nocte precelsa intonuit et gloria in voce angelica. Fulserũt et imania nocte media pastoribus lumina. Dũ fouent sua pecora, subito diua percipiũt monita. Nat⁹ alma virgine q̃ extat ante secula. Est imensa in celo gl'ia, ꝛ pax in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilet. Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet et per oĩa hac in die gloria voce clara reddita. Humana cõcrepent cuncta, deũ natũ in terra. Cõfracta sunt imperia hostis crudelissima. Pax in terra reddita: nunc letent oĩa nati per exordia. Solus qui tuetur oĩa. Solus q̃ cõdidit omnia. Ipse sua pietate soluat oĩa peccata nostra. ¶ Euangelium more duplicis festi. Secundũ Lucam.

ij. A In illo tempore. Exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes vt profiterẽtur: singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem ꝛ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid (q̃ vocatur bethleem) eo q͏ꝫ esset de domo et familia dauid: vt profiteretur cum maria desposata sibi vxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: et pannis eum inuoluit. Et reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodiẽtes vigilias noctis supra gregẽ suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos: et claritas dei circunfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angel⁹. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, q̃ est christus domin⁹ in ciuitate dauid. Et hoc vobis signũ. Inuenietis infantem pannis inuolutum, ꝛ positũ in presepio. Et subito facta est cũ angelo multitudo militie celestis: laudantiũ deum ꝛ dicentiũ. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hoĩbus bone volũtatis. et legatur in pulpito more duplicis festi.

Credo. Offr. Letẽtur celi et exultet terra ante faciem dñi quoniã venit. ps. xcv. Secreta.

Accepta sit tibi dñe quesum⁹ hodierne festiuitat' oblatio: vt tua gratia largiẽte per hec sacrosancta commercia in illius inueniamur forma: in quo tecum est nostra substantia iesus christus dñs noster. Qui tecũ. Prefa. Qr p incarnati. Hec prefa. dr in die natiui. dñi ad oẽs missas, et quotid. per hebd. et in die circũcisio. dñi: ꝛ in oĩb⁹ missis de sctã maria ab hac die vsq͏ꝫ ad purificationẽ. Cõmunicãtes. vero dicit tñ vsq͏ꝫ ad circũcisionem et in die circũcisionis. Cõio. In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. ps. cix. Postcõmunio.

Da nobis q̃s dñe deus noster: vt qui natiuitatẽ dñi nr̃i iesu christi nos frequentare gaudem⁹: dignis cõuersationib⁹ ad eius mereamur pertingere consortiũ. Qui tecũ.

¶ Ad missam in aurora. Officium.



Lux fulgebit hodie super nos: qr natus est nobis dominus: et vocabitur admirabilis deus, princeps pacis: pater futuri seculi: cuius regni non erit finis. ps. Domi Esaie ix. B ps. xcii.

nus regnauit decore indutus est: indutus est dñs fortitudinem et precinxit se. Ad hanc missam dicitur Kyrie eleison. absq3 v. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus. sicut in festo simplici nouē lectionum dicuntur. Oratio.

Da q̄sumus omnipotēs deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere quod per fidē fulget in mente. Per eūdem. Memo. de sancta anastasia cum hac oratione.

Da q̄sumus omnipotēs deus: vt qui beate anastasie martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per. Ad hāc missam non dicūtur plures orōnes, vel pauciores. ¶ Sequens lec. legatur in pulpito ab vno clerico de secūda forma. Lectio esaie prophete.

lxi. A Hec dicit dominus. Spūs domini sup me: eo q̄ vnxerit me. Ad annunciandum mā̄suetis misit me: vt mederer contritis corde: et predicarē captiuis indulgentiā, et clausis apertionē. Ut predicarē annum placabilē dño: et diem vltionis deo nostro. Ut consolarer oēs lugentes: et ponerē consolationem lugētibus sion. Et darem eis coronam pro cinere: oleum gaudij pro luctu, palliū laudis pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iustitie: plātatio domini ad glorificandū. Ecce dominus auditū fecit in extremis terre. Dicite filie sion. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo, et opus illius coram illo. Et vocabūt eos populus sanctus: redempti a domino. Sine interuallo. Lectio epistole beati Pauli apostoli, ad Titum.

iii. B Charissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secūdum suam misericordiam saluos nos fecit. Per lauachrum regenerationis et renouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abunde, per iesum christū saluatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus: secundum spem vite eterne. In christo iesu, dño nostro. Gr. Bñdictus qui venit in noīe dñi: deus dñs et illuxit nobis. V⁹. A dño factum est illud: et est mirabile in oculis nostris. Alleluia. V. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinē, et precinxit se virtute. Sequentia. p. cxvii. / ps. xcii.

Sonent regi nato noua cantica. Cui⁹ pater fecit omnia: mater est virgo sacratissima. Generās hic nescit femia: illa est sine viro grauida. Uerbū corde patris genitum ante secula. Aluus matris gessit corporatum per tempora. O mira genitura, o stupēda natiuitas. O proles gloriosa: humanata diuinitas. Sic te nasciturū fili dei vates docti tuo spiritu dixerāt. Sic te oriēte laudes tibi cantant: pacē terris angeli nunciant. Elementa vultus exhilarant. Omnes sancti gaudentes iubilant. Salue clamādo nosq3 salua. Deitas in personis trina. Simplex vsia.

¶ Euāgeliū in pulpito more dominicali legatur. Secundum Lucam.



In illo tēpore. Pastores loquebantur adinuicem. Transea- ii. C.

mus vsq₃ bethleem, ⁊ videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus, et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerunt mariam et ioseph, et infantem positum in presepio. Uidentes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes q̃ audierunt mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autẽ conseruabat omnia verba hec: cõferẽs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum, in omnibus que audierant et viderãt, sicut dictũ est ad illos. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Munera nostra q̃sumus domine natiuitatis hodierne mysterijs apta proueniant: vt sicut homo genitus idẽ refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia conferat quod diuinum est. Per eundem dominum. Alia secreta.

Accipe quesum⁹ domine munera dignãter oblata: ⁊ beate anastasie suffragãtibus meritis, ad nostre salutis auxilium prouenire concede. Per. Prefatio et Communicantes. vt supra. Cõmunio. Exulta filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus et saluator mundi. Postcommunio.

Huius nos domine quesumus sacramẽti semper nouitas instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. Per eundem dominum. Alia postcõio.

Satiasti domine familiã tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per.

¶ In die natiuitatis domini ad tertiam missam. Officium.





Puer natus est nobis, et filius dat⁹ est nobis: cui⁹ imperium super humerũ eius: et vocabit nomẽ eius magni cõsilij angelus. Ps. Cantate dño canticũ nouũ: q₂ mirabilia fecit. Orõ. Esaie ix. B p. cviii.

Concede quesumus omnipotens de⁹: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem dominum.

Sequens lectio legatur in pulpito ab aliquo de superiori gradu in superpellicio. Lectio esaie prophete.

Hec dicit domin⁹. Propter hoc sciet popul⁹ meus nomen meũ in die illa: quia ego ipse q̃ loquebar, ecce assum. Quã pulchri super montes pedes annunciantis, et predicantis pacem: annunciantis bonũ: predicantis salutem, dicentis. Sion, regnabit deus tuus. Uox speculatorũ tuorũ leuauerunt vocem: simul lau- lij. B

dabunt, quia oculo ad oculum vide-
bũt cum conuerterit dominus sion.
Gaudete et laudate simul deserta
hierusalem: quia consolatus est dñs
populum suum, redemit hierusalẽ.
Parauit dñs brachiũ sanctũ suũ in
oculis omnium gentium: ꝛ videbũt
oẽs fines terre, salutare dei nr̃i. Le-
ctio ep̃le bti Pauli apl̃i ad Hebreos.

f. A Fratres. Multifarie multisq3
modis olim deus loquẽs pa-
tribus in prophetis: nouissime dieb9
istis locutus est nobis in filio. Quẽ
constituit heredem vniuersorũ, per
quẽ fecit et secula. Qui cum sit splen
dor glorie et figura substantie eius,
portãsq3 omnia verbo virtutis sue:
purgationem peccatorꝝ faciẽs, sedet
ad dexteram maiestatis in excelsis.
Tãto melior angelis effectus: quan
to differentius pre illis nomen here-
ditauit. Cui eni dixit aliquando an-
gelorũ, filius meus es tu: ego hodie
genui te? Et rursum. Ego ero illi in
patrem: et ipse erit michi in filiũ. Et
iterũ cũ introduxit primogenitũ in
orbẽ terre, dicit. Et adorent eum om-
nes angeli dei. Et ad angelos quidẽ
dicit. Qui facit angelos suos spũs, ꝛ
ministros suos flammã ignis. Ad fi
lium autem. Thronus tuus deus in
seculum seculi: virga equitatis vir-
ga regni tui. Dilexisti iustitiã ꝛ odi-
sti iniqtatẽ: propterea vnxit te deus
deus tuus oleo exultationis pre par
ticipibus tuis. Et tu in principio do
mine terrã fundasti: ꝛ opera manuũ
tuarũ sunt celi. Ipsi peribunt, tu au
tem permanebis: et omnes vt vesti-
mentum veterascent. Et velut ami-
ctum mutabis eos: et mutabuntur.
Tu autem idem ipse es: et anni tui
p. xcvii. non deficient. Gr. Viderũt omnes fines
terre salutare dei nostri: iubilate deo oĩs ter-
ra. V. Notũ fecit dñs salutare suũ: ante con-
spectũ gentiũ reuelauit iustitiã suã. Alla.
V. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite
gentes, ꝛ adorate dominum: qꝛ hodie descen-
dit lux magna super terram. Sequentia.

Celeste organum hodie sonuit
in terra. Ad partum virginis
superũ cecinit caterua. Quid facis
humana turba? cur nõ gaudes cum
supera? Vigilat pastorum cura, vox
auditur angelica. Cãtãt inclyta car
mina: plena pace et gloria. Christo
referunt ppria nobis canunt ex gra
tia. Nec cunctorũ sunt hec dona: sed
mens quorꝝ erit bona. Nec sunt ab-
solute data: sed decẽter sunt prolata.
Affectus deserant vitia, et sic nobis
par est illa: quia bonis est promissa.
Iungunt superis terrea, ob hoc qui-
dem laus est iuncta: sed decẽ ter fit di
uisa. Gaude homo cũ perpendis ta-
lia. Gaude caro facta verbi socia.
Iste v. ter dicatur. Nunciãt eius or-
tum sydera lucis per indicia. Ineũt
duces gregũ lumina bethleem vsq3
preuia. Inuenitur rex celorum inter
animalia. Arcto iacet in presepe rex
qui cingit omnia. Stella maris quẽ
tu paris, colit hunc ecclesia. Ipsi no-
stra per te pia placeant seruitia. Re-
sonẽt cuncta redempta. ¶ Initium
sancti euangelij secundũ Joannem.

In principio erat verbũ: ꝛ ver- f. A
bum erat apud deum, et deus
erat verbum. Hoc erat in principio
apud deum. Omnia per ipsum facta
sunt: et sine ipso factũ est nichil. Qđ
factũ est in ipso vita erat: ꝛ vita erat
lux hominum. Et lux in tenebris lu-
cet: et tenebre eam non comprehende
rũt. Fuit homo missus a deo: cui no-
men erat ioannes. Hic venit in testi-
monium, vt testimonium perhibe-
ret de lumine: vt omnes crederẽt per

illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, que illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est, et mundus eũ non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperũt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatẽ filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neqȝ ex voluntate carnis, neqȝ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbũ caro factũ est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre. Plenũ gratie, et veritatis. Offert. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terrarum, et plenitudinem eius tu fundasti: iustitia et iudicium preparatio sedis tue. Psalm⁹ lxxxviii.

Secreta.

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosqȝ a peccatorũ nostrorum maculis clementer emũda. Per eundem. Cõmunio. Uiderunt omnes fines terre, salutare dei nostri. Ps. xcvii.

Postcõmunio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt nat⁹ hodie saluator mundi: sicut diuine nobis gñationis est auctor: ita ⁊ imortalitatis sit ipse largitor. Qui tecũ. ¶ In die sancti stephani protomartyris. Officium. Ps. cxviii.



Etenim sederunt pricipes, et aduersum me loquebãtur: et iniqui persecuti sũt me, adiuua me dñe de⁹ meus: qꝛ seruus tuus exercebat͂ i tuis iustificationib⁹. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Orõ.

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus: vt discamus et inimicos diligere, qꝛ eius natalitia celebramus qui nouit etiã p persecutoribus exorare Dominũ nr̃m iesum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ. Mẽo. de nati. tm̃. Lectõ actuũ apłor.

In dieb⁹ illis. Stephanus plenus gratia ⁊ fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidã de synagoga, que appellabatur libertinorum, ⁊ cyrenensium, ⁊ alexandrinorum, et eorum qui erant a cilicia ⁊ asia: disputantes cum stephano. Et non poterant resistere sapiẽtie: ⁊ spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec, dissecabãtur cordibus suis: et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum, vidit gloriam dei: et iesum stantem a dextris dei, et ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autẽ voce magna, ꝯtinuerũt aures suas: et impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et testes deposuerunt vestimẽta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur saulus: ⁊ lapidabant stephanum, inuocãtem, et dicentem. Domine iesu, suscipe spiritum meũ. Positis autẽ genibus: clamauit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatũ. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino. Ps. cxviii.

Actuũ vij. B — Actuũ vij. G

Gr. Sederunt principes, et aduersum me loquebantur: et iniqui persecuti sunt me. Vꝰ. Adiuua me domine deus meus: saluum me fac propter misericordiã tuam. Alleluia. Vꝰ. Uideo celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei. Act. vij.

Sequentia.

Magnus deus in vniuersa terra. Magna sunt ei⁹ vbiqȝ omnia in celo, atqȝ in terra opera. Qui

est rex regum dominus omniũ, a pa-
tre genitus ante secula. Cuius cha-
ritas vera celo subleuat stephanum
de terra. Atq; perẽni vita ornat can-
dida digniter corona. Plen⁹ etenim
stephanus deitate atq; gratia. Ma-
gna dabat prodigia docens verissi-
ma dogmata. Cum autem predica-
ret iam presentia. Nostre redemptio
nis noua gaudia. Intento in supna
celi patet ianua. Dixitq; circunstãti
plebi voce publica. Sacra plen⁹ gra
tia. Ecce video admirabilem gloriã.
Claritate fulgida. Atq; iesum stãtẽ
in virtutis dei dextera. Cum hoc au
disset impia gens iudaica. Dans fre
mitum concita. Quassat lapidibus
stephani membra. Sed stat fortiter
patiens martyr et orat. Ne his chri-
ste noxam statuas. Sed iam accipe
animã meã. Hec cũ dixisset: i dño ob-
dormiuit pace eterna. Tu et nobis
martyr o stephane, sempiterna impe
tra gaudia. Iste vltimus versus dr
trina vice in hoc festo: et in inuentio
ne eiusdem. ¶ Scdm Mattheum.



xxiij. D IN illo tẽpore. Dixit iesus tur-
bis iudeorũ: et principibus sa-
cerdotũ. Ecce ego mitto ad vos pro-
phetas, et sapientes, et scribas: et ex
illis occidetis et crucifigetis. Et ex
eis flagellabitis in synagogis vrĩs:
et persequemini de ciuitate in ciuita
tem. Ut veniat sup vos omnis san-
guis iustus, qui effusus est super ter
rã: a sanguine abel iusti, vsq; ad san
guinem zacharie filij barachie, quẽ
occidistis inter templum et altare.
Amen dico vobis: veniẽt hec omnia
super generationem istam. Hierusa-
lem hierusalẽ que occidis ꝓphetas,
et lapidas eos qui ad te missi sunt:
quoties volui cõgregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat
pullos suos sub alas, et noluisti. Ec-
ce relinquetur vobis domus vestra
deserta. Dico enim vobis: non me vi
debitis amodo, donec dicatis. Bene
dictus qui venit, in nomine domini.

¶ Credo. Offr. Elegerũt apostoli stepha- Act. vj.
num leuitã, plenũ fide et spũ sancto: quem la- B
pidauerũt iudei, orantẽ et dicentem: dñe iesu
accipe spiritum meum alleluia. Secreta.

Suscipe quesum⁹ domine mu-
nera p sancti cõmemoratione
martyris tui stephani: vt sicut illum
passio fecit gl'iosum: ita nos deuotio
reddat innocuos. Per. Communio.

Uideo celos apertos, et iesum stantem a dex- Act. vij.
tris virtutis dei: domine iesu accipe spiri- G
tum meum: et ne statuas illis hoc peccatum,
quia nesciunt quid faciunt. Postcõio.

Auxilientur nobis dñe sum-
pta mysteria: et intercedente
beato stephano protomartyre tuo:
sempiterna nos protectione confir-
ment. Per dominum. ¶ In die san-
cti ioannis euangeliste. Officium.

IN medio ecclesie Eccli.
aperuit os eius: xv. B
et impleuit eum
dominus spũ sa-
pientie et intelle-
ctus: stola glorie
induit eũ. In tẽ-
pore paschali al-
leluia. V. Jocunditatem et exultationem:
thesaurizauit super eum. Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine benign⁹ illustra: vt beati ioannis apostoli tui et euāgeliste illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. Per. Mēo. de nati. ꝛ de sctō stepha. tm̄. Lctō libri sapie.

Eccli. xv. A

Qui timet deū, faciet bona. Et qui continens est iustitie, apprehendet illam: ꝛ obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellect⁹: et aqua sapiētie salutaris potabit illū. Et firmabitur in illo, et non flectetur: et continebit illū, et non confundetur, ꝛ exaltabit illum apud primos suos. In medio ecclesie aperiet os eius: et implebit eum dominus spiritu sapientie ꝛ intellectus, et stola glorie induet eū. Jocunditatem et exultationem thesaurizabit super eum: et nomine eterno hereditabit illum, dominus deus noster. Grad. Exijt sermo inter fratres ꝙ discipulus ille non moritur. ℣. Sed sic eum volo manere, donec veniam: tu me sequere.

Joan. xxj. G

Alleluia. ℣. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium eius. Sequentia.

Joannes iesu christo multū dilecte virgo. Tu ei⁹ amore carnalem in naue parētem liquisti. Tu leue cōiugis pectus respuisti messiā secutus. Ut ei⁹ pectoris sacra meruisses fluenta potare. Tuq꞉ in terra positus gloriā conspexisti filij dei. Que solum sanctis in vita credit cōtuenda esse perenni. Te christus in cruce triumphans matri sue dedit custodem. Ut virgo virginem seruares atq꞉ curam suppeditares. Tute carcere flagrisq꞉ fractus pro christi testimonio es gauisus. Idē mortuos suscitas, inq꞉ iesu nomine venenū forte vincis. Tibi summus tacitum ceteris verbū suum pater reuelat. Tu nos oēs precib⁹ sedulis apud deum semper cōmēda Joānes iesu chare. Iste vltimus ℣. ter dicatur in hoc festo tantū. ¶ Euange. scdm Joannē.



In illo tempore. Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus petrus: vidit illum discipulū, quem diligebat iesus sequentem, qui et recubuit in cena super pect⁹ eius: ꝛ dixit. Domine qs est qui tradet te? Hūc ergo cum vidisset petrus: dixit iesu. Domine, hic autem quid? Dicit ei iesus. Sic eum volo manere donec veniam: quid ad te? Tu me seq̄re. Exijt ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei iesus non moritur: sed sic eū volo manere donec veniam: quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimoniū perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus qꝛ verum est testimonium eius. xxj. F

Credo. Offer. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabit. ps. xcj.

In tēpore paschali. alleluia. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine dignāter oblata: que in eius tibi solennitate deferimus: cui⁹ nos cōfidimus patrocinio liberari. Per. Cōio. Exijt sermo inter fratres ꝙ discipulus ille nō moritur: ꝛ nō dixit iesus non moritur: sed sic eū volo manere donec veniā. Joan. xxj. G

In tempore pasch. alla. Postcōio.

Refecti cibo potuq꞉ celesti deus noster te supplices exoram⁹:

vt in cuius hec cõmemoratione percepimus, eius muniamur et precib⁹. Per dominum. ¶ In die sanctorum innocentium. Officium.

ps.viij. 
Ex ore infantium deus et lactentium perfecisti laudem ppter inimicos tuos. ps. Domine dominus noster: q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Deus cui⁹ hodierna die preconium innocẽtes martyres nõ loquendo sed moriẽdo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam quã lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateat. Qui cũ deo pr̃e et spũ sctõ vi. et re. Per. Mẽo. de nati. de s. stephano, & de s. ioãne tãtũ. ¶ Lectio libri apocalypsis beati ioannis apostoli.

xiiij. A In diebus illis. Uidi supra montem sion agnum stantẽ & cum eo centum quadraginta quatuor milia, habentes nomen eius, et nomen patris eius scriptũ in frõtibus suis. Et audiui vocem de celo tãq̃ vocem aquarum multarũ: et tanq̃ vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui: sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem dei: & ante quatuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticũ: nisi illa centũ quadraginta quatuor milia, q̃ empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enĩ sunt. Hi sequũtur agnum quocunq̃ ierit. Hi empti sunt ex omnib⁹ primitie deo & agno: et in ore ipsorum non est inuentũ mẽdaciũ. Sine macula sunt, ante thronum dei. Gr. Anima nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus cõtritus est: et nos liberati sumus, adiutorium nostrũ in noĩe dñi qui fecit celum et terram. Alleluia. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Sequentia.

ps.cxxiij.

Celsa pueri cõcrepẽt melodia. Eia innocentum canentes tripudia. Quos infans christus hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frendens insania. Herodiane fraudis, ob nulla crimina. In bethleẽ & per ipsi⁹ cuncta confinia. A bimatu et infra iuxta nascẽdi tempora. Herodes rex christi nati verens infelix imperia. Infremit tot⁹ et erigit arma superba dextera. Querit lucis et celi regẽ cũ mente turbida. Ut extinguat qui vitam prestat per sua iacula. Dũ nõ valent intueri lucem splẽdidam nebulosa querẽtis pectora. Ira feruet, fraudes auget herodes seuus, vt perdat piorum agmina. Castra militũ dux iniquus aggregat: ferrum figit in membra tenera. Inter vbera lac effundit anteq̃ sanguinis fierent coagula. Hostis nature natos euiscerat atq̃ iugulat. Ante prosternit q̃ etas paruula sumat robora. Quam beata sunt innocentum ab herode cesa corpuscula. Quam felices exiſtũt matres que fuderũt talia pignora. O dulces innocentum acies, o pia lactẽtum pro christo certamina. Paruulorũ trucidantur milia: membris ex teneris manant lactis flumina. Ciues angelici veniũt obuiam. Mira victoria: vite captat premia turba cãdidissima. Te christe petimus mente deuotissima. Nostra qui venisti reformare secula, innocẽtũ gloria perfrui nos concedas p eterna.

Secundum Mattheum.

ij. D In illo tẽpore. Angelus domini apparuit in somnis ioseph, dicens. Surge, et accipe puerũ & ma-



trem eius, et fuge in egyptum: et esto ibi vsq3 dum dicam tibi. Futurum est enim vt herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui cõsurgens accepit puerum et matrẽ eius nocte, et secessit in egyptum: et erat ibi vsq3 ad obitum herodis. Ut adimpleretur quod dictum est a domino, per prophetam dicẽtem. Ex egypto vocaui filium meum. Tũc herodes vidẽs qm̃ illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in beth leem, ⁊ in omnibus finibus eius: a bimatu ⁊ infra scd̃m tẽpus quod exquisierat a magis. Tunc adimpletũ est quod dictum est per hieremiam prophetã, dicentẽ. Uox in rama audita est, ploratus ⁊ vlulat⁹ multus: rachel plorans filios suos. Et noluit consolari: quia non sunt. Credo. Offerto.

xxiii. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus cõtritus est, et nos liberati sumus. Secreta.

Adesto dñe munerib⁹ innocentũ festiuitate sacrãdis: ⁊ p̃sta vt eorum sinceritatẽ possimus imitari, quorum tibi dicatã veneramur infãtiã. Per.

Matth. Cõio. Uox in rama audita est ploratus ⁊ vlulatus multus: rachel plorãs filios suos: ⁊ noluit cõsolari, q2 nõ sunt. Postcõio

Uotiua dñe dona percepim⁹: que sanctorum nobis precibus ⁊ presentis vite q̃sumus pariter ⁊ eterne tribue conferre subsidium. Per.

In die scti thome martyr. Officiũ.



Gaudeamus omnes in dño, diem festum celebrantes sub honore thome martyris: de cuius passiõe gaudent angeli, et collaudant filium dei. Ps. Exaudi deus orationẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animã meam. Ecclia. Ps. lxiii. Oratio.

Deus pro cuius ecclesia gloriosus pontifex thomas gladijs impiorum occubuit, presta q̃sumus: vt omnes qui eius implorant auxilium, petitionis sue salutarem cõsequãtur effectũ. Per. Memo. de nati. de sctõ stepha. de sctõ ioan. ⁊ de innocen. tñ. Epla. Omis pontifex. vt in cõi vnius epĩ ⁊ mar. Gr. Posuisti domine. Alla. V. Gloria et honore. Sequentia.

Solenne canticum hodie resonet in terra. Ad palmam martyris exultet superũ caterua. Quid facis turba iocũda: gratulare cum supera. Jubilet mens letabũda psallat christo vox libera. Colat et festa dominica deuota cantuaria. Intonat iussa tyrannica turbulenta militia. Dire leges et mãdata insolenter sunt prolata. Loca christo consecrata pphanauit vis armata. Sed christi sic in vestigio stabãt thome pedes recti: vt nequirent inde flecti. In sui regis obsequio arbitratus lucrum mori, caput offert percussori. Gaude thoma de cuius victoria. Ortus christi cumulant gaudia. Martyris declarat gloria crebra per indicia. Curantur per eius suffragia languidorum milia. Trucidatur flos pastorum inter sanctuaria. Nec diei nec locorum obstat reuerentia. Stella maris que

letaris te lactasse filium. Hunc preca
mur, assequamur vt thome consor-
tium. Eius prece gloriosa. Euange-
lium. Homo quidã nobilis. vt i com-
muni vni⁹ episcopi ꝑ mart. ¶ Credo.
Offr. Posuisti domine. Secreta.

Salutaris hostie mun⁹ sacran
dum quesumus domine bea-
tus thomas põtifex ꝑ martyr nobis
ad salutẽ fore deposcat: vt et conuer
sationis eius experiamur insignia,
ꝑ intercessionis ei⁹ pcipiamus suffra
gia. Per. Cõio. Magna est. Postcõio.

Adiuuet nos oĩpotens et mise
ricors de⁹, per hec sancta que
sumpsimus, beati martyris tui atq
pontificis thome intercessio venerã
da: qui p tui nõis honore gl'ioso me-
ruit coronari. Per. ¶ Sexta die a na
ti. do. siue do. fuerit siue non. Offiñ.

Sap. xviij. Dum medium silentiũ
teneret omnia: et nox
in suo cursu medium
iter haberet: omnipo
tens sermo tuus dñe
a regalibus sedibus
ps. xcij. venit. ps. Dñs regnauit decorem indutus
est: indutus est dñs fortitudinem et precinxit
se. Repetaᵗ officiũ, deĩde dicaᵗ. Gloria
patri. et Sicut erat. tertio repetatur of-
ficiũ. Kyrie eleison. Gloria in excel-
sis. Sanctus. et Agnus. sicut in fest.
simplici. ix. lect. dicuntur hac die siue
dominica fuerit siue non. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus:
dirige actus nostros in bñpla-
cito tuo: vt in nõie dilecti filij tui me-
reamur bonis operibus abundare.
Qui tec. Memo. de sancto stepha. de
sancto ioanne, de innocentibus, et de
sancto thoma tantũ. Ad galathas.

iiij. A Fratres. Quanto tempore he-
res paruul⁹ est, nichil differt
a seruo: cum sit dominus omnium.

Sed sub tutoribus et actoribus est:
vsq ad prefinitum tempus a patre.
Ita ꝑ nos cum essemus paruuli: sub
elementis mundi huius eramus ser
uientes. At vbi venit plenitudo tem
poris: misit deus filium suum factũ
ex muliere, factũ sub lege, vt eos qui
sub lege erãt, redimeret: vt adoptio-
nem filiorum reciperemus. Quoniã
autem estis filij dei: misit deus spiri-
tum filij sui in corda vestra, claman-
tem abba pater. Itaq iã non est ser-
uus: sed filius. Quod si filius et he-
res per deũ. Gr. Speciosus forma pre fi ps. xliiij.
lijs hominũ: diffusa est gratia in labijs tuis.
V. Eructauit cor meum verbum bonum: di-
co ego opera mea regi: lingua mea calamus
scribe velociter scribentis. Alleluia. V⁹.
Dominus regnauit decorem induit: induit ps. xcij.
dominus fortitudinem, et precinxit se virtu-
te. Hac die semper siue dominica fue-
rit siue non, dicitur ista sequentia.

Christe hodierna celebram⁹ na-
talitia. Celica resonẽt clare ca
menas agmina. Nunc regis celebrã
do gratulanter nuptias. Lex noua
iam terras illustrat veteres pellens
tenebras. Reserat supna gratia diu
clausa palatia. Felix mater et sola
intacta virgo et puerpera. Iam na-
to stas grauida, cum viri sis cubilis
nescia. Omnis caterua nostra te ro-
gat domina. Soluas quo nostra cũ-
cta peccaminum vincula virgo sem
piterna beata. Digna fuisti sola tol-
lentẽ crimina. Intra vteri claustra
portare qui gubernat oĩa: supera,
infera. Hunc sua laudant facta gau-
dentes bona qua viuunt superessen
tia. Nos humilima turba dam⁹ de-
bita poscentes eius clementiam. Ut
nostra prestans tempora nunc quie-
ta det placita frui vita: vtilia dãdo
famulis munera. Ac iter nos discri-

mina feua solues post funera dereli-
cta, sedẽ ducat mortis ac malorum
ignaram. Ubi ad dexterã patris al-
mã sedet conregnãs coeternus p om
nia. Potẽter cũcta disponẽdo cũ eo
secla presentia et futura. Beata iu-
stis donans oĩbus premia. Preclara
qua lux vere micat: que est salus eter
na et nostra gloria. Scdm Lucam.
ij. E In illo tẽpore. Erant ioseph et
maria mater iesu mirãtes sup
his que dicebãtur de illo. Et bñdixit
illis simeon: et dixit ad mariam ma-
trẽ eius. Ecce positus est hic in ruinã
et in resurrectionẽ multorum in israel:
et in signũ cui contradicet. Et tuam
ipsius animã ptransibit gladius: vt
reuelent ex multis cordibus cogita-
tiones. Et erat anna prophetissa fi-
lia phanuel: de tribu aser. Hec proces
serat in diebus multis, et vixerat cũ
viro suo annis septem a virginitate
sua. Et hec vidua erat vsque ad ãnos
octoginta quatuor: que non discede-
bat de templo ieiunijs et obsecratio-
nibus seruiens nocte ac die. Et hec
ipsa hora superueniẽs confitebatur
dño: et loquebatur de illo omnibus
qui expectabãt redemptionẽ israel.
Et vt perfecerũt oĩa scdm legem dñi,
reuersi sunt in galileam, in ciuitatẽ
suam nazareth. Puer autem cresce-
bat et cõfortabatur: plenus sapientia.
Et gratia dei, erat in illo. Credo.
ps.xcij. Offert. Deus enim firmauit orbem terre,
qui non cõmouebitur: parata sedes tua deus
extunc a seculo tu es. Secreta.
Accepta q̃sum⁹ dñe sacrificiũ
plebis tue: quã iesu christi fi-
lij tui dñi nostri iubeas esse cõsortẽ:
q humanitatis nr̃e dignat⁹ est fieri
Matth. ij. D participes. Qui te. Cõio. Tolle puerũ et
matrẽ ei⁹, et vade in terrã iuda: defuncti sunt
enim qui querebãt animã pueri. Postcõio.
Sumpto sacrificio dñe tua ge-
neraliter exultet ecclesia: quo
infirmitates ei⁹ sũt assũpte, vt diui-
ne particeps fieret ipsa substãtie. p.
¶ In die sancti syluestri. Officium.
Sacerdotes tui induantur. Oratio.
Da q̃s oĩps deus: vt beati sylue
stri confessoris tui atque põtifi-
cis veneranda solẽnitas: et deuotio-
nem nobis augeat et salutem. Per.
Mẽo. de nati. de s. stepha. de s. ioan.
de innocen. et de s. thoma. Epl̃a Ecce
sacer. in cõi vnius confes. Gr. Ecce sa
cerdos. Alla. v. Inueni. Sequen. de cõi.
Euangelium Homo quidã peregre.
in cõmuni vnius cõfessoris. Credo.
Offerto. Inueni dauid. Secreta.
Adesto domine supplicationi-
bus nostris, nec vllis mentis
et corporis patiaris subiacere peri-
culis: quos beati syluestri pontificis
munit gloriosa confessio. Per dñm.
Cõmunio. Beatus seruus. Postcõio.
Quesumus oĩps deus, vt ho-
dierne solẽnitatis mun⁹ acce-
ptũ: intercedẽte btõ syluestro cõfesso
re tuo atque põtifice, et corporib⁹ nr̃is
salutẽ prestet et mẽtibus. Per. ¶ In
die circũci. do. offm. Puer nat⁹. Orõ.
Deus qui nobis nati saluato-
ris diẽ celebrare cõcedis octa-
uum: fac nos quesum⁹ eius ppetua
diuinitate muniri: cuius sumus car
nali commercio reparati. Qui. Nul
la fiat memo. ad hanc missam. Epl̃a.
Apparuit gratia dei sal. vt i prima
mis. in die natiui. Gr. Uiderunt. Ut in
iij. mis. in die natiui. do. Alleluia. v.
Multifarie olim deus loquens patribus in Heb. j.
prophetis, nouissime diebus istis locutus est A
nobis in filio suo. Sequentia.
Eja recolamus laudibus pijs
digna. Huius diei gaudia: in
qua nobis lux orit gratissima. No-

ctis interit nebula: pereũt nostri criminis vmbracula. Hodie seculo maris stella est enixa noue salutis gaudia. Quem tremunt barathra, mors cruẽta pauet ipsa, a quo peribit mortua. Gemit capta pestis antiqua, coluber liuidus perdit spolia. Homo lapsus, ouis abducta reuocat ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorũ celestia. Qr erat drachma decima pdita, ꝛ est inuẽta. O proles nimiũ beata, qua redẽpta est natura. Deus q̄ creauit oĩa, nascit ex femina. Mirabilis natura mirifice induta, assumẽs qḋ nõ erat, manẽs qḋ erat. Induitur natura diuinitas humana: qs audiuit talia dic rogo facta? Querere venerat pastor pius qḋ perierat. Induit galeã, certat vt miles armatura. Prostrat⁹ in sua propria ruit hostis spicula: auferunt tela. In qbus fidebat: diuisa sunt illi⁹ spolia, capta pͥda sua. Christi pugna fortissima salus nostra est vera. Qui nos summã ad patriã ducat post victoriam. In qua sibi laus est eterna.



¶ Sequẽtia sctĩ euãg. scḋm Lucam

ij. ¶ In illo tpe. Postq̄ cõsummati sunt dies octo vt circunciderent puer: vocatum est nomẽ eius Jesus. Quod vocatũ est ab angelo: priusq̄ in vtero cõciperetur. Credo. Offr. Tui sunt. vt supra. fo. xxiiij. Secreta.

Presta q̄s ops deus: vt per hec munera q̄ dñi nostri iesu christi arcane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligentia consequamur. Per eundem do.

Cõio. Viderunt omnes. Postcõmunio.

Presta q̄s dñe vt qḋ nr̃i saluatoris iterata solẽnitate pcepimus: ppetue nobis redẽptionis cõferat medicinã. Per. ¶ In oct. s. steph. s. ioã. et sctoꝝ innoce. siue do. fue. siue nõ: ad mis. oĩa fiãt sicut in prima die pter sequẽ. ꝛ Credo. ꝛ pfa: q̄ erit quotiđ. ita tñ q᷑ i oct. s. ioã. đr pfa. de apl̃is Et te dñe sup. Et đr cãtus sup Kyrie. Glĩa in ex. Sctũs. et Agn⁹. sicut in fes. simpli. ix. lc. tñ si do. fue. đr Credo. sꝫ nulla sequẽ. ꝛ etiã fiat mẽo. de sctis p orđ. Mẽo. aũt fiat de sctã ma. i oct. s. steph. ꝛ abhinc vsq̄ ad purifi. tã in fes. q̄ in fer. ꝛ in do. nisi in vigi. epi. et in die eiusđ, cũ orõne Deus qui sa. ¶ In vigi. epi. offiĩ. Lux ful. vtš in aurora. Hac die si do. fue. đr cãtus super Kyrie. Glĩa in excel. Sanctus et Agnus. sicut in simplici fes. ix. lect. si vero do. nõ fue. đr cãt⁹ sicut in fes. iij. lec. sine regi. cho. et nõ đr Glĩa in ex. nec Credo. nec Ite missa est. q̄r quasi vigi. habet: tñ diacon⁹ ꝛ subdia. dalmatica ꝛ tunica induantur. Oratio.

Corda nostra q̄s dñe vẽture festiuitatis splendor illustret: quo mũdi huius tenebris carere valeamus, et pueniamus ad patriã claritatis eterne. Per do. Mẽo. de s. tho. Deus pro cuius. Memo. de sancto edwardo rege et confessore. Oratio.

Deus qui vnigenitũ filiũ tuũ dñm nostrũ iesum christum gloriosissimo regi edwardo i forma visibili demõstrasti: tribue q̄sumus vt eius meritis ꝛ precibus, ad eternã ipsius dñi nr̃i iesu xpi visionẽ pertingere mereamur. Qui tecum. Non dicunt plures vel pauciores orationes

ad hāc missam siue do. fuerit siue nō. Epl'a. Apparuit benignitas Gr. Be nedictus qui venit. V. A domino. querē hec omnia in die nati. dñi ad missam in aurora. Siue dñica fuerit siue non semper hac die dr Alla. V. Dominus reg. sed nulla dr seque. Scdm Mattheū.



ij. D In illo tpe. Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit in sōnis ioseph in egypto, dicēs. Surge & accipe puerū & matrē eius: & vade in terrā israel: defuncti sunt eni qui q̄rebāt animā pueri. Qui cōsurgēs accepit puerū & matrē eius: & venit i terrā israel. Audiēs autē q archelaus regnaret in iudea p herode p̄re suo: timuit illo ire. Et admonit⁹ i sōnis, secessit in partes galilee. Et veniens habitauit in ciuitate que vocat nazareth: vt adipleret quod dictū est per prophetas, qm nazareus vocabitur. Offr. Deus enim firmauit. vt in die natiuitatis dñi in aurora. Secreta.

Tribue q̄s dñe vt eū p̄sentib⁹ imolemus sacrificiis & sumamus: quem venture solēnitatis pia munera preloquuntur: dñm nostrū iesum christū filium tuum. Qui tec. ¶ De sancto tho. secreta. Salutaris ho. Alia secreta de sancto edwardo.

Sacris altarib⁹ assistētes nos dñe q̄sumus spūs sancti luce perfunde: vt qd tibi in honore beati regis edwardi deuote offerim⁹: nobis ipso interueniēte fiat remedium salutare. Per. in vnita. eiusdem. Prefa. quotid. Cōio. Tolle puerū. Require sexta die a nati. dñi. Postcōmunio.

Da nobis q̄s dñe digne celebrare mysteriū, qd in nri saluatoris īfātia (miraculis coruscātib⁹) declarat: & corporalib⁹ incremētis manifesta designat hūanitas. Per eūd. ¶ De sacto tho. postcōio. Adiuuet. Alia postcōio de sancto edwardo.

Uitalis alimonie cōuiuio saginati q̄s dñe de⁹ nr: vt vti regis edwardi cōfessoris tui suffragātib⁹ meritis, celestis conuiuij mereamur esse participes. Per. ¶ In nocte epipha. post. ix. R. catet hoc euāge. Dñs vobiscū. Et cū spū. Sequētia sancti euāgel. ij scdm Lucā. Gloria tibi dñe.



iij. D Factū est aūt cū baptizaretur ōis ppls, et iesu baptizato, et orāte: aptū est celū. Et descēdit spūs sctūs corporali specie, sicut colūba in ipm: et vox de celo facta est. Tu es filius meus dilect⁹: in te cōplacuit michi. Et ipse iesus erat incipiēs quasi annor triginta: vt putabatur filius ioseph. Qui fuit heli: q fuit mathat. Qui fuit leui: qui fuit melchi. Qui fuit ianne: qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos. Qui fuit naum: q fuit heli. Qui fuit nagge: q fuit mathat. Qui fuit mathathie: q fuit semei. Qui fuit ioseph: qui fuit iuda. Qui fuit iohāna: qui fuit resa. Qui fuit zorobabel: q fuit salathiel.

Qui fuit neri: q̄ fuit melchi. Qui fuit adi: q̄ fuit cosam. Qui fuit helmadā: q̄ fuit her. Qui fuit iesu: q̄ fuit eliezer Qui fuit iorim: q̄ fuit mathat. Qui fuit leui: q̄ fuit simeō. Qui fuit iuda: qui fuit ioseph. Qui fuit iona: q̄ fuit eliachim. Qui fuit melcha: q̄ fuit mē-na. Qui fuit mathata: q̄ fuit nathā. Qui fuit dauid: q̄ fuit iesse. Qui fuit obed: q̄ fuit booz. Qui fuit salmon: q̄ fuit naason. Qui fuit aminadab: q̄ fuit aram. Qui fuit esrō: q̄ fuit phares. Qui fuit iude: q̄ fuit iacob. Qui fuit isaac: q̄ fuit abrahe Qui fuit thare: q̄ fuit nachor. Qui fuit saruch: q̄ fuit ragau. Qui fuit phalech: q̄ fuit heber. Qui fuit sale: qui fuit cainā. Qui fuit arpharat: q̄ fuit sem. Qui fuit noe: q̄ fuit lamech. Qui fuit mathusale: qui fuit enoch. Qui fuit iareth: q̄ fuit malaleel. Qui fuit cainā: q̄ fuit enos. Qui fuit seth: q̄ fuit adā. Qui fuit dei. Jesus autē plenus spiritu sancto: regressus est a iordane. Finito euāg. incipiat sacer. Te deū.



In die epipha. Ad missam. Offi̅m.



Ecce aduenit dominator dn̄s: et regnū in manu eius ꝛ potestas ꝛ imperiū. ps. Deus iudicium tuum regi da: et iustitiam tuam filio regis. Ecce ad. Mala. iij. A ps. lxxi.

Gloria pa. Ecce. Kyrie fons. Oratio.

Deus qui hodierna die unigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius, ut qui iam te ex fide cognouimus, usqꝫ ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eundem dominum. Lectio esaie prophete.

Surge, illuminare hierusalem quia uenit lumen tuum: ꝛ gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram: et caligo populos. Super te autem orietur dn̄s: et gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: ꝛ reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et uide: omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi. Filij tui de longe uenient: et filie tue de latere surgēt. Tunc uidebis ꝛ afflues, ꝛ mirabitur et dilatabitur cor tuū: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium uenerit tibi. Inundatio camelorū operiet te: dromedarij madian et effa. Omnes de saba uenient: aurum, et thus deferentes, et laudē dn̄o annunciantes. lx. A

Gr. Omnes de saba uenient, aurum et thus deferentes, ꝛ laudem dn̄o annunciantes. V. Surge, ꝛ illuminare hierusalem: quia gloria dn̄i super te orta est. Alla. V. Uidimus stellā eius in oriēte, et uenimus cū muneribus adorare dn̄m. Sequentia. Esaie lx. B Matth. ij. A

Epiphaniā domino canamus gloriosam. Qua prolē dei ueri magi adorant. Immensam chal-

dei, cuius per se que venerant potentiã. Quẽ cũcti prophete ꝑcinuere venturũ gentes ad saluãdas. Cuius maiestas ita est iclinata: vt assumeret serui formã. Ante secula q̃ deus ⁊ tẽpora: homo fact⁹ est ex maria. Sequẽs. V. Dr rex Balaam de quo vaticinãs, exibit ex iacob rutilãs inquit stella. Et confringet ducũ agmina regionis moab maxima potẽtia. Huic magi munera deferũt preclara: aurum simul thus cũ myrrha. Thure deũ predicant, auro regẽ magnũ: hoĩem mortalem myrrha. In somnis hos monet angelus ne redeãt ad regem cõmotũ ꝓpter regna. Pauebat eteñ nimiũ regẽ natũ verens amittere regni iura. Magi sibi stella micãte preuia: pergũt alacres itinera Patriã que eos ducebãt ad propriã, linquentes herodis mãdata. Qui percussus corde nimium pre ira. Extẽplo mandat infantulos per cuncta Inquiri bethleem cõfinia: et mox priuari eos vita. Ois nunc caterua tinnulũ iungat laudibus organi pneuma. Mystice offerẽs regi regũ christo munera ꝑciosa. Poscẽs vt per orbẽ regna oĩa protegat in secula sempiterna.



¶ Seque. scti euãg. scdm Mattheũ.

ij. A Cum natus esset iesus in bethleem iude, in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriẽte venerũt hierosolymã, dicẽtes. Ubi est qui natus est rex iudeorũ? Uidim⁹ enim stellam eius in oriente: et venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex, turbatus est, et omnis hierosolyma cũ illo. Et cõgregans oẽs principes sacerdotũ et scribas populi: sciscitabat ab eis vbi christus nasceret. At illi dixerũt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptũ est per prophetã. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̃ minima es in principibus iudã. Ex te eñ exiet dux, q̃ regat ppl̃m meũ israel. Tũc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittẽs eos in bethleem, dixit. Ite ⁊ interrogate diligenter de puero, ⁊ cum inueneritis renunciate michi: vt et ego veniens adorẽ eum. Qui cũ audissent regem, abierũt. Et ecce stella quam viderãt in oriente antecedebat eos, vsq̃ dum veniẽs staret supra vbi erat puer. Uidentes autẽ stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerũ cum maria matre eius: et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera: aurum, thus, et myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionẽ suam. Offer. Reges tharsis et insule munera offerẽt: reges arabum et saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes seruient ei. Ps. lxxi.

Secreta.

Ecclesie tue quesum⁹ dñe dona propitius intuere: q̃bus nõ iã aurũ, thus, et myrrha profertur: sed quod eisdẽ muneribus declarat, immolat ⁊ sumit: iesus christus dñs noster. Qui tecũ. Prefatio. Quia cum vnigenitus. Hec prefatio dicitur per totas octa. ⁊ in octauis. et Communicãtes. similiter. Cõmunio. Uidimus

Matth. ij. A stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcōio.

Presta q̄s ops deus: vt que solenni celebramus officio: purificate mentis intelligētia consequamur. Per dn̄m. Quotidie infra octa. dicit eadē missa: sed sine sequentia et Credo. tn̄ in dn̄ica dicitur Credo. sed nulla sequē. ¶ Dn̄ica infra octa. ad missam dr cantus super Kyrie. Gl'ia in excel. Sāctus. et Agnus. p ordinē sicut infra octa. cū reg. cho. habet: cetera sicut in die, preter sequētiā, cum hoc euangelio. Secundū Joannem.



j. D In illo tpe. Uidit ioānes iesum venientē ad se, ꝛ ait. Ecce agn⁹ dei: ecce q̄ tollit peccata mūdi. Hic est, de quo dixi. Post me venit vir q̄ ante me factus est, qr prior me erat: et ego nesciebā eū. Sed vt manifestet in israel: ppterea veni in aqua baptizās. Et testimoniū phibuit ioānes, dicēs. Qr vidi spm̄ descendentē quasi colūbam de celo, et māsit super eū: et ego nesciebā eum. Sed q̄ misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Super quem videris spiritū descendentē, et manētem super eum: hic est q̄ baptizat in spū sancto. Et ego vidi: ꝛ testimoniū perhibui: qr hic est filius dei. Qđ si do. infra oct. nō euene. tunc in quarta fer. infra octa. legat hoc pdi. euāg. ¶ Tertia die ifra oct. fiat memo. de marty. luciano socijsq̄ ei⁹ cū orōne de cōi p'rimo. mar. ¶ In octa. epiph. Offiñ. Ecce aduenit. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substantia carnis nr̄e apparuit: presta quesumus, vt per eum quē similē nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecū vi. Memo. de sctō hilario confes. Orō.

Adesto dn̄e supplicationib⁹ nostris: ꝛ intercessiōe btī hilarij cōfessoris tui atq̄ pōtificis, cui⁹ depositionē celebramus: perpetuā nobis miam benignus impende. Per do. Memo. de sctā maria. orō. Deus qui salutis eter. Lectio esaie prophete.

Domine deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo, q̄ facis mirabiles res. Consilium tuū antiquū: verum fiat. Domine excelsum est brachiū tuū deus sabaoth: corona spei que ornata est gloria. Exultet desertum, et exultent solitudines iordanis: et popul⁹ me⁹ videbit altitudinem domini ꝛ maiestatem dei, et erit congregatus et redemptus per deum. Et veniet in sion cum gaudio et letitia sempiterna: super caput eius laus et exultatio. Et aperiā in montibus flumina, in medijs cāpis fontes dirumpam: et terram sitientem sine aqua infundam. Ecce puer me⁹ exaltabit ꝛ eleuabit: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris: et dicetis in illa die, confitemini dn̄o: ꝛ inuocate nomē ei⁹. Notas facite in populis virtutes eius: cantate dn̄o quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in vniuersa terra. Dicit dominus ops. Gr. Oēs de saba. Alla. V. Uidimus stellam. Non dicit sequentia, licet dn̄ica fuerit. Scđm Mattheū. xij. A

In illo tēpore Uenit iesus a galilea in iordanem ad ioannem, iij. D

vt baptizaret ab eo. Joãnes autem prohibebat eũ, dicẽs. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me. Respondẽs autẽ iesus, dixit ei. Sine modo: sic enĩ decet nos implere omnẽ iustitiã. Tũc dimisit eũ. Baptizatus autẽ iesus: confestim ascẽdit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritũ dei descendentem sicut columbam, et venientẽ super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui. Offr. Reges tharsis et insule. Secreta.

Hostias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus suppliciter exorantes: vt sicut idem nostrorũ auctor est munerũ, ita ipse sit misericors et susceptor: iesus christus dñs noster. Qui tecum. Alia secreta.

Sancti hilarij precibus tibi dñe quesumus grata reddatur oblatio: pro cuius est depositione immolãda. Per. Prefatio. Quia cum vnigenitus. et Communicantes. vt in die. Cõio. Vidimus stellam. Postcõmunio.

Celesti nos qs dñe lumine semper et vbiqz preueni: vt mysteriũ cuius nos participes esse voluisti, et puro cernamus intuitu, et digno percipiamus effectu. Per. Alia postcõio.

Sumptum dñe pignus redemptionis eterne, sit nobis quesumus interueniẽte beato hilario confessore tuo atqz põtifice: vite presentis auxiliũ pariter et future. Per dñm.

¶ Dominica prima post octa. epiphanie. Officium.

Eccl'ia. 

In excelso throno vidi sedere virũ, quẽ adorat multitudo angelorũ psallẽtes in vnũ: ecce cuius imperij nomen est in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. ps. xcix. Oratio.

Vota quesumus domine supplicantis populi celesti pietate prosequere: vt et que agenda sunt videant: et adimplẽda que viderint conualescant. Per dominum.

Epistola. Ad Romanos.

Fratres. Obsecro vos per misericordiã dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctam, deo placentẽ: rationabile obsequium vestrũ. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri. Ut probetis que sit voluntas dei bona: et beneplacens, et perfecta. Dico enim vobis per gratiam que data est michi: omnibus qui sunt inter vos, nõ plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Et vnicuiqz: sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus (omnia autem membra non eũdem actũ habent) ita multi vnum corpus sumus in christo: singuli autẽ alter alterius mẽbra. In christo iesu, domino nostro. Gr. Benedictus dominus deus israel, qui facis mirabilia magna solus a seculo. V. Suscipiant montes pacem populo tuo et colles iustitiam. Alleluia. V. Jubilate deo omnis terra: seruite dño in letitia. ps. lxxi. ps. xcix.

Nulla die dñica per annũ dicitur sequẽtia ad missam qñ de dñica agitur, nisi in aduẽtu et in tẽpore paschali: et nisi in dñica infra hebdomadam natiui. dñi. ¶ Secundum Lucam.

Cum factus esset iesus annorũ duodecim: ascendẽtibus illis hierosolymam secundum consuetudinem diei festi. Consummatisqz diebus cum redirent: remansit puer iesus in hierusalem, et nõ cognouerũt parentes eius. Existimantes autem



illum esse in comitatu: venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes: regressi sunt in hierusalem requirētes eum. Et factum est post triduum, inuenerunt illum in templo: sedentem in medio doctorum: audiētem illos, et interrogantem. Stupebāt autem omnes qui eum audiebāt super prudentia, et responsis eius: et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius, ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis? Nesciebatis qz in his q̄ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbū quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, et venit nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec: conferēs in corde suo. Et iesus proficiebat sapiētia, etate, et gratia: apud deum et ho-

ps.xcix. mines. Offer. Jubilate deo omnis terra, iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia: intrate in conspectu eius in exultatione: quia dominus ipse est deus. Secreta.

OBlatū tibi domine sacrificiū viuificet nos quesumus semper, et muniat. Per dominum. Cōio. Fili

Lu.ij.G quid fecisti nobis sic? ego et pater tuus dolētes querebamus te: quid est qz me querebatis? nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse? Postcommunio.

TUa nos domine sancta libantes: & perfecte capiamus purgationis effectum: et continuum diuine defensionis auxilium. Per do. Si tēpus adeo breue fuerit ab octa. epipha. vsqz ad lxx. qz tres misse dñicales: scz In excelso throno. Omnis terra. et Adorate. non possint singule in singulis cantari hebdo. tūc due vel tres misse (si tēporis breuitas expetierit) in vna eadēqz hebdo. cantentur. Et si aliquod fes. trium lec. ibidē contigerit: totum fiat seruitiū de festo vsqz ad mis. et tunc ad illam missam q̄ erit de dñica: fiat scda oro de ipso fes. tertia de sancta maria, quarta de omnib9 sanctis, quinta p vniuersali ecclesia. Cetere vero misse q̄ sequuntur, eo anno oīno pretermittātur. Hoc etiam bene obseruetur qz nunq̄ ante primā dñicam post octa. epipha. cantet missa In excelso thro. nisi quando nulla dñica inter octa. epipha. et lxx. contigerit: tūc enim in ferijs primo loco post octa. epiph. cātetur: et due misse, scz Omnis terra. et Adorate. in ferijs sequentib9 eiusdem hebdo. cantentur: et tunc nichil fiat de festis trium lec. que ibidē contingere possunt. Cum aūt prolixum fuerit tēpus: officium Adorate. per tres dominicas cantetur. Si vero tres fuerint dominice inter octa. epipha. et septuagesimam: ita qz tria officia predicta cantentur: tūc in ferijs post tertiā dñicam si vacauerint dicantur epře & euangelia de quarta & quinta dñica in missis de die. ¶ Feria quarta. Epistola ad Romanos.

FRatres. Voluntas quidē cordis mei: et obsecratio ad deū fit pro incredulis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, qz emulationem dei habent: sed non secun-

dum scientiam. Ignorãtes enim dei iustitiã, et suam querentes statuere: iustitie dei nõ sunt subiecti. Finis eñi legis christus: ad iustitiam omni cre denti. Euangel. Scđm Mattheum.

iiij. B In illo tempore. Cum audisset iesus q ioãnes traditus esset: secessit in galileam. Et relicta ciuitate nazareth: venit & habitauit in capharnaum maritima in finibus zabulon et neptalim, vt adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam. Terra zabulon, et terra neptalim: via maris trans iordanem galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã. Et sedẽtibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit iesus predicare, & dicere. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnũ celorum. ¶ Feria.vj. Ad Romanos.

xiij. A Fratres. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a deo. Que autem sunt, a deo ordinata sunt. Itaq; q resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistit: ipse sibi damnationem acquirit. Nam principes qui principant non sunt timori boni opis: sed mali. Uis enim nõ timere potestatem? Fac bonum: et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonũ: si autem male egeris, time. Nõ enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Ideoq; necessitati subditi estote: non solum pp̃ter iram sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa prestatis. Ministri enim dei sunt: in hoc ipsum seruientes.

¶ Secundum Lucam.

iiij. C In illo tempore. Egressus est iesus in virtute spiritus in galileam: & fama exijt per vniuersam regionẽ de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: et magnificabat ab omnib9. Et venit nazareth vbi erat nutritus: & intrauit scđm consuetudinem suã die sabbati in synagogã: et surrexit legere. Et traditus est illi liber esaie pphete. Et vt reuoluit librum: inuenit locũ vbi scriptũ erat. Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, et sanare contritos corde. Predicare captiuis remissionem, & cecis visum: dimittere confractos in remissionẽ, predicare annum dñi acceptum: & diem retributionis. Et cũ plicuisset librum: reddidit ministro, & sedit: et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eũ. Cepit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabãt: & mirabantur in verbis gratie: que procedebant de ore ipsius.



¶ Dñica.ij.post octa.epipha. Offm.



Omnis terra adoret te deus & psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo altissime. ps. Jubilate deo om̃is terra, psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ps.lxv.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui celestia simul et terrena moderaris, supplicationes populi tui clemeter exaudi: et pacē tuā nostris concede temporibus. Per. Ad Romanos.

xij. B Fratres. Habētes donationes scđm gratiā q̄ data est nobis differētes. Siue prophetiā, scđm rationē fidei: siue ministerium, in ministrādo: siue q̄ docet, in doctrina. Qui exhortat, in exhortando: q̄ tribuit, in simplicitate: q̄ preest, in solicitudine: q̄ miseret, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odiētes malū, adherētes bono. Charitatē fraternitatis inuicē diligētes: honore inuicē preuenietes. Solicitudine non pigri: spiritu feruētes: dño seruiētes. Spe gaudētes: in tribulatione patiētes. Orationi instātes: necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatē sectātes. Benedicite persequētibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus: flere cū flētibus. Idipsum inuicē sentiētes. Nō alta sapientes: sed humilibus cōsentientes.

ps.cvj. Gr. Misit dñs verbum suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitu eorum. V. Confiteantur dño mie eius, et mirabilia eius filijs hoim.

Psalm' cxlviij. Alla. V. Laudate deū oēs angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.



Secundum Joannem.

ij. A In illo tempore. Nuptie facte sūt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est autem iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater iesu ad eum. Vinum non habēt. Et dicit ei iesus. Quid michi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater iesu ministris. Quodcunq dixerit vobis, facite. Erant autē ibi lapidee hydrie sex posite secundum purificationem iudeorum: capiētes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq ad summum. Et dixit eis iesus. Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerūt. Vt autē gustauit architriclinus aquam vinum factum: et non sciebat vnde esset (ministri autem sciebant qui hauserant aquam) vocat sponsum architriclinus, et dicit ei. Omnis homo primū bonum vinum ponit: et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti vinum bonum, vsq adhuc. Hoc fecit initium signorum iesus in chana galilee: et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Offer. Jubilate deo vniuersa terra, iubilate deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite et audite et narrabo vobis oēs qui timetis deum, quāta fecit dñs anime mee alleluia. ps.lxv.

Secreta.

Vt tibi domine grata sint munera populi tui supplicantis: ab omni q̄sumus eū cōtagione peruersitatis emunda. Per.

Cōio. Dicit dñs: implete hydrias aqua, et ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquam vinum factum, dicit sponso: seruasti vinum bonum vsq adhuc: hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis. Joan. ij. A

Postcōio.

Augeatur in nobis dñe quesumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda, tuo sem-

per munere preparemur. Per dñm.
¶ Feria quarta. Ad Timotheum.
ij. D C Harissime. Fidelis sermo et oi
acceptione dignus. Quia chri
stus iesus venit in hunc mundũ pec
catores saluos facere: quorũ primus
ego sum. Sed ideo misericordiã con
secut⁹ sum: vt in me primũ ostẽderet
christus iesus omnẽ patiẽtiã, ad in
formationem eorum qui credituri sunt
illi in vitam eternã. Regi autem se
culorũ immortali, inuisibili, soli deo
honor et gloria: in secula seculorum.
Amen. Secundum Marcum.
vj. A I N illo tẽpore. Egressus iesus,
abijt in patriã suam: et seque
bantur illum discipuli sui. Et facto
sabbato: cepit in synagoga docere.
Et multi audientes, admirabantur
in doctrina eius, dicẽtes. Unde huic
hec omnia? Et que est sapientia que
data est illi: et virtutes tales que per
manus eius efficiuntur? Nonne iste
est fabri filius, et marie: frater iaco
bi et ioseph et iude et simonis? Non
ne et sorores eius hic nobiscum sunt?
Et scandalizabantur in illo. Et dice
bat eis iesus. Quia non est propheta
sine honore: nisi in patria sua, et in co
gnatione sua, et in domo sua. Et non
poterat ibi virtutẽ vllã facere: nisi
paucos ĩfirmos, ĩpositis manib⁹ cu
rauit. Et mirabat, ppter increduli
tatẽ eorum. ¶ Fer. vj. Ad Romanos.
iiij. C F Ratres. Scio et cõfido in do
mino iesu: quia nichil cõmu
ne per ipsum: nisi ei qui existimat qd
cõmune esse, illi cõmune est. Si enim
propter cibum frater tuus scandali
zatur aut contristatur: iam nõ scdm
charitatem ambulas. Noli cibo tuo
illum perdere: pro quo christus mor
tuus est. Nõ blasphemetur ergo bo
num nostrum. Nõ est enim regnum
dei esca et potus: sed iustitia, et pax, et
gaudium in spiritu sancto. Qui eñi
in hoc seruit christo, placet deo: et pro
batus est hominibus. Itaqz que pa
cis sunt sectemur: et q̃ edificationis
sunt inuicẽ custodiam⁹. Nolite pro
pter escam destruere opus dei. Om
nia quidem mũda sunt: sed malum
est homini qui per offendiculũ man
ducat. Bonum est non manducare
carnem, et non bibere vinum: neqz in
quo frater tuus offenditur, aut scan
dalizatur, aut infirmatur. Tu fidẽ
quam habes penes temetipsum: ha
be coram deo. Beatus qui non iudi
cat semetipsum, in eo quod probat.
Qui autem discernit, si manducaue
rit, damnatus est: quia nõ est ex fide.
Omne autẽ quod non est ex fide, pec
catum est. Secundum Lucam.



I N illo tẽpore. Descendit iesus iiij. E
in capharnaum ciuitatem ga
lilee: ibiqz docebat sabbatis. Et stupe
bant in doctrina eius: quia in pote
state erat sermo ipsi⁹. Et in synago
ga erat homo habẽs demonium im
mundum: et clamauit voce magna,
dicens. Sine. Quid nobis et tibi iesu
nazarene? Uenisti perdere nos? Scio
te: quia scis sanctus dei. Et increpa
uit illum iesus, dicens. Obmutesce et
exi ab illo. Et cum proiecisset illud de
monium: in medium exijt ab illo, ni
chilqz eũ nocuit. Et factus est pauor

in oĩbus:et colloquebãt adinuicẽ dicẽtes. Quod est hoc verbũ: q2 in potestate ⁊ virtute iperat spiritib⁹ immũdis, ⁊ exeũt. Et diuulgabatur fama de illo: in omnem locum regionis.

¶ Dñica.iij.post octa.epi. Officiũ.

ps.xcvj. 
Dorate deũ omnes angeli eius, audiuit et letata est sion: et exultauerunt filie iude. ps Dominus regnauit exultet terra: letẽtur isule multe. Or.

Omnipotens sempiterne deus, infirmitatem nostram propitius respice: atq3 ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extende. Per dominum. Ad Romanos.

xij. D Fratres. Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos: nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona, non tãtum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est: cũ omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locũ ire. Scriptũ est enim. Michi vindictam: ⁊ ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum. Si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in

ps.cj. bono malum. Gr. Timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam. ℣ Quoniam edificauit dominus sion: ⁊ videbitur in maiestate sua. Alla. ℣.

ps.xcvj. Dominus regnauit exultet terra: letẽtur insule multe. Secundum Mattheum.

viij. A In illo tẽpore. Cum descendisset iesus de monte: secute sunt eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eum dicens. Domine, si vis: potes me mũdare. Et extẽdens iesus manum, tetigit eũ, dicẽs. Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: et offer munus tuum quod precepit moyses in testimoniũ illis. Cum autem introisset capharnaum, accessit ad eũ centurio, rogãs eum, et dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralytic⁹: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniã: et curabo eum. Et respondens centurio, ait. Domine, nõ sum dignus: vt intres sub tectum meum: sed tãtum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate cõstitutus: habẽs sub me milites. Et dico huic, vade, ⁊ vadit: ⁊ alio, veni, et venit: et seruo meo fac hoc, ⁊ facit. Audiens autẽ iesus, miratus est: et sequẽtibus se dixit. Amen dico vobis: nõ inueni tantã fidem in israel. Dico aũt vobis q multi ab oriẽte et occidẽte veniẽt, ⁊ recũbẽt cũ abrahã ⁊ isaac ⁊ iacob, in regno celorũ. Filij aũt regni, eijcient i tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹, ⁊ stridor dentiũ. Et dixit iesus centurioni. Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanat⁹ est puer in illa hora. Offer. Dextera dñi fecit virtutem, dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuam, ⁊ narrabo opera dñi. ps.cxvij.

Secreta.

Ite perpetue mysteria venerãda recolim⁹ te domine de-



precantes: ut ꝙ devotis eadem sacrificijs, et dignis operibus assequamur. Per. Cõio. Mirabantur omnes de
Luce iiij.D his que procedebant de ore dei. Postcõio.

Quos tantis dñe largiris uti mysterijs: presta qs, ut effectibus eorum veraciter aptare digneris. Per. ¶ Feria.iiij. Ad Romanos.

xv. G Fratres. Obsecro vos per dominum nostrum iesum christum: et per charitatem spiritus sancti: ut adiuuetis me in orationibus ad deũ. Ut liberer ab infidelibus qui sunt in iudea, ꝙ obsequij mei oblatio accepta sit in hierosolyma sanctis: ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, et refrigerer vobiscũ. Deus autẽ pacis: sit cum omnibus vobis, amen. Secundum Marcum.



iij. A In illo tẽpore. Intrauit iesus in synagogã: et erat ibi homo habẽs manum aridam. Et obseruabant eum si sabbatis curaret: ut accusarent illum. Et ait homini habẽti manũ aridam. Surge in mediũ. Et dicit eis. Licet sabbatis benefacere, an male? Animam saluã facere, an perdere? At illi tacebant. Et circũspiciens eos in ira: cõtristatus super cecitate cordis eorum, dicit homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est manus illi.

¶ Feria sexta. Ad Corinthios.

iij. A Fratres. Nescitis quia tẽplũ dei estis: et spiritus dei habitat in vobis? Si quis autẽ templum dei violauerit: disperdet illum deus. Templũ enim dei sanctũ est: quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat, ut sit sapiẽs. Sapientia enim huius mundi: stultitia est apud deum. Scriptum est enim. Comprehendam sapiẽtes in astutia sua. Et iterum. Dominus nouit cogitationes sapiẽtium: quoniam vane sunt. Nemo itaqꝫ glorietur, in hominibus. Omnia enim vestra sunt: siue paulus, siue apollo, siue cephas siue mundus, siue vita, siue mors, siue pñsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem christi: christus autem dei. Scdm Mattheum.



In illo tẽpore. Circuibat iesus iiij. D totam galileam docẽs in synagogis eorum: ꝙ predicans euangelium regni, et sanans omnẽ languorem, et omnem infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius, in totam syriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus ꝙ tormentis comprehensos: et qui demonia habebant: et lunaticos, et paralyticos: ꝙ curauit eos. Et secute sunt eũ, turbe multe. ¶ Dominica quarta. Adorate deum. ut supra. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mẽtis et corporis:

vt ea q̄ p pctis nr̄is patimur, te adiuuante vincam⁹. Per. Ad romanos.

xiij. C Fratres Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum: legem impleuit. Nam nō adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui, et si quod est aliud mandatum: in hoc verbo instaurat. Diliges proximū tuū, sicut teipsum. Dilectio proximi, malū non operat. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Gr. Timebunt gentes. Alleluia. V. Dominus regnauit. vt supra do. preceden.



Secundum Mattheum.

viij. C In illo tempore: Ascendēte iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce mot⁹ magnus fact⁹ est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat autē illis vētus cōtrarius: ipse vero dormiebat. Et accesserūt ad eum discipuli eius: et suscitauerūt eū, dicentes. Dn̄e, salua nos: perimus. Et dixit eis. Quid timidi estis: modice fidei? Tunc surgēs, imperauit vētis ⁊ mari: ⁊ facta est trāq̄llitas magna. Porro, hoies mirati sunt, dicētes. Qualis est hic? Quia vēti ⁊ mare, obediūt ei. Offr. Dextera. vts do. preceden. Secreta.

Concede quesumus oipotens deus: vt huius sacrificij munus oblatū, fragilitatē nostram ab omni malo purget semp et muniat. Per dn̄m Prefa. quotid. Cōio. Mirabantur. vts do. preceden. Postcōio.

Munera tua nos deus, ⁊ a delectationib⁹ terrenis expediāt: et celestibus semper instruāt alimentis. Per. C Fer. iiij. Ad Corinthios.

j. vij. Fratres. Bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationē autem vnusquisq̄ vxorē suam habeat: et vnaqueq̄ mulier virū suum habeat. Uxori vir debitum reddat: similiter autē et vxor viro. Mulier sui corporis potestatē non habet: sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem nō habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicem: nisi forte de consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et iterū reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incōtinētiā vestrā.

Secundum Lucam.



In illo tēpore. Factum est ambulātibus discipulis in via: dixit quidā ad iesum. Sequar te quocunq̄ ieris. Et ait illi iesus. Uulpes foueas habēt, et volucres celi nidos: filius autem hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Ait autē ad alterum. Sequere me. Ille autē dixit. Domine, permitte me primum ire: ⁊ sepelire patrem meum. Dixitq̄ ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, ⁊ annuncia regnum dei. Et ait alter. Sequar te domine: sed primum permitte mi- ix.

chi renũciare his qui domi sunt. Et
ait ad illũ iesus. Nemo mittens ma-
num suam ad aratrum, et aspiciens
retro: aptus est regno dei. ¶ Feria
sexta. Epistola. Ad Corinthios.
vij. D Fratres. Unusquisq; in qua
vocatione vocatus est: in ea
permaneat. Seruus vocatus es: nõ
sit tibi cure. Sed & si potes fieri liber
magis vtere. Qui enim in domino
vocatus est seruus: libert⁹ est domi-
ni. Similiter qui liber vocat⁹ est: ser
uus est christi. Precio empti estis: no
lite fieri serui hoĩm. Unusqsq; ergo
in quo vocatus est frater: in hoc per-
maneat apud deũ. Scd'm Marcum



B In illo tempore. Offerebant ie-
su paruulos vt tangeret illos,
discipuli aũt cõminabantur offeren
tibus. Quos cum videret iesus, indi
G gne tulit: et ait illis. Sinite paruu-
los venire ad me, & ne prohibueritis
eos: talium est enim regnũ celorum.
Amẽ dico vobis: quisqs nõ receperit
regnũ dei velut paruulus, nõ intra-
bit in illud. Et cõplerãs eos & impo-
nẽs manus sup illos: bñdicebat eos.
¶ Dñica. v. post oct. epi. ad miss. offi-
cium Adorate. vt's dñica. iij. Oratio.
Familiã tuam q̃s dñe cõtinua
pietate custodi: vt que in sola
spe grẽ celestis innititur: tua semper
ptectiõe muniat. p. Ad Colossenses.
B Fratres. Induite vos sicut ele
cti dei sancti et dilecti viscera

misericordie: mansuetudinem, beni-
gnitatem, humilitatem, modestiam,
patientiam. Supportãtes inuicem:
et donantes vobismetipsis, si qs ad-
uersus aliquem habet querelam. Si
cut et dominus donauit vobis: ita &
vos. Super hec omnia autem chari
tatem habentes: quod est vinculum
perfectionis. Et pax christi exultet in
cordibus vestris, in qua & vos voca-
ti estis in vno corpore: & grati estote.
Verbũ christi habitet in vobis abun
danter in omni sapientia: docẽtes et
commonentes vosmetipsos in psal-
mis, hymnis, et cãticis spiritalibus,
in gratia cantantes et psallentes in
cordibus vestris deo. Omne quod-
cunq; facitis in verbo, aut in opere:
omnia in nomine dñi nostri iesu chri
sti facite, grãs agentes deo et patri.
Per iesum christũ dñm nostrũ. Gr.
Timebunt gentes. Alla. V⁹. Dñs regna.
vt's dñica. iij. Secundũ Mattheum



In illo tempore. Dixit iesus di- xiij. D
scipulis suis parabolam hãc.
Simile factum est regnum celorum
homini qui seminauit bonum semẽ
in agro suo. Cum autem dormirent
homines, venit inimicus eius & sup-
seminauit zizania in medio tritici: et
abijt. Cum autem creuisset herba, et
fructum fecisset: tunc apparuerũt et
zizania. Accedentes autem serui pa-
trisfamilias, dixerunt ei. Dñe, nõne
bonum semẽ seminasti in agro tuo?

Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Uis imus, et colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cũ eis et triticum. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: et in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania: et alligate ea in fasciculos ad cõburẽdum. Triticũ autẽ cõgregate in horreum meum. Offer. Dextera. vt supra dñica.iij. Secreta.

Suscipe q̃sumus dñe tuorum oblationes preces qꝫ seruorum: vt sub tue protectionis auxilio: et collata non pereant: et que expetunt, apprehendant. Per dñm. Prefa. quotid. Cõio. Mirabantur. vt s dñica.iij. Postcõio.

Deus qui nos sacramenti tui participatione contingis, virtutis eius effectus in nostris cordibus opare: vt muneri diuino quod sumpsimus, p ipsum munus aptemur. Per.

Feria quarta. Ad Timotheum.

j.iij. A Charissime, obsecro primũ omnium fieri obsecrationes, orationes, postulatiões, gratiarũ actiones: pro omnibus hominibus. Pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt constituti: vt quietã et tranquillã vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonũ est: et acceptum coram deo saluatore nostro. Qui omnes homines vult saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus: vnus et mediator dei et hominum, homo christus iesus. Qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus: cui testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego predicator et apostolus. Ueritatem dico, et non mentior: doctor gentium in fide et veritate.



Secundum Mattheum.

In illo tẽpore. Dixit iesus turbis iudeorum. Homo quidã habebat duos filios: et accedens ad primum dixit. Fili, vade hodie operari in vineam meam. Ille autem respõdens, ait. Nolo. Postea autem penitentia motus, abijt. Accedẽs autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondẽs, ait. Eo domine. Et nõ iuit. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicunt. Primus. Dixit illis iesus. Amen dico vobis: quia publicani et meretrices precedent vos in regno dei. Uenit enim ad vos ioãnes in via iustitie: et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Uos autem videntes, nec penitẽtiam habuistis: vt postea crederetis ei. Qui habet aures audiẽdi, audiat. Dñica in.lxx. Offic.



Circundederunt me gemitus mortis, dolores inferni circũdederũt me: i tribulatiõe mea iuocaui dominum, et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. Ps Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamẽtum meum et refugium meum, et liberator meus. Ab hac die vsqꝫ ad vigi. pasche nõ dr Gloria in excel. neqꝫ Ite missa est. de quocunqꝫ dicit missa: nisi epus

in cena domini celebrauerit. Oratio.
Preces populi tui q̃sumus dñe clementer exaudi: vt qui iuste pro pctis nr̃is affligimur: pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per do. Epl'a. Ad Corinthios.
.ix. D Fratres. Nescitis q̃ hi qui in stadio currunt, omnes quidẽ currunt: sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt cõprehendatis. Omnis eñi q̃ in agone cõtẽdit: ab oĩbus se abstinet. Et illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt: nos autẽ incorruptã. Ego igitur sic curro: nõ quasi in incertum. Sic pugno, non quasi aerẽ verberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs predicauerim: ipse reprobus efficiar.
x. A Nolo enim vos ignorare fratres qm̃ patres nr̃i omnes sub nube fuerũt: et oẽs mare transierũt: et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et oẽs eandẽ escam spiritalem mãducauerũt: et omnes eundẽ potum spiritalẽ biberunt. Bibebant autem de spiritali: cõsequẽte eos petra. Petra autẽ erat christus.
.ix. Grad. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione: sperent in te qui nouerint te, qm̃ nõ derelinquis querẽtes te dñe. V. Quoniã non in finẽ obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in eternũ: exurge dñe ne preualeat homo. Non repetatur gr. quandocunq; dr̃ tractus. vts. Tractus.
cxxix. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Vsus. Fiant aures tue intendentes: in orationẽ serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? V. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Secundum Mattheum
xx. A In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnũ celor homini patrifa-



milias: qui exijt primo mane conducere operarios in vineã suam. Conuẽtione autẽ facta cum operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horã tertiã: vidit alios stantes in foro ociosos, et dixit illis. Ite & vos in vineã meam: et quod iustũ fuerit, dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterũ autẽ exijt circa sextã & nonã horam: & fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt, & inuenit alios stantes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicũt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dixit illis. Ite et vos in vineam meã. Cũ sero autẽ factum esset: dixit dñs vinee procuratori suo. Voca operarios, et redde illis mercedem: incipiẽs a nouissimis vsq; ad primos. Cũ venissent ergo q̃ circa vndecimã horã venerant: acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi: arbitrati sunt q̃ plus essent accepturi. Acceperũt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti, qui portauimus põdus diei, et estus. At ille respondens, vni eorum dixit. Amice, nõ facio tibi iniuriam. Nõne ex denario conuenisti mecũ? Tolle quod tuũ est: & vade. Volo autem et huic nouissimo dare, sicut et tibi. An non licet michi quod volo facere? An ocul⁹ tuus nequam

est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero
ps.xci. electi. Offert. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. V. Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vsus. Ecce inimici tui domine peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Prefatio quotidiana. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis: et celestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi. Per dnm. Coio.
ps.xxx. Illumina faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in tua mia domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Postcomunio.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem et percipiendo requirant: et querendo sine fine percipiant. Per. Sciendu est quod seruitium huius diei non differtur propter aliquod fes. nisi cu purifi. bte ma. vel dedicat. ecclesie in hac die do. forte cotigerit: tunc enim differatur vsque ad .iiij. fer. Tr. De profundis. pretermittatur: quoniam in fer. diebus no dr tractus ante iiij. fer. in capite ieiu. nisi tm in mis. p defunctis: nec etia in fes. sanctorum sine regi. cho. Quodcumque vero aliud fes. in hac do. vel in alia vsque ad pas. do. contigerit, semp differatur: licet dup. fes. fuerit: et fiat serui. de ipsa do. nulla facta de fes. memo. nisi sit fes. iij. lec. quod non differatur: sed tunc de eo fiat meo. vsque ad .xl. tm. A .iiij. aute fer. in capite ieiu. vsque in crastinum octa. pasche, nichil fiat ad mis. de fes. iij. lect. nec etia memo. ¶ Feria .iiij. Ad Corinthios.

ij. iiij. B Fratres. Si opertum est euangelium nostrum: in his qui pereunt est opertu: in quibus deus huius seculi excecauit mentes infideliu, vt no fulgeat illuminatio euagelij glorie christi, qui est imago dei. Non enim nosmetipsos predicamus: sed iesum christu dnm nostru. Nos aut seruos vestros p iesum: quoniam deus qui dixit de tenebris luce splendescere: ipse illuxit in cordibus nris, ad illuminatione sciētie claritatis dei in facie iesu xpi. Habemus aute thesauru istu absconditum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit vtutis dei, et no ex nobis. In omnibus tribulatione patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Persecutionem patimur: sed no derelinquimur. Humiliamur: sed non cofundimur. Deijcimur: sed no perimus. Semp mortificatione iesu in corpore nostro circumferetes: vt et vita iesu in corporibus nris manifestetur. Seper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter iesum: vt et vita iesu manifestetur in carne nra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita aute in vobis.



Secundum Marcum.

In illo tepore. Egressus iesus, ix. E ibat per galileam: nec volebat quemquam scire. Docebat autem discipulos suos: et dicebat illis. Qm filius hominis tradetur in manus hoim: et occidet eu, et occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: et timebant eum interrogare. Et venerunt capharnaum. Qui cu domi essent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebat. Si quidem

inter se in via disputauerãt: quis eorum esset maior. Et residẽs, vocauit duodecim, et ait illis. Si q̃s vult primus esse: erit oĩm nouissimus, ⁊ oĩm minister. Et accipiens puerũ: statuit eũ in medio eoꝝ. Quẽ cũ cõplexus esset, ait illis. Quisquis vnũ ex huiusmodi pueris receperit ĩ noĩe meo: me recipit. Et quicũq; me susceperit, non me solũ suscipit: sed eũ qui me misit. Qui habet aures audiendi, audiat.

¶ Feria sexta. Ad Corinthios.

.iiij. C FRatres. Habẽtes spiritum fidei: sicut scriptum est. Credidi propter qđ locutus sum: ⁊ nos credimus propter qđ et loquimur. Sciẽtes quoniam qui suscitauit iesum a mortuis, et nos cum iesu suscitabit ⁊ constituet vobiscum. Oĩa enim propter vos: vt gratia abundãs p multos in gratiarum actione, abũdet in gloriam dei: propter quod non deficimus. Sed licet is q̃ foris est noster homo corrũpatur: tñ is qui intus est renouat de die in diẽ. Id eñ quod in presenti est momentaneũ, et leue tribulationis nr̃e: supra modũ in sublimitate eternũ glorie pondus operat in nobis: nõ contẽplãtib⁹ nobis que vident, sed q̃ non vident. Que eñ vident tẽporalia sunt: que autẽ non vident, eterna sunt. Scđm Mattheu.

ij. C IN illo tẽpore. Dixit iesus phariseis. Qui non est mecum, contra me est: et qui non congregat mecũ, spargit. Ideo dico vobis. Omne peccatũ ⁊ blasphemia remittetur hominib⁹: spũs autẽ blasphemie nõ remittetur. Et quicunq; dixerit verbũ contra filium hoĩs: remittet ei. Qui autẽ dixerit cõtra spiritũ sanctũ: nõ remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Aut facite arborem bonã, et fructum eius bonũ: aut facite arborem malã, et fructũ eius malum. Siquidem ex fructu: arbor cognoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui, cũ sitis mali: Ex abundantia enim cordis, os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbũ ociosum qđ locuti fuerint hoĩes, reddẽt rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis: et ex verbis tuis condemnaberis.

¶ Dñica in sexagesima. Officium.



Exurge quare obdormis domine: exurge ⁊ ne repellas in finẽ: quare faciẽ tuã auertis, obliuisceris tribulationẽ nostram: adhesit in terra venter noster: exurge domine adiuua nos, ⁊ libera nos. ps. xliij. Ps Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. Oratio.

DEus qui cõspicis quia ex nulla nostra actione cõfidimus: concede propitius, vt contra aduersa omnia doctoris gentiũ protectione muniamur. Per. Ad Corinthios.

FRatres. Libẽter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis enim si q̃s vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si q̃s extollitur, si quis in faciem vos cedit. Secundũ ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo ⁊ ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sunt: et ego. Semen abrahe sunt: et ego. Ministri christi sunt: et ego. Ut min⁹ sapiens dico: plus ego. In laboribus ij. xj. D

plurimis, in carceribus abũdãtius, in plagis supra modũ, in mortibus frequenter. A iudeis quinquies qua dragenas vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum. Ter naufragium feci: nocte ac die in profundum maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore ꝛ erũna: in vigilijs multis. In fame ꝛ siti: i ieiunijs multis. In frigore, et nuditate. Preter illa que extrinsecꝰ sunt instantia: mea quotidiana solicitudo oĩm ecclesiaꝝ. Quis infirmatur, ꝛ ego non infirmor: Quis scãdalizatur, et ego non vror: Si gloriari oportet: q̃ infirmitatis mee sunt gl'iabor. Deus et pater dñi nostri iesu christi scit (q̃ est benedictꝰ in secula) qꝛ non mentior. Diuisio.

xij. A Damasci prepositus gẽtis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorum: vt me comprehẽderet. Et per fenestrã in sporta demissus sum per murũ: et sic effugi manus eius. Si gloriari oportet: nõ expedit quidem. Veniam autem ad visiones, et reuelationes dñi. Scio hominem in christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpꝰ, nescio: deus scit) raptũ huiusmodi vsqꝫ ad tertiũ celum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit) quoniã raptus est in paradisum: et audiuit arcana verba q̃ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nichil, nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari: non ero insipiẽs. Veritatẽ enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliqd ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est michi stimulus carnis mee angelus satane, qui me colaphizet. Propter quod ter dominũ rogaui, vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate perficitur. Libenter igit gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus christi. Hec epistola tota legat hac die tñ: qñ vero dr per hebd. semper incipiatur ab ista clausula. Damasci prepo. Et legat vsqꝫ ad finem. Gr. Sciant gentes qm̃ nomen tibi ps. lxxxij dñs: tu solus altissimus super omnẽ terram. Vꝰ. Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante faciem venti. Tractus.

Commouisti dñe terram, et cõturbasti eam. ps. lix. Vꝰ. Sana contritiones eius quia mota est. V. Ut fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui. Secundũ Lucam



In illo tempore. Cum turba viij. A plurima conueniret, et de ciuitatibus properarent ad iesum: dixit per similitudinẽ. Exijt qui seminat seminare semen suũ. Et dũ seminat, aliud cecidit secus viã: ꝛ cõculcatum est: et volucres celi comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã: et natũ aruit, qꝛ non habebat humorẽ. Et aliud cecidit iter spinas: et simul exorte spine suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terrã bonam: ꝛ ortum fecit fructum cẽtuplum. Hec dicẽs, clama-

bat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Uobis datum est nosse mysteriũ regni dei: ceteris autem in parabolis: vt videntes non videant, et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autẽ secus viam, hi sunt qui audiũt: deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorũ: ne credẽtes salui fiant. Nam qui supra petram: hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiũt verbum. Et hi radices non habent: q2 ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audierunt, & a solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vite euntes suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem cecidit in terrã bonã: hi sunt qui in corde bono & optimo audiẽtes verbum retinent. Et fructũ afferũt in patientia. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam & exaudi verba mea, mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te domine. ℣. Exaudi dñe iustitiam meam, intende deprecationẽ meam, auribus percipe orationẽ meã. ℣. Custodi me dñe vt pupillã oculi: sub vmbra alarum tuarũ protege me, eripe me domine ab impio. Secreta.

Intende q̃s dñe hostiam familie tue: vt quam sacri muneris facis esse participẽ: tribuas ad eius plenitudinẽ puenire. Per. Prefatio quotid. Cõio. Introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutẽ meã. Postcõio.

Supplices te rogamus omps deus: vt quos tuis reficis sacramẽtis, tibi etiã placitis moribus dignãter deseruire cõcedas. Per do. ¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

Fratres. Ego testem deum inuoco in animã meam: q2 parcens vobis nõ veni vltra corinthũ. Non q2 dñamur fidei vestre, sed adiutores sumus gaudij vestri: nam fide statis. Statui autẽ hoc ipm apud me: ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim cõtristo vos: & quis est qui me letificet, nisi qui contristatur ex me: Et hoc ipm scripsi vobis: vt non cũ venero tristitiã super tristitiã habeã: de q̃bus oportet me gaudere, cõfidens in oib9 vobis: quia meũ gaudiũ oim vestrũ est. Nã ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: vt nõ cõtristemini: sed vt sciatis quã charitatẽ habeã abũdãtius in vobis. Si quis autẽ cõtristauit me, non me cõtristauit: sed ex parte vt non onerem oẽs vos. Sufficit illi qui huiusmodi est obiurgatio hec q̃ fit a plurib9: ita vt ecõtrario magis donetis & consolemini: ne forte abundãtiori tristitia absorbeatur qui huiusmodi est. Propter quod obsecro vos: vt confirmetis illũ in charitate. Ideo enim scripsi vobis vt cognoscam experimentum vestrum: an in oibus obediẽtes sitis. Si cui autẽ aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui: si q̃d donaui, ppter sermonẽ christi: vt nõ circumueniamur a satana. Nõ enim ignoramus cogitationes eius.



Secundum Marcum.

iiij. A IN illo tẽpore. Cepit iesus docere ad mare, et congregata est ad eum turba multa: ita vt nauim ascendẽs sederet in mari. Et omnis turba: circa mare sup terrã erat. Et docebat illos in parabolis multa: et dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exijt seminans ad seminãdum. Et dum seminat aliud cecidit circa viam: et venerunt volucres celi, ⁊ comederunt illud. Aliud vero cecidit supra petrosa: vbi non habuit terram multam. Et statim exortum est: quoniam non habebat altitudinem terre. Et quando exortus est sol: exestuauit, et eo ꝙ non habebat radicem exaruit. Et aliud cecidit in spinas: ⁊ ascenderunt spine, et suffocauerunt illud, et fructum nõ dedit. Et aliud cecidit in terram bonã: ⁊ dabat fructũ ascendentem, et crescẽtem. Et afferebat vnum triginta, et vnũ sexaginta, et vnum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi, audiat.

¶ Feria sexta. Ad Corinthios.

ij. v. B FRatres. Scientes timorẽ domini hoibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero aũt et in conscientijs vestris manifestos nos esse. Non eñ iterũ nos cõmẽdamus vobis: sed occasionẽ damus vobis gloriãdi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriant, ⁊ non in corde. Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, vobis. Charitas eñ christi vrget nos, estimantes hoc ꝙ si vnus ꝓ oibus mortuus est: ergo oẽs mortui sunt. Et pro oibus mortuus est xp̃s: vt et q̃ viuũt, iã nõ sibi viuãt: sed ei q̃ pro ipsis mortuus est, et resurrexit. Secundũ Lucam.

xvij. E IN illo tempore. Interrogatus iesus a phariseis quando venit regnũ dei: respõdit eis, ⁊ dixit.



Non venit regnũ dei cũ obseruatione: neqꝫ dicẽt ecce hic, aut ecce illic. Ecce eñ regnũ dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Uenient dies q̃ñ desideretis videre vnũ diẽ filij hoĩs: et nõ videbitis. Et dicẽt vobis. Ecce hic, ⁊ ecce illic. Nolite ire: neqꝫ sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo in ea que sub celo sũt, fulget: ita erit filius hoĩs in die sua. Primũ autẽ oportet illũ multa pati: ⁊ reprobari a generatione hac. Et sicut factum est in diebus noe: ita ⁊ in dieb⁹ filij hominis. Edebant et bibebant, vxores ducebãt ⁊ dabãt ad nuptias vsqꝫ in diem qua intrauit noe in arcam: ⁊ venit diluuiũ, ⁊ perdidit oẽs. Similiter sicut factum est in diebus loth: edebant ⁊ bibebant, emebant ⁊ vendebant, plantabãt, et edificabãt. Qua die autẽ exijt loth a sodomis, pluit ignem ⁊ sulphur de celo: et omnes perdidit. Secundũ hec erit: qua die filius hoĩs reuelabit. In illa hora q̃ fuerit in tecto, ⁊ vasa eius in domo: nõ descẽdat tollere illa. Et qui in agro: similiter nõ redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicunqꝫ quesierit animã suam saluã facere: perdet illam. Et quicunqꝫ perdiderit illã: viuificabit eã. Dico vobis, i illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, ⁊ alter relinquetur. Due erũt molentes in vnũ: vna assumet, et altera relinquetur. Duo in agro:

vnus assumetur, et alter relinquet. Respondentes: dicunt illi. Ubi dñe? Qui dixit eis. Ubicunq fuerit corp⁹: illuc congregabuntur et aquile.

¶ Dñica in quinquagesima. Offm.

ps. xxx. Esto michi i deū protectorem, et in locū refugij, vt saluū me facias: quoniam firmamentum meum, et refugiū meum es tu: propter nomen tuum dux michi eris et enutries me. ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me, et eripe me. Oratio.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: atq a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. Per dominum. Ad corinthios.

xiij. A Fratres. Si linguis hominū loquar et angelorum, charitatem autem non habeam: factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, et nouerim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habuero omnē fidem ita vt mōtes trāsferam: charitatem autem nō habeam: nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem nō habuero, nichil michi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non emulatur, non agit perperam, nō inflatur, non est ambitiosa: non querit q̄ sua sunt. Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate: cōgaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunq̄ excidit, siue prophetie euacuabūtur, siue lingue cessabunt, siue sciētia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est: euacuabit quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruul⁹. Quādo autē factus sum vir, euacuaui q̄ erāt paruuli. Videmus nunc per speculū in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autē manent fides, spes, charitas: tria hec. Maior autem horū, est charitas. Gr. Tu es deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gētibus p. lxxvi.
virtutē tuā. V. Liberasti in brachio tuo pplm tuū filios israel et ioseph. Tractus.

Iubilate deo omnis terra: seruite dño in letitia. V. Intrate in cōspectu eius, ps. xcix.
in exultatiōe. V. Scitote quoniam dominus ipse est deus. V. Ipse fecit nos, et nō ipsi nos: nos autē populus eius, et oues pascue eius.



Secundum Lucam.

In illo tēpore. Assumpsit iesus xviij. F
duodecim discipulos suos, et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur. Et postq̄ flagellauerint, occident eum: et tertia die resur

get. Et ipsi nichil horũ intellexerũt. Erat autem verbũ istud absconditũ ab eis: et non intelligebant que dicebantur. Factum est autẽ cum appropinquaret hierico: cecus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cũ audiret turbam pretereũtem: interrogabat quid hoc esset. Dixerũt autem ei: q iesus nazarenus transiret. Et clamauit, dicens. Jesu fili dauid, miserere mei. Et qui preibant, increpabãt eum vt taceret: ipse vero multo magis clamabat. Fili dauid, miserere mei. Stans autem iesus: iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset: interrogauit illum, dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine, vt videam. Et iesus dixit illi. Respice: fides tua te saluũ fecit. Et cõfestim vidit: et sequebatur illũ, magnificãs deum. Et omnis plebs

p.cxviij. vt vidit, dedit laudẽ deo. Offer. Benedictus es dñe, doce me iustificationes tuas: benedictus es dñe, doce me iustificatiões tuas: in labijs meis pnunciaui omnia iudicia oris tui. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege dñi: beati qui scrutant̃ testimonia ei⁹, in toto corde exquirunt eum. ℣. Aufer a plebe tua opprobrium ⁊ contemptum: qz mandata tua nõ sumus obliti domine. Secreta.

Hec hostia dñe quesumus emũdet nostra delicta: et ad sacrificiũ celebrãdũ subditorũ tibi corpora mẽtesqz sctificet. Per. Prefa. quotid.

p.lxxvij. Cõio. Manducauerunt et saturati sunt nimis: ⁊ desiderium eorum attulit eis dñs: non sunt fraudati a desiderio suo. Postcõio.

Quesumus omnipotens deus: vt qui celestia alimenta percepimus: per hec contra omnia aduersa muniamur. Per. ¶ Feria. iiij. in capite ieiunij, post sextam in primis fiat sermo ad populum si placuerit: deinde prosternant se clerici in choro et dicant septem psalmos penitẽtiales, cũ Gloria patri. et Sicut erat. et añã. Ne reminiscaris. Excellentior vero sacerd. indutus vestibus sacerdotalibus in cappa serica rubea cũ diaco. a dextris, et subdiaco. a sinistris, cũ ceteris ministris altaris: qui omnes sint albis cum amictibus induti: ante altare dicant per se septem psalm. penitentiales in prostratione cum ãn Ne reminiscaris. Psalmus.





Domine ne in furore tuo arguas me: neqz i ira tua corripias me. ps.vj.

Miserere mei domine, qm infirmus sũ: sana me domine, quoniã conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo. Conuertere domine, ⁊ eripe animam meam: saluũ me fac propter misericordiã tuã. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebi-

tur tibi. Laborani in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter oēs inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatē: quoniam exaudiuit dñs vocē fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationē meā: dñs orationē meā suscepit. Erubescant et cōturbent vehemēter oēs inimici mei: conuertant ꝛ erubescant valde velociter. Gloria pri. Sicut erat.

Ps. xxxi. Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorū tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerūt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: cōuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Delictū meum cognitum tibi feci: et iniustitiā meam non abscondi. Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tēpore opportuno. Verūtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus: quibus non est intellectus. In chamo ꝛ freno maxillas eorum constringe: q̄ non approximāt ad te. Multa flagella peccatoris: sperātē autem in dño mīa circundabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Gloria.

Domine ne ī furore tuo arguas me: neqꝫ ī ira tua corripias me. Ps. xxxvij. Quoniā sagitte tue infixe sunt michi: et cōfirmasti super me manū tuam. Nō est sanitas in carne mea a facie ire tue: nō est pax ossib⁹ meis, a facie peccatorum meorum. Quoniā iniquitates mee supgresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerūt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiētie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsqꝫ in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: ꝛ nō est sanitas in carne mea. Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt ꝛ steterunt. Et qui iuxta me erant, de longe steterūt: et vim faciebant qui querebāt animam meam. Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: ꝛ dolos tota die meditabantur. Ego autē tanq̄ surdus non audiebā: et sicut mutus nō aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: et non habēs in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeāt michi inimici mei: et dum cōmouentur pedes mei super me magna locuti sūt. Quoniam ego in flagella paratus sum: ꝛ dolor meus in conspectu meo semper. Quoniā iniquitatē meam annunciabo: ꝛ cogitabo pro peccato

meo. Inimici autem mei viuunt, et
confirmati sunt super me: et multi-
plicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuũt mala pro bonis de-
trahebãt michi: quoniam sequebar
bonitatem. Ne derelinquas me do-
mine deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum do-
mine, deus salutis mee. Gloria pri.
ps.l. Miserere mei deus: secundum
magnam misericordiã tuam
Et secundum multitudinem mise-
rationum tuarũ: dele iniquitatem
meã. Amplius laua me ab iniqui-
tate mea: et a peccato meo mũda me.
Quoniam iniquitatem meam ego
cognosco: et peccatum meum cõtra
me est semper. Tibi soli peccaui, et
malum coram te feci: vt iustificeris
in sermonibus tuis, et vincas cũ iu-
dicaris. Ecce enim in iniquitatib⁹
conceptus sum: et in peccatis conce-
pit me mater mea. Ecce enim verita
tem dilexisti: incerta ⁊ occulta sapiẽ-
tie tue manifestasti michi. Asperges
me domine hysopo et mundabor: la-
uabis me et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et le-
titiam: et exultabũt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a pctis meis:
et omnes iniqtates meas dele. Cor
mũdum crea in me deus: et spiritum
rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et spiri
tum sanctũ tuum ne auferas a me.
Redde michi letitiã salutaris tui: ⁊
spiritu principali cõfirma me. Do-
cebo iniquos vias tuas: et impij ad
te conuertentur. Libera me de san-
guinibus deus, deus salutis mee: et
exultabit lingua mea iustitiã tuam.
Domine labia mea aperies: et os
meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium
dedissem: vtiqz holocaustis non dele-
ctaberis. Sacrificium deo spiritus
contribulatus: cor contritum et hu-
miliatum deus non despicies. Beni
gne fac domine in bona voluntate
tua sion: vt edificentur muri hieru-
salem. Tũc acceptabis sacrificium
iustitie oblationes ⁊ holocausta: tũc
imponent super altare tuũ vitulos.
Gloria patri. Sicut erat.
Domine exaudi orationẽ meã: ps.ci.
et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in
quacunqz die tribulor inclina ad me
aurem tuam. In quacũqz die inuo-
cauero te: velociter exaudi me. Qr
defecerũt sicut fum⁹ dies mei: et ossa
mea sicut cremium aruerunt. Per-
cussus sum vt fenũ, et aruit cor meũ:
quia oblitus sum comedere panem
meum. A voce gemitus mei: adhe-
sit os meum carni mee. Similis fa-
ctus sum pelicano solitudinis: fact⁹
sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: ⁊ factus sum sicut passer
solitarius in tecto. Tota die expro-
brabãt michi inimici mei: et qui lau-
dabãt me, aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanq̃ panem mãdu-
cabam: et potũ meum cum fletu mi-
scebam. A facie ire indignationis
tue: quia eleuans allisisti me. Dies
mei sicut vmbra declinauerũt: ⁊ ego
sicut fenum arui. Tu autem domi-
ne in eternum permanes: et memo-
riale tuum in generatione et genera
tionẽ. Tu exurgẽs dñe misereberis
sion: quia tempus miserendi eius, qr
venit tempus. Quoniã placuerunt
seruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius
miserebuntur. Et timebũt gentes
nomen tuũ domine: et omnes reges
terre gloriam tuam. Quia edifica-
uit domin⁹ sion: et videbitur in glo-

ria sua. Respexit in orationem humilium: et nõ sprevit precem eorum. Scribantur hec in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrã aspexit. Ut audiret gemitus cõpeditorum: ut solveret filios interemptorum. Ut annuncient in sion nomen dñi: et laudẽ eius in hierusalẽ. In conveniẽdo populos in unum: et reges ut serviant dño. Respõdit ei in via virtutis sue: paucitatẽ dierum meorum nuncia michi. Ne revoces me in dimidio dierum meorũ: in generatione & gñationẽ anni tui. Initio tu domine terrã fundasti: et opera manuũ tuarũ sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes & oẽs sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autẽ idem ipse es, & anni tui non deficient. Filij servorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur. Gloria patri.

cxxix. De profũdis clamavi ad te domine: dñe exaudi vocẽ meam. Fiant aures tue intendentes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniquitates observaveris domine: dñe quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: et ppter legem tuam sustinui te domiẽ. Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino. A custodia matutina usqz ad noctem: speret israel in dño. Qz apud dñm mĩa: & copiosa apud eum redẽptio. Et ipse redimet israel: ex oĩbus iniquitatibus eius. Gloria.

cxlij. Domine exaudi orationẽ meã, auribus percipe obsecrationẽ meam: in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et nõ intres in iudiciũ cum servo tuo: quia non iustificabitẽ in conspectu tuo omnis vivẽs. Qz persecutus est inimicus animã meã: humiliavit in terra vitam meam. Collocavit me ĩ obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatũ est cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in oĩbus operibus tuis: et in factis manuum tuarũ meditabar. Expandi manus meas ad te: aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. Nõ avertas faciem tuam a me: et similis ero descẽdentibus in lacũ. Auditam fac michi mane misericordiam tuam: qz in te speravi. Notam fac michi viam in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere volũtatem tuam, qz deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ppter nomẽ tuum domine vivificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum. Gloria patri. an. Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neqz vindictam sumas de peccatis nostris. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et hec oĩa sine nota dicunẽ tam a sacerd. qp a toto choro (puero interim tenẽte vexillum cilicinum ppe sinistrum cornu altaris.) Deinde erigat se sacerdos cum diacono et subdiacono, et solus dicat super populum conversus ad oriẽtem coram dextro cornu altaris, hoc modo. Et ne nos inducas in tentationem. Chorus respõdeat. Sed libera nos a malo. Salvos fac servos tuos et an-

cillas tuas. Deus meus sperātes in te. Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de sion tuere eos. Conuertere domine vsquequo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriā nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris ꝑpter nomē tuū. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Exaudi quesumus domine preces nostras, et confitentium tibi parce peccatis: vt quos consciētie reatus accusat, indulgentia tue miserationis absoluat. Per christum. R. Amē. Et omnes orationes dicantur cum Oremus. et finiantur more lec. Non dicitur Dominus vobiscū. nisi ante primam oratione tantum. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

Assit quesumꝰ domine famulis tuis inspiratio gratie salutaris: que corda eorum fletuum vbertate resoluat: sicq̨ macerando conficiat, vt iracundie tue motus idonea satisfactione compescat. Per christū dominum nostrum. Oremus. Orō.

Da quesumꝰ domine deus noster his famulis tuis cōtinuā purgationis sue obseruātiam penitendo gerere: et vt hoc efficaciter implere valeant, gratia eos tue visitationis et preueniat et subsequatur. Per christum do. no. Oremus. Orō.

Preueniat hos famulos tuos quesumꝰ dn̄e mīa tua: vt oēs iniquitates eoꝝ celeri indulgētia deleantur. Per christū. Oremus. Oro.

Adesto dn̄e supplicationibus nostris, nec sit ab his famulis tuis clementie tue longinqua miseratio. Sana vulnera, eorūq̨ remitte peccata: vt nullis a te iniquitatibus separati: tibi dn̄o semper valeāt adherere. Per christū. Oremus. Orō.

Domine deus noster, qui offensione nostra non vinceris, sed satisfactione placaris: respice q̄s super famulos tuos q̄ se tibi grauiter peccasse confitētur: tuū est enim absolutionem criminū dare, & veniam prestare peccātibus: qui dixisti penitentiā te malle pctōꝝ q̄ mortem. Cōcede ergo domine his famulis tuis, vt tibi penitentie excubias celebrent, et correctis actibus suis conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per christum. Oremus. Oratio.

Deus cuius indulgētia omnis homo indiget: memēto famulorum famularūq̨ tuarum. Et quia lubrica, terrenaq̨ corporis fragilitate nudati virtute in multis deliquerunt: quesumus, vt des veniam confitentibus, parcas supplicibꝰ: vt qui suis meritis accusantur: tua miseratione saluentur. Per christū. Hic non dicitur Dn̄s vobiscū. neq̨ Oremus. sed vertat se sacerdos ad populum: et extendēs manum dicat super eos sine nota, sed in audiētia hoc modo.

Absoluimꝰ vos vice beati petri apostolorum pricipis: cui collata est a domino potestas ligandi atq̨ soluendi. Et quātum ad vos ꝑtinet accusatio, et ad nos remissio: sit vobis omnipotēs deus vita & salus, et omnium peccatorum vestroꝝ pius indultor. Qui viuit et regnat cum deo patre. Hic surgant omnes a prostratione, osculantes terram vel formulas sacerdote dicente Qui viuit. Deinde fiat bn̄dictio cinerū sine Dominus vobiscū. et sine Oremus. sacerd. ad oriētem conuerso. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui misereris omniū et nichil odisti eorum que fecisti, dissimulans peccata hominum propter peniten-

tiam: qui etiam subuenis in necessitate laborantibus, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare hos cineres dignare quos causa humilitatis et sancte religionis ad emundanda delicta nostra: sup capita nostra more niniuitarum ferre cõstituisti. Et da per inuocationẽ sancti tui nominis vt omnes qui eos ad deprecandam misericordiam tuam super capita sua tulerint: a te mereantur omnium delictorum suorum veniam percipere: et hodie sic sua sancta ichoare ieiunia: vt in die resurrectionis purificatis mẽtibus ad sanctũ mereanť accedere pascha: et in futuro perpetuã accipere gloriã. Per. Hic aspergať aqua benedicta super cineres. Deide dicit Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Deus qui nõ mortem sed penitentiam desideras peccatorũ, fragilitatẽ cõditionis humane benignissime respice: et hos cineres quos causa preferende humilitatis atqȝ promerende venie capitibus nostris imponi decreuim⁹, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare p tua pietate digneris: vt qui nos cineres esse monuisti, et ob prauitatis nostre meritum in puluerem reuersuros cognoscimus, peccatorum omniũ veniam, et premia penitẽtibus repromissa misericorditer cõseq mereamur. Per. Postea distribuanť cineres sup capita clericorũ et laicor, incipiẽdo a dignio. pso. faciendo signũ crucis cũ cinerib⁹, et dicẽdo.

Memento homo qȝ cinis es: et in cinerem reuerteris. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Et interim cantentur sequentes añe. Exaudi domine quoniã benigna est mĩa tua: secundum multitudinem miserationum tuarũ respice nos dñe. Ps. Saluum me fac deus: qm̃ intrauerunt aque vsqȝ ad animam meã. Nõ [viij.] dicit nisi primus vs⁹ ps. sed statim sequatur Gloria patri. Deide repetatur ãn. Exaudi. Alia ãn. Iuxta vestibulum et altare plorabãt sacerdotes et leuite ministri domini, dicẽtes: parce domine, parce populo tuo: et ne dissipes ora clamantium ad te dñe. [Johel. ij. D]

Alia ãn. Immutemur habitu in cinere et cilicio: ieiunemus et plorem⁹ ante dñm: qȝ multũ misericors est dimittere pctã nr̃a deus noster. Peracto hoc officio dicat sacerď. ad gradum cho. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui iuste irasceris, et clemẽter ignoscis: afflicti populi tui lachrymas suscipe, et iram tue indignationis quam iuste meretur propitiat⁹ auerte. Per christũ dñm nostrum. Alia oratio cum Oremus.

Concede nobis quesumus dñe psidia militie christiane sic sanctis inchoare ieiunijs: vt cõtra spirituales nequitias pugnaturi, cõtinẽtie muniamur auxilijs. Per. Eiectis penitẽtibus, vt patet in pcessionali incipiať missa hoc modo. Officium.



Misereris omnium domine, et nichil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam, et parcens illis: quia tu es dominus deus noster. [Sap. xj. D]

Ps. Miserere mei deus miserere mei: quoniã in te confidit anima mea. Non repetatur officium: sed statim sequatur Gloria patri. Dicto Kyrie eleison. sacerdos dicat Dominus vobiscũ. et Orem⁹. Et postea dicat diacon⁹ Flectamus genua. et tunc oẽs genuflectãt, deinde diacono dicẽte sic Leuate surgãt omnes osculantes formulas. Oro. [ps. lvj.]

Presta quesumus domine fidelibus tuis: vt ieiuniorũ veneranda solennia, et congrua pietate

suscipiant: et secura deuotione pcur-
rant. Per. Ab hac die vsq; ad cenam
dñi, in oibus missis de ieiu. fiat mẽo.
pro penitẽtibus cū hac orone Exau-
di quesum⁹ dñe sup. vt patet in fine
libri. Hac die, et tribus diebus sequẽ-
tibus quinq; dicunt oratiões sicut in
prima do. aduẽtus supra dictum est.

℄ Lectio Johelis prophete.

ij. C Hec dicit domin⁹ deus. Cõuer-
timini ad me in toto corde ve-
stro: in ieiunio, et fletu, et planctu: et
scindite corda vestra, & nõ vestimen-
ta vestra. Et conuertimini ad domi-
num deum vestrum: quia benignus
et misericors est, patiens & multe mi
sericordie, et prestabilis super mali-
tia. Quis scit si cõuertatur et igno-
scat deus: et relinquat post se benedi
ctionem: Sacrificium et libamẽ: do-
mino deo nr̃o. Canite tuba in sion:
sanctificate ieiunium, vocate cetum,
cõgregate populum, sanctificate ec-
clesiam. Coadunate senes: cõgrega-
te paruulos, et sugẽtes vbera. Egre
diatur sponsus de cubili suo: & spon-
sa de thalamo suo. Inter vestibulū
et altare plorabunt sacerdotes, & mi
nistri domini: et dicent. Parce domi-
ne, parce populo tuo: et ne des here-
ditatem tuam in opprobrium, vt do
minent eis nationes. Quare dicunt
in populis: vbi est deus eorum, zela-
tus est dñs terram suam, et pepercit
populo suo: Et respondit dominus,
et dixit populo suo. Ecce ego mittam
vobis frumentū, et vinum, & oleum,
et replebimini in eis: & nõ dabo vos
vltra opprobrium in gentibus. Di-
cit dominus, omnipotẽs. Gr. Misere
ps.lvj. re mei deus, miserere mei: quoniam in te con-
fidit anima mea. V. Misit de celo, et liberauit
me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Chorus alternatim dicat tractum.

Domine non secūdum peccata nostra ps.cij.
que fecimus nos: neq; secundum ini-
quitates nostras retribuas nobis. V. Domi- ps.lxxvi
ne ne memineris iniquitatum nostrarum an-
tiquarum: cito anticipent nos misericordie
tue, quia pauperes facti sumus nimis. Hic
non fiat genuflexio cum dicitur vs⁹.
Adiuua nos deus salutaris noster: & propter ibidem
gloriā nominis tui domine libera nos, & pro-
pitius esto peccatis nostris, ppter nomẽ tuū.
Iste tractus dicit omni secūda feria
et sexta fer. ad missam de ieiun. vsq;
ad cenā dñi. ℄ Secūdū Mattheum



In illo tempore. Dixit iesus di vj. B
scipulis suis. Cum ieiunatis:
nolite fieri sicut hypocrite tristes. Ex
terminãt enim facies suas: vt appa-
reant hominibus ieiunãtes. Amen
dico vobis: quia receperūt mercedẽ
suam. Tu autem cum ieiunas vnge
caput tuum, et faciem tuam laua: ne
videaris hominibus ieiunãs, sed pa
tri tuo qui est in abscõdito. Et pater
tuus qui videt in abscondito: reddet
tibi. Nolite thesaurizare vobis the-
sauros i terra: vbi erugo et tinea de-
molitur, et vbi fures effodiunt et fu-
rantur. Thesaurizate autem vobis
thesauros in celo: vbi nec erugo, nec
tinea demolitur, et vbi fures nõ effo-
diunt neq; furãtur. Vbi enim est the-
saurus tuus: ibi est et cor tuū. Off.
Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec ps. xx
delectasti inimicos meos super me, domine
clamaui ad te, et sanasti me. V. Domine ab-

traxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Secreta.

Fac nos domine quesumus his muneribus offerendis conuenienter aptari: quibus ipsius venerabilis ieiunij celebramus exordiū. Per. Prefat. Qui corporali ieiunio. Hec prefatio dicitur in omni missa de ieiunio vsqȝ ad cenam domini. et Flectamus genua Leuate. et Humiliate capita vestra deo. Cōmunio. Qui meditabitur i lege domini die ac nocte: dabit fructum suum in tempore suo. Postcōio.

Percepta nobis domine prebeāt sacramenta subsidium: vt et tibi grata sint nostra ieiunia: et nobis proficiāt ad medelam. Per dnm Finitis postcōionibus preter illā que dicetur sup ppl'm sic. Per oīa secula seculorū. R. Amē. dicat sacerdos Oremus. deinde dicat diaco. Humiliate capita vr̄a deo. Super ppl'm. Orō.

Inclinātes se domine maiestati tue propitiatus intēde: vt q̄ diuino munere sunt refecti, celestibus semp nutriantur auxilijs. Per. et sic missa cū Bndicamus dn̄o. finiatur.

¶ Feria. v. post cineres. Officium.

Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquāt michi: et humiliauit eos qui est ante secula, et manet in eternum: iacta cogitatū tuum in dn̄o: et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationem meam, et ne despexeris deprecationem meā: intende michi et exaudi me. Gloria patri. Dum clamarem. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deus qui culpa offenderis, penitētia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tue iracundie q̄ p peccatis nr̄is meremur, propitiatus auerte. Per dnm. Lectio esaie prophete.

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsqȝ ad mortem: et introiuit ad eum esaias filius amos propheta, et dixit ei. Hec dicit dn̄s. Dispone domui tue: quia morieris tu: et nō viues. Et conuertit ezechias faciem suam ad parietem: et orauit ad dn̄m, et dixit. Obsecro dn̄e, memento queso quomodo ambulauerim corā te in veritate et in corde perfecto: et qđ bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias, fletu magno. Et factum est verbum domini ad esaiam prophetā, dicens. Uade, et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis assyriorū eruam te, et ciuitatem istam, et protegam eam. Dicit dn̄s, oīpotēs. Gr. Iacta cogitatū tuum in dn̄o, et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dn̄m, exaudiuit vocem meā ab his qui appropinquāt michi. Repetatur gr.

Esaie. xxxviij. A

ps. liiij.



Secundum Mattheum.

In illo tēpore. Cum introisset iesus capharnaum: accessit ad eum centurio, rogans eum, et dicēs. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eū. Et respondēs centurio, ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectū

viij. A

meum: sed tātum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate cōstitutus: habēs sub me milites. Et dico huic. vade, et vadit: et alio, veni, et venit: et seruo meo fac hoc, et facit. Audiens autem iesus, miratus est: et sequentibus se dixit. Amē dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis q multi ab oriente et occidente venient: et recumbent cum abrahā, isaac, et iacob in regno celorum. Filij autem regni: eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Vade, et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer, in illa hora.

ps. xxiiij Offer. Ad te dñe leuaui animā meam: deus meus in te confido non erubescam, neqz irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectāt non cōfundent. V. Dirige me in veritate tua, et doce me: quia tu es deus salutaris meus, et te sustinui tota die. Secreta.

Offerimus tibi domine munera que dedisti: vt et creationis tue circa mortalitatem nostrā testificentur auxilium: et remedium nobis immortalitatis operentur. Per. Prefa.

ps. l. Qui corporali ieiunio. Cōio. Acceptabis sacrificium iustitie, oblationes et holocausta super altare tuum domine. Postcōio.

Concede fidelibus tuis domine quesumus, et sine cessatione capere paschalia sacramenta, et desideranter expectare ventura: vt in mysterijs qbus renouati sunt pmanētes, ad nouā vitā his operibus perducātur. Per. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio

Parce domine, parce pplo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratiōe respiret. Per dominum. ¶ Feria sexta in capite ieiunij. Ad missam. Officium.


Audiuit dominus, et misertus est michi: dominus factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri. Audiuit dominus. Kyrie eleison. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Inchoata ieiunia qs dñe benigno fauore psequere: vt obseruantiā quā corporaliter exhibemus, mētibus etiam sinceris exercere valeamus. Per. Lectio esaie prophete.

Hec dicit dominus deus. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Et annūcia populo meo scelera eorum: et domui iacob peccata eorum. Me eteni de die in diē qrunt, et scire vias meas volūt: quasi gens que iustitiā fecerit, et q iudiciū dei sui nō dereliqrit. Rogant me iudicia iustitie: et appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus et nō aspexisti: humiliauimus animas nostras, et nescisti: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsqz ad hāc diem: vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animā suam: Nūquid contorquere quasi circulum caput suum: et saccum et cinerem sternere: Nunqd istud vocaui ieiuniū, et diem acceptabilem domino: Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi. Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: et omne onus dirūpe. Frange esurieti

panem tuum: et egenos vagosq̃ in-
duc in domũ tuam. Cum videris nu
dum operi eum: et carnẽ tuam ne de-
spexeris. Tũc erumpet quasi mane
lumen tuũ: et sanitas tua citius orie
tur. Et anteibit faciem tuam iustitia
tua: et gloria dñi colliget te. Tũc in-
vocabis, ⁊ dñs exaudiet: clamabis, ⁊
dicet ecce assum. Qr misericors sum:
dominus deus tuus. Gr. Unam petij
a domino hanc requiram: vt inhabitem in do
mo domini. V. Ut videam voluntatẽ domini,
et ꝓtegar a templo sancto eius. Tractus

DOmine non secundum peccata no-
stra que fecimus nos: neq̃ secũdum
iniquitates nostras retribuas nobis. V. Do-
mine ne memineris iniquitatum nostrarum
antiquarum: cito anticipent nos misericor-
die tue, quia pauperes facti sumus nimis.
Hic nõ fiat genuflexio cũ dicitur V.
Adiuva nos deus salutaris noster: ⁊ propter
gloriã nominis tui dñe libera nos, et propi-
tius esto peccatis nostris ꝓpter nomẽ tuum.



Secundum Mattheum.

IN illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis. Audistis, quia di
ctum est. Diliges proximũ tuũ, ⁊ odio
habebis inimicũ tuum. Ego autẽ di
co vobis. Diligite inimicos vestros,
benefacite his q̃ oderunt vos, ⁊ ora-
te pro persequẽtibus et calumniãti-
bus vos: vt sitis filij patris vestri q̃
in celis est. Qui solem suũ oriri facit
super bonos et malos: et pluit super
iustos et iniustos. Si enim diligitis
eos q̃ vos diligunt: quã mercedẽ ha
bebitis? Nonne et publicani hoc fa-
ciunt? Et si salutaveritis fratres ve-
stros tantum: quid amplius facitis?
Nõne et ethnici hoc faciũt? Estote er
go et vos pfecti: sicut et pater vester
celestis perfect⁹ est. Attẽdite ne iusti- vj. A
tiam vestrã faciatis coram hoibus
vt videamini ab his: alioquin merce
dem non habebitis apud patrem ve
strum qui in celis est. Cũ ergo facis
eleemosynam: noli tuba canere ante
te, sicut hypocrite faciunt in synago
gis et in vicis: vt honorificentur ab
hoibus. Amen dico vobis: receperũt
mercedẽ suam. Te autẽ faciente elee-
mosynam: nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua, vt sit eleemosyna
tua in abscondito. Et pater tuus qui
videt in abscondito, reddet tibi. Et
cum oratis, non eritis sicut hypocri-
te: qui amant in synagogis, ⁊ in an-
gulis platearum stãtes orare: vt vi-
deantur ab hominibus. Amen dico
vobis: receperũt mercedẽ suam. Tu
aũt cũ oraveris, intra in cubiculum
tuum: ⁊ clauso ostio ora patrẽ tuum
in abscondito. Et pater tuus q̃ videt
in abscondito, reddet tibi. Offr. Dñe Ps. cxviij.
vivifica me scḋm eloquiũ tuum: vt sciam te-
stimonia tua. V. Fac cum servo tuo domine
scḋm magnam miam tuam: ⁊ ne auferas de
ore meo verbum veritatis. Secreta.

SAcrificium domine observan
tie quadragesimalis offerim⁹,
presta quesumus vt et tibi mẽtes no
stras reddat acceptas, et cõtinentie
promptioris nobis tribuat facultatẽ.
Per. Com. Servite domino in timore, et Ps. ij.
exultate ei cum tremore: apprehendite disci-
plinam ne pereatis de via iusta. Postcom.

TRibue nobis q̃s omnipotens
deus, vt dona celestia que de-
bito frequẽtamus obsequio: saluta-

ria nobis iugiter sentiamus. Per d. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tuere domine populũ tuum, et ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominet iniquitas. Per dominum. ¶ Sabbato post cineres. Ad missam. Officium.

ps.xxix. 
Audiuit dñs et misertus est michi: dñs factꝰ est adiutor meꝰ. ps. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Glia pa. Audiuit. Oremꝰ. Flectamꝰ genua Leuate. Oro.

Adesto domine supplicationibus nostris: & concede vt hoc solenne ieiunium qđ animabus corporibusq; curandis salubriter institutũ est, deuoto seruitio celebremus. Per dñm. Lectio esaie prophete.

lviij. ¶ Hec dicit dominus. Si abstuleris de medio tui catenã: et desieris digitum extendere: et loqui qđ non prodest. Cum effuderis esurieti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orief in tenebris lux tua, et tenebre tue erũt sicut meridies. Et requiẽ dabit tibi dominꝰ deus tuus semper: & implebit splendoribus animam tuam, et ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: et sicut fons aquarum, cuius non deficient aque. Et edificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis et generatiõis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium: auertens semitas iniquitatum. Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuã in die sancto meo: & vocaueris sabbatũ delicatum & sanctum dñi gloriosum, et glorificaueris eũ: dum non facis vias tuas, et non inueniẽ voluntas tua vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super domino, et sustollã te super altitudinẽ terre, & cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi: locutũ est hec. Ait dñs, omnipotens. Gr. Unam petij a domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo domini. V. Ut videam voluntatem domini: et protegar a templo sancto eius. ps.xxvi.



Secundum Marcum.

In illo tẽpore. Cũ sero esset factum, erat nauis in medio mari: et iesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborãtes in remigando: erat enim ventus cõtrarius eis. Et circa quartã vigiliam noctis, venit ad eos ambulans supra mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderunt eũ supra mare ambulantẽ: putauerunt fantasma esse: et exclamauerunt. Oẽs eñ eum viderũt, et conturbati sunt. Et statim locutꝰ est eis, et dixit illis. Confidite, ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, et cessauit ventus: et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor illorum obcecatum. Et cum trãsfretassent: venerunt in terram genezareth, et applicuerũt. Cumq; egressi essent de naui: continuo cognouerunt eũ. Et percurrentes vniuersam regionẽ illam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circũferre vj.

vbi audiebant eum esse. Et quocũq introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos, & deprecabãtur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum: salui fiebant.
xviij. Offert. Domine viuifica me secundum eloquium tuum: vt sciam testimonia tua. V. Da michi intellectum vt discã mandata tua: et voluntaria oris mei fac michi in beneplacito tuo domine. Secreta.

P Repara nos domine q̃sumus huius votiuis abstinentie officijs: vt hec sacrificia veneranda sobrijs semper mentibus celebremus. Per dñm. Prefa. Qui corporali ieiunio.
ij. Cõio. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinã, ne pereatis de via iusta. Postcõmunio.

C Elestis vite munere vegetati quesum⁹ domine deus noster: vt quod est nobis in presenti vita mysteriũ, fiat eternitatis auxiliũ. Per. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

H Ac nos quesumus domine salutis nostre causas, & deuotis semper frequẽtare seruitijs: & deuotius recolere pricipaliter inchoatas. Per dominum nostrum.

¶ Dominica prima quadragesime. Ad missam. Officium.

xc. I Nuocauit me et ego exaudiã eũ, eripiã eum, & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: i ptectione dei celi cõmorabit. Inuocauit. Gloria pa. Inuocauit. Kyrie el. Orõ.

D Eus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obserua

tione purificas: presta familie tue vt quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per dominum. Ad Corinthios.

F Ratres. Hortamur vos, ne in ij. vj. A
vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tẽpore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrũ. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos: sicut dei ministros. In multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatib⁹, in angustijs, in plagis, in carcerib⁹, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in sciẽtia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, i virtute dei. Per arma iustitie, a dextris et a sinistris. Per gloriã & ignobilitatẽ: per infamiam et bonam famã. Ut seductores, et veraces. Sicut qui ignoti, et cogniti. Quasi morientes: et ecce viuimus. Ut castigati: & nõ mortificati. Quasi tristes: semper autẽ gaudẽtes. Sicut egentes: multos autẽ locupletãtes. Tanq̃ nichil habẽtes: et omnia
possidentes. Gr. Angelis suis mandauit ps. xc.
de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. V⁹. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus.

Q Ui habitat in adiutorio altissimi: in ibidem.
protectione dei celi commorabitur. V⁹. Dicet dño, susceptor me⁹ es tu: & refugiũ meũ, deus meus sperabo in eum. V. Quoniã ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. V⁹. Scapulis suis obũbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. V⁹. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. V⁹. A sagitta volante per diem, a negocio perambulante in tenebris:

a ruina ꝛ demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille, et decē milia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabit. ℣. Quoniā angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnꝙ offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem ꝛ basiliscū ambulabis: et conculcabis leonem ꝛ draconem. ℣. Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meū. ℣. Inuocauit me ꝛ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiam eum ꝛ glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum, ꝛ ostendam illi salutare meum.



Secundum Mattheum.

iiij. A In illo tempore. Ductus est iesus in desertū a spiritu, vt tētaretur a diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedēs tentator, dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Tūc assumpsit eum diabolus in sanctā ciuitatē: et statuit eum supra pinnaculū templi, ꝛ dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim: qꝛ angelis suis mādauit de te: ꝛ in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuum. Ait illi iesus rursum. Scriptū est. Non tētabis dn̄m deū tuū. Iterū assumpsit eū diabolꝰ in montē excelsum valde: et ostendit ei oīa regna mūdi, et gloriā eorū: ꝛ dixit illi. Hec oīa tibi dabo: si cadēs adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Uade satana. Scriptū est enim. Dn̄m deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: ꝛ ecce angeli accesserūt, et ministrabāt ei. Offer. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus: et sub pennis eius sperabis, scuto circumdabit te veritas eius. ps. xc.

Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initij solenniter immolamus te domine deprecantes: vt cum epularum restrictiōe carnaliū, a noxijs quoqꝫ voluptatibꝰ tēperemus. Per. Prefatio quotid. Cōio. Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pēnis eius sperabis: scuto circūdabit te veritas eius. ibidem. Postcōio.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: ꝛ a vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per.

¶ Feria. ij. post Inuocauit. Officiū.



Sicut oculi seruorū in manibꝰ dn̄oꝝ suoꝝ: ita oculi nr̄i ad dn̄m deū nostrū, donec misereat nr̄i: miserere nobis dn̄e, miserere nobis. ps. Ad te leuaui oclōs meos: q̄ habitas ī celis. ps. cxxij. Oremꝰ. Flectamꝰ genua Leuate. Orō.

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mētes nostras celestibꝰ instrue disciplinis. P. Ab hac die vsqꝫ ad cenā dn̄i, in omni missa de ieiunio dicunt̄ septē orōnes sicut in do. prima aduētus dn̄i supra dictū est. Lectio ezechielis prophete.

Hec dicit dominꝰ deꝰ. Ecce ego ipse requiram oues meas: ꝛ visitabo illas, sicut visitat pastor gregem suū: in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarū. Sic xxxiiij. C

visitabo oues meas: et liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis. Et educã eas de populis: et cõgregabo eas de terris. Et inducã eas in terrã suã: & pascã eas in montibus israel: in riuis & in cũctis sedibus terre. In pascuis huberrimis pascã eas: et in montibus excelsis israel erũt pascue earũ. Ibi requiescent in herbis virentibus: & in pascuis pinguib⁹ pascent super mõtes israel. Ego pascã oues meas: & ego eas accubare faciã, dicit dñs deus. Qđ perierat requirã: & qđ abiectũ fuerat reducã. Et qđ confractũ fuerat, alligabo: et qđ infirmum fuerat, cõsolidabo: et quod pingue & forte, custodiã. Et pascam illas, in iudicio & iustitia. Dicit dñs, omps. Gr.

Protector noster aspice deus: & respice super seruos tuos. V. Domine deus virtutum: exaudi preces seruorum tuorum. Tractus.

Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neq; secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. Hic nõ fiat genuflexio cũ dicitur V⁹. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui dñe libera nos, et propitius esto peccatis nostris, ppter nomẽ tuum.



Secundum Mattheum.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit filius hois in maiestate sua, & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedẽ maiestatis sue. Et congregabũtur ante eum oẽs gentes: et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem a dextris: hedos autẽ a sinistris. Tũc dicet rex his, qui a dextris eius erũt. Venite bñdicti patris mei: possidete paratum vobis regnũ a cõstitutione mũdi. Esuriui enim: & dedistis michi manducare. Sitiui: & dedistis michi bibere. Hospes erã: et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus: & visitastis me. In carcere erã: et venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes. Domine, quando te vidimus esurientem, et pauimus te: sitientem, et dedimus tibi potum? Quãdo autem te vidimus hospitem, et collegimus te: aut nudum et cooperuimus te? Aut quãdo te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te? Et respondens rex: dicet illis. Amen dico vobis: quandiu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis, michi fecistis. Tũc dicet & his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternũ: qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, et non dedistis michi manducare. Sitiui, et non dedistis michi potum. Hospes eram, et non collegistis me. Nudus, et non cooperuistis me. Infirmus, et in carcere: et non visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi, dicentes. Dñe, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitẽ, aut nudũ, aut infirmum, vel in carcere: & nõ ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens. Amen dico vobis: quandiu nõ fecistis vni de minoribus his, nec michi fecistis. Et ibũt hi in supplicium

eternum: iusti autem in vitā eternā.

p.cxviij. Offer. Leuabo oculos meos, et considerabo mirabilia tua domine, vt doceas me iustitiā tuam: da michi intellectum, vt discam mandata tua. V⁹. Legem pone michi domine, et viam iustificationum tuarum exquiram, & in preceptis tuis exercebor. Secreta.

Accepta tibi sit domine quesumus nostre deuotionis oblatio: que & ieiunium nostrū te operante sanctificet: & indulgentiam nobis tue consolationis obtineat. Per do. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio.

ps.iij. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo: non timebo milia populi circundantis me. Postcōmunio.

Prosint nobis domine quesumus frequentata mysteria: q̄ nos et a cupiditatibus terrenis expediant, & instruāt amare celestia. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Absolue quesum⁹ domine nostrorum vincula peccatorum: et quicquid pro eis meremur propitiatus auerte. Per dn̄m. ¶ Feria. iij. post Inuocauit. Ad missam. Officiū

ps. xcix. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie: a seculo & in seculum tu es. ps. Priusq̄ mōtes fierent, aut formaretur terra et orbis. Non dicit vlterius. Oremus Flectamus genua Leuate. Oratio.

Respice domine familiā tuam: et presta vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, que se carnis maceratione castigat. Per dominum. Lectio esaie prophete.

lv. B In diebus illis. Locutus est esaias propheta, dicens. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum pp̄e est. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas. Et reuertatur ad dn̄m, et miserebitur eius: & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendū. Nō enim cogitationes mee, cogitatiōes vestre: neq; vie mee, vie vestre: dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: & cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, et nix de celo: & illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram & infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti et panem comedēti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Nō reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecūq; volui, & prosperabitur in his ad que misi illud. Ait dn̄s, oīpotens. Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dn̄e. ps.cxl. V⁹. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Secundum Mattheum



In illo tp̄e. Cū intrasset iesus hierosolymam: commota est vniuersa ciuitas, dicēs. Quis est hic. xxi. B Populi autē dicebāt. Hic est iesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit iesus in tēplum dei. Et eiiciebat oēs vendentes & emētes in tēplo: et mensas nummulariorum & cathedras vendētium colūbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est: quia domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autē fecistis illam speluncam latronum.

Et accesserunt ad eum ceci, et claudi in templo: et sanauit eos. Uidentes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamantes in templo, et dicētes (Osanna filio dauid) indignati sunt: ⁊ dixerunt ei. Audis quid isti dicūt: Jesus autem dixit eis. Utiq;. Nūq̄ legistis quia ex ore infantium et lactentium pfecisti laudē. Et relictis illis: abijt foras extra ciuitatē in bethaniam. Ibiq; māsit: et docebat eos de regno
ps. xxx. dei. Offi. In te speraui dn̄e, dixi tu es deus meus: in manibus tuis tēpora mea. ℣. Illumina faciē tuā super seruū tuum: et saluum me fac propter misericordiam tuam dn̄e, nō confundar quoniam inuocaui te. Secreta.

Presta domine quesumus, vt dicato muneri congruentem nostre deuotionis tibi offeramus affectum. Per dominum. Prefa. Qui
s. iiij. corporali ieiunio. Cōio. Cum inuocarem te, exaudisti me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti me: miserere michi domine, et exaudi orationem meam. Postcōmunio.

Quesumus omnipotens deus, vt illius salutaris capiamus effectū: cui⁹ per hec mysteria pignus accepim⁹. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Ascendant ad te domine pces nostre: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dn̄m.

¶ Feria .vj. quatuor tpm. xl. Offm.

xxiiij. Reminiscere miserationum tuarū dn̄e, et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnq̄ dominētur nobis inimici nr̄i: libera nos deus israel ex omnibus angustijs nostris. Ps. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus me⁹ in te cōfido non erubescā. Sequitur oratio

sine Dn̄s vobiscū. sed tm̄ Oremus. et Flectamus genua Leuate. Oro.

Preces nostras q̄s dn̄e clementer exaudi: ⁊ contra cūcta nobis aduersantia, dexterā tue maiestatis extēde. Per. Lectio libri exodi.

In diebus illis. Dixit domin⁹ xxiiij. ad moysen. Ascende ad me in montem: et esto ibi. Dabo tibi duas tabulas lapideas, et legem ac mandata q̄ scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerunt moyses, et iosue minister eius: ascēdensq; moyses in montem dei, seniorib⁹ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiscum: si quid natū fuerit questionis, referetis ad eos. Cūq; ascendisset moyses, operuit nubes montem: et habitauit gloria domini super sinai, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die: vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis ardēs super verticem montis: in conspectu filiorum israel. Ingressusq; moyses medium nebule, ascendit in montē. Et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus. Gr. Tribulationes cordis mei di- ps. xxiiij. latate sunt: de necessitatib⁹ meis eripe me domine. ℣. Uide humilitatem meam ⁊ laborem meum, et dimitte omnia peccata mea. Non repetat gr. sed sequat Dn̄s vobiscū. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deuotionem populi tui quesumus domine benignus intende: vt qui per abstinētiam macerant in corpore: per fructū boni operis reficiant in mēte. Per do. Hic dicuntur memorie consuete. Lectio libri regū.

iij. rix. A In dieb⁹ illis. Uenit helias in bersabee iuda ⁊ dimisit ibi puerum suum: et perrexit in desertū viā vnius diei. Cumq; venisset et sederet

subter vnam iuniperum: petiuit ani me sue vt moreretur, et ait. Sufficit michi domine, tolle animam meam: neque enim melior sum quam patres mei. Proiecitque se: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum: dixitque illi. Surge, comede. Et respexit. Et ecce ad caput suum subcinericius panis: et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusque est angelus dñi secundo et tetigit eum: dixitque illi. Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit et bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius: quadraginta diebus et quadraginta noctibus, vsque ad montem dei oreb. Chorus alternatim dicat. Tractus.

p. xxiiij. De necessitatibus meis eripe me domine, vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte omnia petã mea. V. Ad te dñe leuaui animã meã: deus meus in te cõfido non erubescã, neque irrideant me inimici mei. V. Etenim vniuersi qui te expectãt nõ confundentur: confundantur omnes facientes vana. Et dicitur iste tractus in omni quarta feria, vsque ad dñicam palmarum. Euangel. Scdm Mattheum



xij. C In illo tempore. Accesserũt ad iesum scribe et pharisei: dicentes. Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens, ait illis. Generatio mala et adultera signũ querit: et signum non dabitur ei, nisi signum ione prophete. Sicut enĩ fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista: et cõdemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce plusquam ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, et condemnabit eam: quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plusquam salomõ hic. Cũ autem immũdus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida querens requiem, et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domũ meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem: scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et intrantes habitant ibi: et fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris, querentes loqui ei. Dixit autẽ ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant, querentes te. At ipse respõdens, dicenti sibi ait. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei? Et extẽdens manum in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatẽ patris mei, qui in celis est: ipse meus frater, et soror, et mater est. Offertorium.

Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. V. Pars mea domine dixi custodire legem tuam: deprecatus sum vultũ tuum in toto corde meo. p. cxviij. Secreta.

Intende quesumus domine sacrificium singulare: vt huius participatione mysterij que speranda credimus, expectata sumamus.

Per dñm. Prefatio. Qui corporali ie
v. iunio. Cōio. Intellige clamorem meum:
intende voci orationis mee rex meus et deus
meus, qm̄ ad te orabo domine. Postcōio.

DA quesumus oīpotens deus,
vt reatum nostrum munera
sacra purificent: et recte viuendi no
bis operentur effectum. Per domi-
num. Super populum. Oremus. Hu
miliate capita vestra deo. Oratio.

MEntes nostras quesumus do
mine lumine tue claritatis il
lustra: vt videre possimus que agen
da sunt, & que recta sunt agere valea
mus. Per dominū. ¶ Feria. v. post
Inuocauit. Ad missam. Officium.

xcv. COnfessio & pulchritu-
do in conspectu eius:
sanctitas et magnifi-
cētia in sanctificatio-
ne eius. ps. Cantate dño
canticum nouum: cantate
domino omnis terra. Oremus. Flecta-
mus genua. Leuate. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus,
qui in obseruatione ieiunij, et
eleemosynarum largitione nostro-
rum posuisti remedia peccatorum: con-
cede nos mente et corpore semper ti-
bi esse deuotos. Per dominum. Epi-
stola. Lectio Ezechielis prophete.

iij. A IN diebus illis. Factus est ser-
mo dñi ad me, dicens. Quid
est quod inter vos hanc parabolam
vertitis in prouerbium istud in ter-
ra israel, dicētes: Patres nostri com-
ederunt vuam acerbam: et dentes fi
liorum obstupescunt. Viuo ego, dicit
dominus deus: si erit vobis vltra pa-
rabola hec in prouerbium in israel.
Ecce omnes anime mee sunt. Vt ani-
ma patris: ita et anima filij mea est.
Anima que peccauerit, ipsa morietur.
Et vir si fuerit iustus, et fecerit iudi-
cium et iustitiam, in montibus non
comederit, & oculos suos non leuaue
rit ad idola domus israel, et vxorem
proximi sui non violauerit, & ad mu
lierem menstruatam non accesserit,
et hominē nō contristauerit, pignus
debitori suo reddiderit, per vim nichil
rapuerit, panem suum esurienti dede-
rit, & nudum operuerit, vestimēta ad
vsuram non commodauerit, et am-
plius non acceperit, ab iniquitate a-
uerterit manum suam, iudicium ve-
rum fecerit inter virum et virum, et
in preceptis meis ambulauerit, et iu
dicia mea custodierit, vt faciat veri-
tatē: hic iustus est. Vita viuet, ait do-
minus deus. Quod si genuerit filiū
latronem, effundentem sanguinem,
& fecerit vnum de istis: & hec quidem
omnia non facientē: nunquid viuet?
Cum vniuersa detestāda hec fecerit:
morte morietur. Sanguis eius in ipso
erit. Quod si genuerit filium qui vi-
dēs omnia peccata patris sui que fe
cit: timuerit et non fecerit simile eis,
iudicia mea fecerit & in pceptis meis
ambulauerit: hic nō morietur in ini-
quitate patris sui, sed vita viuet. Pa
ter eius quia calumniatus est & vim
fecerit fratri: et malum operatus est
in medio populi sui: ecce mortuus est
in iniqtate sua. Et dicitis. Quare nō
portabit filius iniquitatem patris
sui? Videlicet quia filius iudicium &
iustitiam operatus est, omnia prece-
pta mea custodiuit, et fecit illa: vita
viuet. Ait dñs, omnipotens. Gr. Cu- ps. xvi.
stodi me domine vt pupillā oculi: sub vmbra
alarum tuarū protege me. Vs. De vultu tuo
iudicium meū prodeat: oculi tui videāt equi-
tatem. Secundum Ioannem.

IN illo tempore. Dicebat iesus viij. D
ad eos qui crediderunt ei ex iu-
deis. Si vos manseritis in sermo-



ne meo: vere discipuli mei eritis & cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos. Responderũt ei iudei. Semen abrahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̃. Quomodo tu dicis: quia liberi eritis? Respõdit eis iesus. Amẽ amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autẽ non manet in domo in eternum: filius autem manet in eternũ. Si ergo filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Scio q2 filij abrahe estis: sed queritis me interficere q2 sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor: et vos que vidistis apud patrẽ vestrũ facitis. Responderunt, & dixerunt ei. Pater noster abraham est. Dixit eis iesus. Si filij abrahe estis, opa abrahe facite. Nunc autẽ queritis me interficere: hominem qui veritatem locutus sum vobis, quã audiui a deo. Hoc abraham non fecit: vos facitis opera patris vestri. Dixerũt itaq3 ei. Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus deũ. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq3 me. Ego enim a deo processi, et veni. Neq3 enĩ a meipso veni: s3 ille me misit. Quare loquelam meam nõ cognoscitis? Quia non potestis audire sermonẽ meum. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mẽdax est, et pater eius. Ego autem si veritatem dico: non creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare vos non creditis michi? Qui ex deo est, verba dei audit. Offer. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: gustate et videte quoniam suauis est dominus. ℣. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Secreta. p. xxx

SAcrificia domine quesumus propensius ista nos saluent: q̃ medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per dominum. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cõio. Panis quem ego dedero: caro mea est pro seculi vita. Postcõio. Joan. vj.

TUorum nos domine largitate reple donorum, & temporalibus attolle presidijs: et renoua sempiternis. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DA quesumus domine populis christianis et que profitentur agnoscere: et celeste munus diligere quod frequẽtant. Per dominũ.

¶ Feria. vj. quatuor tẽpor. xl. Offi.

DE necessitatibus meis eripe me domine, vide humilitatẽ meam et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te cõfido non erubescam. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio. p. xxx

ESto domine propitius plebi tue: et quã tibi facis esse deuotam, benignus refoue miseratus auxilio. Per. Lectio ezechielis prophete. xxv. iij.

HEc dicit dominus deus. Anima que peccauerit, ipsa morietur. xviij. viij.

Filius nõ portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatem filij. Justitia iusti super eũ erit: et impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitẽtiam ab omnibus peccatis suis que operatus est, et custodierit omnia pcepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam: vita viuet et non morietur. Omnium iniquitatũ eius quas operatus est non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet. Nunquid voluntatis mee est mors impij (dicit dominus deus) et non vt conuertatur a vijs suis, et viuat? Si autem auerterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem: secundum omnes abominationes quas operari solet impius: nũquid viuet? Omnes iustitie eius quas fecerat: non recordabuntur. In preuaricatione sua qua preuaricatus est: et in peccato suo qd peccauit in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via domini. Audite ergo domus israel. Nũquid via mea non est equa: et non magis vie vestre praue sunt? Cum enim auerterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitates: morietur in eis. In iniustitia sua quã operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, et fecerit iudicium et iustitiã: ipse animam suam viuificabit. Considerans eni et auertens se ab omnibus iniqtatibus suis quas operatus est: vita viuet, et nõ morietur. Dicit dñs

xxxv. omps. Gr. Saluũ fac seruum tuum deus meus sperantem in te. V. Auribus percipe domine orationem meam. Tractus.

cij. Domine non secũdum peccata nostra que fecimus nos: neqz secundum iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domi-

xviij ne ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nominis tui domine libera nos, et propitius esto peccatis nostris, pter nomẽ tuũ.

Secundum Joannem.



In illo tẽpore. Erat dies festus v. A iudeorum, et ascendit iesus hierosolymam. Est autẽ hierosolymis probatica piscina, que cognominatur hebraice bethsaida: quinqz porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cecorum, claudorum et aridorum: expectantiũ aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descẽdebat in piscinã: et mouebatur aqua. Et quicunqz prior descendisset in piscinã post motionẽ aque: sanus fiebat a quacunqz detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidã homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hũc ergo cum vidisset iesus iacentẽ, et cognouisset quia multũ iam tẽpus haberet, dixit ei. Uis sanus fieri? Respõdit ei lãguidus. Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinã. Dum venio enim ego: alius ante me descendit. Dixit ei iesus. Surge, tolle grabatum tuum: et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatũ suum et ambulabat. Erat autem sabbatũ in die illo. Dicebant ergo iudei illi, qui sanatus fuerat,

Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatū tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit: ille michi dixit. Tolle grabatū tuum, et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuum et ambula? Is autē qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eū iesus in templo: & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: et nunciauit iudeis quia iesus esset, qui fecit eum sanum. Offer.

ps. cii. Bndic aīa mea dn̄o, & noli obliuisci oēs retributiones eius: & renouabit sicut aquile iuuentus tua. V. Qui propitiat oībus iniquitatib⁹ tuis: et redimit de interitu vitā tuā: qui coronat te in miseratione & misericordia. Secre.

Suscipe domine quesum⁹ munera nostris oblata seruitijs: et tua ppitius dona sanctifica. Per dominum. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio.

ps. vi. Erubescant et conturbētur omnes inimici mei: auertantur retrorsum, & erubescant valde velociter. Postcōmunio.

Per huius domine operationē mysterij, et vitia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dominum. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio

Exaudi nos misericors deus: et mētibus nostris gratie tue lumen ostende. Per. ¶ Sabbato quatuor tēporum quadragesime. Officiū.

Psalm⁹ lxxxvii.



Intret oratio mea in cōspectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meā domine. ps. Domine de⁹ salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Omnes orationes sine Dominus vobiscum. dicuntur, preter vltimam que est ante epl'am. Et ad oēs orationes dr̄ Oremus sic et ad omnes orationes dr̄ Flectamus gen. pterq̄ ad vltimā q̄ est ante epistolā: et oēs lec. cū suis titulis leguntur. Oratio.

Populū tuum q̄s dn̄e ppitius respice: atq3 ab eo flagella iracundie tue clementer auerte. Per dominum. Lectio libri deuteronomij.

In dieb⁹ illis. Locut⁹ est moyses ad dominum, dicēs. Respice domine de sanctuario tuo: & de excelso celorum habitaculo. Et benedic populo tuo israel, & terre quam dedisti nobis: sicut iurasti patribus nr̄is dare terram lacte et melle manantē. Audi israel. Hodie dn̄s de⁹ tuus precepit tibi vt facias mandata ei⁹ atq3 iudicia: et custodias et impleas ex toto corde tuo, et ex tota aīa tua. Dn̄m elegisti hodie vt sit tibi deus, et ambules in vijs eius: vt custodias ceremonias illius et mandata eius atq3 iudicia, et obedias eius imperio. En dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi: & custodias omnia precepta eius. Et faciat te excelsiorē cūctis gētibus quas creauit in laudem et nomen et gloriā suam, vt sis populus sanctus dn̄i dei tui: sicut locutus est tibi. Gr.

Propitius esto dn̄e peccatis nostris: nequādo dicant gentes, vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui domine libera nos. Nō repetatur grad. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio.

Deus q̄ nos p tpalia ducis ad eterna: pretēde miam tuā ad celestia pmissa nitētibus: & q2 tuū est q̄ in te credim⁹: tuū sit oē q̄ viuim⁹. Per do. Lectio libri deuteronomij.

In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis

mandata que ego precipio vobis, et
feceritis ea vt diligatis dominū deū
vestrum, et ambuletis in omnibus
vijs eius adherētes ei: disperdet do-
minus omnes gentes istas ante fa-
ciem vestram: ꝛ possidebitis eas que
maiores ꝛ fortiores vobis sunt. Om
nis locus quē calcauerit pes vester,
vester erit. A deserto, et libano, et flu-
bj. mine magno eufrate: vsqꝫ ad mare
occidētale erunt termini vestri. Nul
lus stabit contra vos. Terrorem ve
strum ꝛ formidinem dabit dominus
deus vester super omnē terrā quam
calcaturi estis: sicut locutus est vo-
xxiij bis, dominus deus vester. Gr. Prote
ctor noster aspice deus: et respice super ser-
uos tuos. ℣. Domine deus virtutum: exau-
di preces seruorum tuorum. Oremus. Fle
ctamus genua Leuate. Oratio.
Protector noster aspice deus:
vt qui malorum nostrorum pon
dere ꝓmimur, percepta misericordia
libera tibi mente famulemur. Per
dñm. Lectio libri Machabeorum.
E In diebus illis. Orationem fa-
ciebant sacerdotes: dum offer-
rent sacrificium pro populo israel, io
natha inchoāte, ceteris autē respon-
dentibus, et dicentibus. Benefaciat
.Lxxb vobis deus: ꝛ meminerit testamenti
sui quod ad abraham, isaac, et iacob
locutus est seruorum suorum fidelium.
Et det vobis cor omnibꝰ vt colatis
eum: et faciatis eius volūtatem cor-
de magno et animo volenti. Adape-
riat dominus cor vestrū in lege sua,
et in preceptis suis: et faciat pacem.
Exaudiat dñs orōnes vestras: et re-
concilietur vobis. Nec vos deserat in
xxix tpe malo, dñs deus vester. Gr. Cōuer
tere dñe aliquantulū: ꝛ deprecare sup seruos
j. E tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis:
a generatione et progenie. Oremus. Fle-

ctamus genua Leuate. Oratio.
Adesto quesumus domine sup
plicationibus nostris: vt esse
(te largiente) mereamur ꝛ inter pro-
spera humiles, et inter aduersa securi.
Per dominū. Lectio libri sapientie.
Miserere nostri deus omnium, Eccli.
et respice nos: et ostēde nobis xxxvj. A
lucem miserationum tuarum. Et im
mitte timorem tuum super gentes q̄
non exquisierunt te: vt cognoscāt qꝛ
non est deus nisi tu: vt enarrent ma-
gnalia tua. Alleua manum tuam su
per gentes alienas: vt videāt poten-
tiam tuam. Sicut enim in conspectu
eorum sanctificatus es in nobis: sic
in conspectu nostro magnificaberis
in illis, vt cognoscant te sicut et nos
cognouimus: quia non est deus pre-
ter te domine. Innoua signa, et im-
muta mirabilia. Glorifica manum,
ꝛ brachium dextrum. Excita furorē,
et effunde iram. Extolle aduersariū,
ꝛ affige inimicum. Festina tempus
et memento finis: vt enarrent mira-
bilia tua, domine deus noster. Grad.
Saluum fac populum tuum domine: et be Ps. xxvij.
nedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clama-
bo deus meus ne sileas a me, et ero similis
descendentibus in lacum. Oremus. Fle-
ctamus genua Leuate. Oratio.
Actiones nostras quesumus
domine aspirando preueni, et
adiuuando prosequere: vt cuncta no
stra operatio a te semper incipiat: et
per te cepta finiatur. Per dominum.
Lectio danielis prophete.
Angelus domini descendit cū Daniel.
azaria et socijs eius in forna- iij. E
cem: et excussit flamā ignis de forna-
ce, et fecit medium fornacis quasi vē-
tum roris flantem. Flamma autem
diffusa est super fornacē cubitis qua-
draginta nouem: et incendit quos re

perit iuxta fornacem de chaldeis ministros regis qui eam incendebant. Illos aut̃ omnino nõ tetigit ignis, neq̃ cõtristauit: neq̃ quicq̃ molestie intulit. Tũc hi tres quasi ex vno ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace, dicentes. Benedictus es domine deus patrũ nostrorum: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus et superexaltatus in secula. Et benedictum nomẽ glorie tue quod est sanctum: et laudabile et superexaltatũ in omnib⁹ seculis. Benedictus es in templo sancto glorie tue: ⁊ superlaudabilis et supergloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui: et superlaudabilis ⁊ superexaltatus in secula. Bñdictus es super sceptrũ regni diuinitatis tue: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos, et sedes super cherubin: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum, et super vndas maris: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Duo clerici de secunda forma in superpelliciis ad gradum chori dicant sequentẽ tractum.

Daniel. iij. E

Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis ⁊ gl'iosus in secula. Chorus idem. Clerici. V⁹. Benedicite omnia opera domini domino: benedicite celi dño, benedicite angeli dñi dño. Chor⁹ post vnũquẽq̃ ver. respondeat. Hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Clerici. V⁹. Benedicite aque que super celos sunt domino: benedicite oẽs virtutes dñi dño, benedicite sol ⁊ luna dño. Chorus. Hymnum. Clerici. V. Benedicite stelle celi dño, benedicite imber ⁊ ros dño, bñdicite oĩs spũs dei dño. Chorus Hymnum. Clerici. V. Benedicite ignis ⁊ estus dño: bñdicite noctes et dies dño, bñdicite tenebre ⁊ lumen dño. Chor⁹. Hymnũ. Clerici. V. Bñdicite frigus ⁊ cauma dño, bñdicite pruina ⁊ niues dño, bñdicite fulgura ⁊ nubes dño. Chorus. Hymnũ. Clerici. V⁹. Benedicat terra dño: bñdicite mõtes ⁊ colles dño, bñdicite oĩa nascẽtia terre dño. Chor⁹ Hymnũ. Clerici. V. Bñdicite maria ⁊ flumĩa dño: benedicite fõtes dño, bñdicite cete ⁊ oĩa q̃ mouentur in aquis dño. Chorus. Hymnum. Clerici. V⁹. Bñdicite volucres celi dño: benedicite bestie ⁊ vniuersa pecora dño, benedicite filij hominum domino. Chorus. Hymnum. Clerici. V. Benedicat israel dño: benedicite sacerdotes dñi dño, bñdicite serui dñi dño. Chorus. Hymnum. Clerici. V⁹. Benedicite spũs ⁊ anime iustorũ domino: benedicite sancti ⁊ humiles corde domino. Chorus. Hymnum. Clerici. V. Benedicite anania, azaria, misael dño. Chorus Hymnum. Postea clerici reincipiãt tractum. Benedictus es in firmamento celi. et prantet a choro. Sequit̃ Dñs vobiscũ. et Orem⁹. Hic nõ dicatur Flectam⁹ genua Leuate. Oro.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: cõcede propitius vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorũ. Per dominum. Hic dicantur memorie consuete.

Ad Thessalonicenses. j.v.

Fratres. Rogamus vos: corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oẽs. Uidete ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicem, et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in christo iesu: in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab oĩ specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos

per omnia: vt integer spiritus vester et anima et corp⁹ sine querela in aduẽtu dñi nostri iesu christi seruetur. Duo clerici. de scda forma in cappis suis nigris ad grad. chori simul cantent totum et integrũ istum tractũ.

xvj. Laudate dominum omnes gentes, et collaudate eum omnes populi. V⁹. Quoniã confirmata est super nos misericordia eius: et veritas dñi manet in eternum.



Secundum Mattheum.

I In illo tẽpore. Assumpsit iesus petrum et iacobum et ioãnem fratrem eius: et duxit illos in montẽ excelsum seorsum, et transfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies ei⁹ sicut sol: vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses ⁊ helias, cum eo loquentes. Respondẽs autem petrus,

v. dixit ad iesum. Domine, bonum est nos hic esse. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnum, moysi vnũ, et helie vnum. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo michi bene cõplacui: ipsum audite. Et audiẽtes discipuli ceciderunt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus, et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite, ⁊ nolite timere. Leuantes autem oculos suos: neminem viderunt, nisi solum iesum. Et descendentib⁹ illis de monte: precepit iesus, dicens. Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a morte resurgat. Offert. Domine deus salutis mee, in die clamaui ⁊ nocte corã te: intret oratio mea in cõspectu tuo dñe. V⁹. Inclina aurẽ tuã ad precẽ meã dñe, longe fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expandi manus meas ad te. Psalm⁹ lxxxvij. Secreta.

2 Presentibus sacrificijs quesumus domine ieiunia nr̃a sanctifica: vt quod obseruantia nostra profitetur extrinsecus, intrinsecus operetur. Per dominum. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cõio. Domine deus meus in te speraui: libera me ab oĩbus persequentibus me, ⁊ eripe me. ps. xvij. Postcõio.

Quos diuino domie reficis mysterio, perpetuo defende presidio: et quos imbuisti celestibus institutis, salutarib⁹ comitare solatijs. Per dominum. Si episcopus defuerit: dicat super populum hec oratio. Humiliate capita vestra deo. Orõ.

Fideles tuos domine benedictio desiderata cõfirmet: que eos et a tua voluntate nunq̃ faciat discrepare: et tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per. Tñ si eps p̃sens fuerit, ⁊ ordines fecerit nõ dicat.

¶ Dominica secũda quadragesime. Ad missam. Officium.



Reminiscere miserationũ tuarum domine, ⁊ misericordie tue q̃ a seculo sunt: ne vnq̃ dominentur nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omnibus angustijs nr̃is. ps. xxiiij. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

2 Deus q̃ cõspicis omni nos virtute destitui, interi⁹ exteriusq; custodi: vt ab omnibus aduersitati-

bus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mũdemur in mẽte. Per dñm. Ad Thessalonicenses.

j.v. A FRatres. Rogamus vos ꝛ obsecramus in dño iesu: vt quẽadmodũ accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: sic ꝛ ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis: per dñm iesum. Hec est enĩ volũtas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisqꝫ vestrũ suũ vas possidere in sanctificatione ꝛ honore. Nõ in passione desiderij: sicut ꝛ gentes q̃ ignorãt deũ. Et ne qs supergrediat neqꝫ circũueniat in negocio fratrem suũ: qm̃ vindex est dñs de his oĩbus, sicut prediximus vobis: et testificati sumus. Nõ enim vocauit nos deus in immũditiam: sed in sanctificationem. In christo iesu, dño nostro. Gr.

ps. xxiiij. Tribulationes cordis mei dilatate sunt, de necessitatibus meis eripe me domine. V. Uide humilitatem meam ꝛ laborẽ meum: et dimitte omnia peccata mea. Tractus.

Matth. xv. C DIxit dominus mulieri chananee: non est bonũ sumere panẽ filiorꝫ: ꝛ mittere canibus ad manducandũ. V. At illa dixit: etiã domine, nam et catelli edũt de micis que cadunt de mẽsa dominorꝫ suorꝫ. V. Ait illi iesus: o mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Secundum Mattheum



xv. C IN illo tẽpore. Egressus iesus secessit i partes tyri ꝛ sidonis: et ecce mulier chananea a finibus illis egressa, clamauit, dicens ei. Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui nõ respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius: rogabant eum, dicẽtes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autẽ respondẽs, ait. Non sum missus, nisi ad oues que perierũt domus israel. At illa venit: et adorauit eum, dicens. Dñe adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonum sumere panem filiorꝫ: et mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine: nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius, ex illa hora. Offertorium. Meditabor in mandatis tuis q̃ dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. ps. c[...] Secreta.

ECclesie tue dñe munera placatus assume: que et misericors offerenda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis trãsire mysteriũ. Per dominũ. Prefatio quotidiana.

Coio. Intellige clamorẽ meum: intende voci orationis mee, rex meus ꝛ deus meus: quoniam ad te orabo domine. ps. [...] Postcõmunio.

CОrporis et sanguinis sacrosancti domine quesumus gratia nos sumpta viuificet: ꝛ quod mysticis actionibus pollicetur, eternis effectibus largiatur. Per dominum. [...]xix.

C Fer. ij. post Reminiscere. Officiũ.

REdime me domine ꝛ miserere mei: pes enim meus stetit in via recta, i ecclesijs benedicã dominũ. ps. [...] [...]C

Ps. Judica me domine qm̃ ego in inocẽtia mea ingressus sum, ꝛ in dño sperãs nõ ifirmabor.

Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PResta quesumus omps deus: vt familia tua que se affligendo carnē ab alimētis abstinet: sectādo iustitiam a culpa ieiunet. Per do.

Lectio Danielis prophete.

D. IN diebus illis. Orauit daniel ad dominū, dicens. Dñe deus noster: qui eduxisti populū tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomē scd'm diem hanc: peccauimus, iniquitatē fecimus dñe in oēm iustitiā tuā. Auertatur obsecro ira tua et furor tuus a ciuitate tua hierusalem, et a monte sancto tuo. Propter peccata eñ nostra, et iniquitates patrum nostrorum: hierusalē et populus tuus in opprobriū sunt oībus p circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi ps.c deus noster orationē serui tui et preces eius: et ostēde faciē tuā super sanctuarium tuum: quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurē tuā, et audi: aperi oculos tuos et vide desolationē nostram, et ciuitatē super quam inuocatū est nomen tuum. Neqz enim in iustificationibus ps. nr̃is prosternimus preces ante faciē tuam: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domine: attēde et fac. Ne moreris ppter temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatū est super ciuitatem et super populū tuū: dñe deus xix. noster. Grad. Adiutor meus et liberator meus esto domine, ne tardaueris. ℣. Con- ps. fundantur et reuereantur inimici mei, qui querunt animā meam. Tractus. Domine non secundum. quere supra. fer. vj. quatuor tēporum. ¶ Secundū Joannem.

.C IN illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado, et queretis me: et i peccato vr̃o moriemini. Quo ego vado, vos nō potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit, quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis, ego de superius sum. Vos de mūdo hoc estis: ego non sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis qz ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis iesus. Principium, qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui misit me, verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis quia ego sum. Et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater, hec loquor. Et qui me misit, mecum est: et nō reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei, facio semper. Offert. Benedicam dominum qui tribuit michi in- ps.xv. tellectum, prouidebam deum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est michi ne commouear. ℣. Cōserua me domine quoniā in te speraui: ego dixi deus meus es tu, dominus pars hereditatis mee. Secreta.

HEc hostia domine placationis et laudis: tua nos propitiatione dignos efficiat. Per dominū. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Domine dominus noster quam admirabile est ps.viij. nomen tuum in vniuersa terra. Postcōio.

HEc nos cōmunio domine purget a crimine: et celestis remedij faciat esse cōsortes. Per dominū. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

ADesto supplicationibus nr̃is oṗs deus: et quibus fiduciā sperande pietatis indulges, consuete mie tribue benign⁹ effectū. Per do.

Feria.iij.post Reminiscere. Offiñ.



ps.xxvi. Tibi dixit cor meum: quesiui vultũ tuum, vultũ tuũ dñe requirã, ne auertas faciẽ tuã a me. ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea, quem timebo? Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Perfice q̃sumus dñe benignus in nobis obseruantie sctẽ subsidium: vt que te auctore faciẽda cognouimus, te operante cõpleamus. Per dominũ. Lectio libri Regum.

iij.xvij. B In diebus illis. Factus est sermo domini ad heliã tesbitem, dicens. Surge, et vade in sareptam sidoniorum: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue, vt pascat te. Surrexit helias, et abijt in sareptã. Cumq; venisset ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua, colligens ligna. Et vocauit eam: dixitq; ei. Da michi paululum aque in vase, vt bibam. Cumq; illa pergeret, vt afferret, clamauit post tergũ eius, dicens. Affer michi obsecro et buccellam panis, in manu tua. Que respondit. Viuit dominus deus tuus: quia nõ habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farine in hydria, et paululum olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciam illud michi et filio meo, vt comedamus et moriamur. Ad quem helias ait. Noli timere: sed vade, et fac sicut dixisti. Veruntamen michi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem et filio tuo facies postea. Hec autem dicit dominus deus israel. Hydria farine non deficiet: nec lechitus olei minuetur, vsq; i diem in qua dñs daturus est pluuiã super faciẽ terre. Que abijt & fecit iuxta verbũ helie: & comedit ipse & illa, & dom⁹ ei⁹ tota. Et ex illa die hydria farine nõ defecit: et lechit⁹ olei nõ est iminut⁹: iuxta verbũ dñi qđ locutus fuerat in manu helie.

Gr. Iacta cogitatũ tuũ in dño: & ipse te enutriet. ps.liiij. V. Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocem meã: ab his qui appropinquant michi.



Secundum Mattheum. xxiij.

In illo tpe. Locut⁹ est iesus ad turbas et ad discipulos suos, dicens. Super cathedrã moysi sederunt scribe et pharisei. Oĩa quecũq; dixerint vobis, seruate & facite: scđm vero opera eorũ nolite facere. Dicunt eñ, et nõ faciũt. Alligãt enim onera grauia et importabilia, & imponunt in humeros hominũ: digito autem suo nolunt ea mouere. Oĩa vero opera sua faciunt, vt videãtur ab hominibus. Dilatant eñ philacteria sua, et magnificant fimbrias. Amant eñ prim⁹ recubit⁹ in cenis: & primas cathedras i synagogis: et salutationes in foro, et vocari ab hoĩbus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus est eñ magister vester: omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis sup terrã: vnus est enim pater vester, qui in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui eñ se exaltauerit, humiliabit: et qui se humiliauerit, exaltabitur.

Offer. Miserere michi dñe secundũ magnã miam tuam: dele dñe iniquitatem meam. ℣. Quoniã iniquitatẽ meã ego cognosco: ⁊ delictum meũ contra me est semper. Secreta.

SAnctificationẽ tuã nobis dñe his mysterijs placat⁹ operare: que nos ⁊ a terrenis purget vitijs: ⁊ ad celestia dona pducat. Per do. Prefatio. Qui corporali. Coïo. Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. Postcõio.

SIt nobis dñe quesum⁹ medicina mẽtis ⁊ corporis quod de sancto altari tuo percepim⁹: vt nullis aduersitatibus fatigemur: q̃ tanti remedij participatione munimur. Per dominũ. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

PRopitiare domĩe supplicationibus nostris, et animarũ nostrarum medere languoribus: vt remissione percepta in tua semp benedictione letemur. Per dominum.

¶ Feria.iiij.post Oculi. Offin

NE derelinquas me domine deus meus: ne discedas a me, intende in adiutoriũ meũ domine virtus salutis mee. ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

POpulum tuum quesum⁹ dñe propitius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoq; vitijs cessare cõcede. Per dominum. Lectio libri Hester.

IN diebus illis. Orauit hester ad dñm, dicens. Dñe deus rex omps, in ditione tua cuncta sunt posita: et nõ est q̃ tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: cõtinuo liberabimur. Tu enim dñe fecisti celum et terram: et quicquid celi ambitu continetur. Dñs omnium tu es: nec est q̃ resistat maiestati tue. Et nunc domine rex regũ, deus abraham, miserere populo tuo: q2 volũt nos inimici nostri perdere, et hereditatem tuã delere. Ne despicias partem tuam quã redemisti de egypto: sed exaudi deprecationem nostram, et propitius esto sorti et funiculo hereditatis tue. Et conuerte luctũ nostrum in gaudiũ: vt viuentes laudemus nomẽ tuum. Et ne claudas ora canẽtiũ te: domine deus noster. Gr.

Saluum fac populum tuum domine: ⁊ benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas a me; ⁊ ero similis descendentibus in lacum. Tractus.

DE necessitatibus meis eripe me domine, vide humilitatem meam et laborem meum, ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui animã meam, deus meus in te confido non erubescã: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant non confundẽtur, confundãtur omnes facientes vana. Secundũ Mattheum



IN illo tpe. Ascẽdens iesus hierosolymam, assumpsit duodecim discipl'os suos secreto, ⁊ ait illis. Ecce ascẽdim⁹ hierosolymã: ⁊ filius hominis tradet principibus sacerdotum et scribis: et condẽnabunt eum morte: ⁊ tradent eũ gentibus ad illudendũ ⁊ flagellandũ et crucifigẽdũ: et tertia die resurget. Tunc accessit

ad eum mater filiorum zebedei cū filijs
suis: adorans et petēs aliquid ab eo.
Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic
vt sedeant hi duo filij mei: vnus ad
dexteram tuam, et vnus ad sinistram
in regno tuo. Respondēs autē iesus,
dixit. Nescitis qd petatis. Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus
sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis.
Calicem quidē meum bibetis: sedere
autem ad dexterā meam vel sinistrā,
non est meū dare vobis: sed quib' pa
ratū est a patre meo. Et audiētes de
cem, indignati sunt de duob' fratri
bus. Jesus autem vocauit eos ad se,
et ait. Scitis quia principes gētium
dominantur eorū: et qui maiores sunt
potestatem exercent in eos. Non ita
erit inter vos. Sed quicunq; volue
rit iter vos maior fieri: sit vester mi
nister. Et qui voluerit inter vos pri
mus esse, erit vester seruus. Sicut fi
lius hominis non venit ministrari,
sed ministrare: et dare animā suam
in redemptionē pro multis. Offm. Ad
ps. xxiiij. te domine leuaui animam meam: deus meus
in te confido non erubescā: neq; irrideant me
inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant
non confundentur. V. Dirige me in veritate
tua et doce me: qr tu es deus salutaris meus
et te sustinui tota die. Secreta.

Hostias domine quas tibi offe
rimus propitius respice: et per
hec sacrosancta commercia vincula
peccatorum nostrorum absolue. Per dnm.
Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio.
ps. x. Justus dominus, et iustitias dilexit: equita
tem vidit vultus eius. Postcommunio.

Prosit nobis dñe qsumus my
sterij frequētata perceptio: vt
a vetustatis conditione purgati, ad
tue nouitatis incrementa tendam'.
Per dominū. Super populum. Hu
miliate capita vestra deo. Oratio.

Deus innocentie restitutor et
amator, dirige ad te tuorum
corda seruorum: vt spiritus tui feruore
cōcepto: et in fide inueniantur stabi
les, et in opere efficaces. Per dominū.
in vnitate eiusdem. ¶ Feria. v. post
Reminiscere. Ad missam. Officium.

Deus in adiutorium ps. l
meum intēde: domi
ne ad adiuuandū me
festina: confundātur
et reuereantur inimi
ci mei qui querūt ani
mam meam. Ps. Auertantur et erubescāt
qui volunt michi mala. Oremus. Flecta
mus genua. Leuate. Oratio.

Presta nobis quesum' dñe au
xilium gratie tue: vt ieiunijs
et orationibus conuenienter intenti, li
beremur ab hostibus mētis et corpo
ris. Per. Lectio hieremie prophete.

In diebus illis. Locut' est hie xvij.
remias propheta, dicens. Ma
ledictus homo qui confidit in hoie:
et ponit carnē brachiū suum: et a do
mino recedit cor eius. Erit enī quasi
myrice in deserto: et non videbit cum
venerit bonum: sed habitabit in sic
citate in deserto, in terra salsuginis
et inhabitabili. Benedictus vir q cō
fidit in dño: et erit dominus fiducia
eius. Et erit quasi lignum qd trans
plātatur super aquas: qd ad humo
rem mittit radices suas, et non time
bit cum venerit estus. Et erit folium
eius viride: et in tēpore siccitatis nō
erit solicitum, nec aliquando desinet
facere fructum. Prauum est cor ho
minis et iscrutabile: quis cognoscet
illud? Ego dominus scrutans corda
et probās renes: qui do vnicuiq; iux
ta viam suā, et iuxta fructū adinuen
tionū suarū. Dicit dñs, omnps. Gr.
Propitius esto dñe peccatis nostris, nequan ps. lx

do dicant gentes, vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui domine libera nos.



Secundum Joannem.

In illo tẽpore. Dixit iesus turbis iudeorũ. Non possum ego a meipso facere quicq̃: sed sicut audio, iudico. Et iudiciũ meũ iustũ est: quia non quero voluntatẽ meã, sed voluntatẽ eius q̃ misit me. Si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meũ non est verũ. Alius est qui testimoniũ perhibet de me: et scio q verũ est testimoniũ eius quod perhibet de me. Uos misistis ad ioannẽ: et testimoniũ perhibuit veritati. Ego autẽ nõ ab hoĩe testimonium accipio: sed hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimoniũ maius ioanne. Opera enim que dedit michi pater vt perficiam ea: ipsa opera que ego facio, testimoniũ perhibẽt de me: quia pater me misit. Et qui misit me pater: ipse testimonium perhibuit de me. Neq voceẽ eius vnq̃ audistis: neq speciem eius vidistis. Et verbũ eius nõ habetis in vobis manens: quia quẽ misit ille huic vos nõ creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã eternam habere: et ille sunt que testimonium perhibẽt de me. Et non vultis venire ad me, vt vitã habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio: sed cognoui vos, quia dilectionẽ dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: et non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere qui gloriã ab inuicem accipitis: et gloriã que a solo deo est non queritis. Nolite ergo putare q ego accusaturus sum vos apud patrem: est qui accusat vos moyses, in quo vos speratis. Si eñ crederetis moysi, crederetis forsitan et michi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis nõ creditis: quomodo verbis meis credetis. Offr. Precatus est moy- Exodi
ses in conspectu domini dei sui, et dixit: preca- xxxij.
tus est moyses in conspectu domini dei sui, et dixit: quare domine irasceris in populo tuo: parce ire anime tue, memento abrahã, isaac, et iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel: et placatus factus est dominus de malignitate quã dixit facere populo suo. ℣. Dixit dominus ad moysen, inuenisti gratiã in conspectu meo, et scio te pre omnibus: et festinãs moyses, inclinauit se in terram et adorauit, dicẽs: scio quia misericors es in milib' auferens iniquitatem et peccata. Secreta.

Deus cui omniũ sacrificiorum varietate finita hostiam nũc offerimus singularem, adesto votis tua inspiratione conceptis: vt in te sperantium et desideria iubeas perfici, et peccata deleri. Per do. Prefat. Qui corporali ie. Cõio. Qui manducat Joan.
meam carnẽ et bibit meum sanguinem, in me vj. F
manet: et ego in eo, dicit dñs. Postcõio.

Gratia tua nos domine quesumus nõ derelinquat: q̃ et sacre nos deditos faciat seruituti: et tuam nobis opẽ semper acquirat largitatis: et ab omnib' tueatur aduersis. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

ADesto domine famulis tuis: et perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt qui te auctore et gubernatore gloriantur: et congregata restaures, et restaurata conserues. Per dnm. ¶ Feria sexta post Reminiscere. Ad missam. Officium.

ps. xvj.

EGo autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua. ps. Exaudi domie iustitiam meam: intende deprecationem meam. Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.

DA quesumus ops deus: vt sacro nos purificāte ieiunio: sinceris mētib⁹ ad sancta vētura facias puenire. Per. Lectio libri Genesis.

xxxvij.
B
IN dieb⁹ illis. Dixit ioseph fratribus suis. Audite somnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi cōsurgere manipulum meum et stare: vestrosq̧ manipulos circumstantes, adorare manipulum meum. Respōderūt fratres eius. Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorum atq̧ sermonum: inuidie et odij fomitem ministrauit. Aliud quoq̧ vidit somniū: quod narrans fratribus, ait. Vidi p somnium: quasi solem et lunā ⁊ stellas vndecim adorare me. Quod cū patri suo et fratrib⁹ retulisset: increpauit eum pater suus, et dixit. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego et mater tua, ⁊ fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cumq̧ fratres illius in pascēdis gregibus patris morarētur in sichem: dixit ad eū israel. Fratres tui pascūt oues in sichimis: veni, mittā te ad eos. Quo respondente, presto sum, ait. Vade, et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora, et renuncia michi qd agat. Missus de valle ebron: venit in sichem. Inuenitq̧ eum vir errantem in agro: ⁊ interrogauit eū quid quereret. At ille respondit. Fratres meos quero: indica michi vbi pascunt greges. Dixitq̧ ei vir. Recesserunt de loco isto: audiui autem eos dicentes: eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et inuenit eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul, anteq̄ accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere, et mutuo loquebātur. Ecce somniator venit: venite occidamus eum, et mittamus in cisternam veterem, dicemusq̧: fera pessima deuorauit eū. Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hec ruben: nitebatur liberare eum de manibus eorum, et dicebat. Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinē: sed proiicite eū in cisternā hanc que est in solitudine, manusq̧ vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat, volēs eum eripere de manibus eorū: et reddere patri suo.

Gr. Ad dnm cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. ℣. Domine, libera animam meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Tract⁹. ps. cx

DNe non scdm peccata nostra. quere supra feria sexta quatuor temporum.



xxiij

Secundum Matheum.

xxi. D In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis, et turbis iudeorum. Homo quidam erat paterfamilias: qui plantauit vineā, et sepem circumdedit ei. Et fodit in ea torcular: et edificauit turrim: et locauit eam agricolis, et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuū appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricole (apprehensis seruis eius) alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerūt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens. Verebuntur forte filium meum. Agricole autem videntes filiū, dixerunt intra se. Hic est heres, venite occidamus eum: et habebimus hereditatē eius. Et apprehensum eū: eiecerunt extra vineam: et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineā suā locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus. Nunquam legistis in scripturis? Lapidē quē reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factū est istud: et est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis: quia auferet a vobis regnum dei: et dabitur genti, facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur. Super quem vero ceciderit, cōteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes eū tenere, timuerūt turbas. Quoniā sicut prophetā, eū habebāt.

xxiij. Offer. Dñe in auxiliū meū respice, cōfundantur et reuereantur qui querunt animā meam vt auferāt eā. Ps. Auertātur retrorsum et erubescant qui cogitant michi mala. Secretā.

Hec in nobis sacrificia domine deus, et actione permaneant: et operatione firmentur. Per dñm. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Tu domine seruabis nos, et custodies nos a generatione hac in eternum. Ps.xi. Postcōio.

Hac nos dñe qs accepto pignore salutis eterne sic tēdere cōgruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per dñm. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da quesumus dñe populo tuo salutem mētis et corporis: vt bonis operibus inherēdo, tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum. ¶ Sabbato post Reminiscere. Ad missam. Officium.



Lex domini irreprehensibilis, cōuertēs animas: testimoniū domini fidele, sapiētiam prestās paruulis. Ps. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firmamentū. Ps.xviij. Flectamus genua Leuate. Or.

Da quesumus dñe nostris effectum ieiunijs salutarē: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per do. Lectio libri Genesis.

xxvij. A In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentē cum esau fratre tuo, et dicentem ei. Affer michi de venatione tua: et fac cibos vt comedam, et benedicā tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis: et pergēs ad gregem affer michi duos hedos optimos: vt faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur. Quas cum intuleris, et comederit: bñdicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respōdit. Nosti quod

esau frater meus homo pilosus sit:
et ego lenis. Si attrectauerit me pa-
ter meꝰ et senserit: timeo ne putet si-
bi me voluisse illudere: ⁊ inducat sup
me maledictionē pro bñdictione. Ad
quem mater. In me sit (ait) ista ma-
ledictio fili mi: tantum audi vocem
meā: et pergens affer que dixi. Abijt
⁊ attulit: deditq; matri. Parauit illa
cibos sicut nouerat velle patrē illiꝰ:
et vestibus esau valde bonis quas
apud se habebat domi, induit eū. Pel
liculasq; hedorum circundedit mani
bus: et colli nuda protexit. Deditq;
pulmentum: et panes quos coxerat,
tradidit. Quibꝰ illatis, dixit. Pater
mi. At ille respōdit. Audio. Quis es
tu fili mi? Dixitq; iacob. Ego sū esau
primogenitꝰ tuus: feci tibi sicut pre-
cepisti michi. Surge: sede, et comede
de venatione mea: vt benedicat mi-
chi anima tua. Rursumq; isaac ad fi-
lium suum. Quomodo (inquit) tam
cito inuenire potuisti fili mi? Qui re-
spondit. Voluntas dei fuit vt cito oc
curreret michi quod volebam. Di-
xitq; isaac. Accede huc vt tangam te
fili mi: et probem vtrum tu sis filius
meus esau, an nō. Accessit ille ad pa-
trem: et palpato eo, dixit isaac. Vox
quidē, vox iacob est: sed manus, ma-
nus sunt esau. Et nō cognouit eum:
quia pilose manus similitudinē ma-
ioris expresserant. Benedicens ergo
illi, ait. Tu es filius meus esau. Re-
spōdit. Ego sum. At ille. Affer michi
(inq̄t) cibos de venatione tua fili mi:
vt benedicat tibi anima mea. Quos
cū oblatos comedisset, obtulit ei etiā
⁊ vinum. Quo hausto: dixit ad eum.
Accede ad me, et da michi osculum fi
li mi. Accessit, et osculatꝰ est eū. Sta-
timq; vt sensit vestimentorum illius
fragrantiā: benedicens, ait illi. Ecce
odor filij mei, sicut odor agri pleni
cui benedixit dominꝰ. Det tibi deus
de rore celi, et de pinguedīe terre abū
dantiam frumenti, vini, et olei: et ser
uiant tibi populi, ⁊ adorēt te tribus.
Esto dominus fratrū tuorum: et in-
curuent ante te filij matris tue. Qui
maledixerit tibi, sit ille maledictus: ⁊
qui benedixerit tibi: benedictionibꝰ
repleat. Vix isaac sermonē impleue-
rat: ⁊ egresso iacob foras venit esau,
coctosq; de venatiōe cibos intulit pa
tri, dicens. Surge pater mi, et come-
de de venatione filij tui: vt benedicat
michi anima tua. Dixitq; illi isaac.
Quis enī es tu? Qui respondit. Ego
sum filiꝰ tuꝰ primogenitꝰ esau. Ex-
pauit isaac stupore vehementi: et vl-
tra q̄ȝ credi potest admirās ait. Quis
igitur ille est qui dudum captam ve-
nationem attulit michi: ⁊ comedi ex
omnibꝰ priusq̄ȝ tu venires? Benedi-
xiq; illi, et erit benedictus. Auditis
esau sermonibus patris, irrugijt cla
more magno: et cōsternatus ait. Be
nedic etiā et michi pater mi. Qui ait.
Venit germanus tuus fraudulēter:
et accepit benedictionē tuam. At ille
subiunxit. Iuste vocatum est nomen
eius iacob: supplātauit enim me en
altera vice. Primogenita mea ante
tulit: ⁊ nunc secundo surripuit bene-
dictionem meam. Rursumq; ad pa-
trem. Nunquid non reseruasti (ait) ⁊
michi benedictionē? Respōdit isaac.
Dominum tuum illum constitui: et
omnes fratres tuos seruituti illius
subiugaui. Frumento, ⁊ vino, ⁊ oleo
stabiliui eum: et tibi post hec fili mi
vltra quid faciam? Cui esau. Num
vnam (inquit) tantū benedictionem
habes pater? Michi quoq; obsecro
vt bñdicas. Cūq; eiulatu magno fle-
ret: motꝰ isaac dixit ad eum. In pin-

xxj. gnedine terre: et i rore celi desup, erit benedictio tua. Gr. Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo altissime. V. Ad annunciandum mane misericordiã tuam: et veritatem tuam per noctem.



Secundum Lucam.

C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Homo quidam habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis patri. Pater, da michi portionem substantie que me contingit. Et diuisit illis substãtiã. Et non post multos dies: congregatis omnibus adolescẽtior filius peregre profectus est in regionem longinquã, et ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriose. Et postq̃ omnia cõsummasset, facta est fames valida in regiõe illa: et ipse cepit egere. Et abijt, et adhesit vni ciuium regionis illius: et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabãt: et nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgã, et ibo ad patrẽ meum, et dicam ei. Pater, peccaui in celum, et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnũ ex mercenarijs tuis. Et surgens, venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset: vidit illũ pater ipsius, et misericordia motus est. Et accurrẽs cecidit super collum eius: et osculatus est eũ. Dixitq̃ ei filius. Pater, peccaui in celũ, et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad seruos suos. Cito proferte stolã primã, et induite illum: et date anulũ in manum eius: et calceamẽta in pedes ei⁹. Et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducem⁹, et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, et reuixit: perierat, et inuẽtus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior, in agro. Et cum veniret, et appropinquaret domui: audiuit symphoniam et chorum. Et vocauit vnum de seruis: et interrogauit que hec essent. Isq̃ dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignat⁹ est autem: et nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cepit rogare illũ. At ille respondens, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nunq̃ mandatum tuum preterijui: et nunq̃ dedisti michi hedum vt cum amicis meis epularer. Sed postq̃ filius tuus hic, qui deuorauit substantiã suam cum meretricibus, venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit illi. Fili, tu semp mecũ es: et omnia mea tua sunt. Epulari autẽ et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat, et reuixit. Perierat, et inuentus est. Offert. Illumina oculos meos, ne vnq̃ obdormiam in mortẽ: nequãdo dicat inimicus meus, preualui aduersus eum. V. Usquequo domine obliuisceris me in finem: quandiu ponam consilia in anima mea. Ps. xij.

Secreta.

His sacrificijs domine concede placatus, vt qui proprijs oramus absolui delictis: penis non grauemur eternis. Per. Prefa. Qui cor=

Luce xv.G poꝛali ieiu. Cõio. Opoꝛtet te fili gaudere quia frater tuus moꝛtuus fuerat, et reuixit: perierat, et inuentus est. Postcõmunio.

Sacramẽti tui domine diuina libatio penetralia nostri coꝛdis ĩfundat: ⁊ sui nos participes potẽter efficiat. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Familiam tuam quesum⁹ domine continua pietate custodi: vt q̃ in sola spe gratie celestis innititur, celesti etiam pꝛotectione muniatur. Per dominum nostrum.

¶Dominica tertia quadꝛagesime. Ad missam. Officium.

ps. xxiiij. 

Oculi mei semper ad dominũ, quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me et miserere mei: quoniã vnicus ⁊ pauper sum ego. Ps. Ad te dñe leuaui animam meam: deus meus in te cõfido non erubescam. Oratio.

Quesumus oṗs deus vota humilium respice: atq; ad defensionem nostrã dexterã tue maiestatis extende. Per dñm. Ad ephesios.

v. A Fratres. Estote imitatoꝛes dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione, sicut chꝛistus dilexit nos: et tradidit semetipsum ꝑ nobis oblationem et hostiã deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem ⁊ omnis immũditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sãctos. Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote intelligẽtes: q; omnis fornicatoꝛ, aut immundus, aut auarus quod est idoloꝛum seruitus: non habet hereditatem in regno chꝛisti ⁊ dei. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis: propter hec enim venit ira dei, in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eoꝛum. Eratis enim aliquando tenebꝛe, nunc autẽ lux in domino: vt filij lucis ambulate. Fruct⁹ enim lucis est in omni bonitate, et iustitia, et veritate. Grad. Exurge domine non pꝛeualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣sus. In conuertendo inimicum meum retroꝛsum: infirmabuntur et peribunt a facie tua. ps. ix. Tractus.

ps. cxxij. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruoꝛum: in manibus dominoꝛum suoꝛum. ℣. Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. ℣. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis.



Secundum Lucam.

xi. In illo tempoꝛe. Erat iesus eiciens demonium, et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus: et admirate sunt turbe. Quidam aũt ex eis dixerunt. In beelzebub pꝛincipe demonioꝛum eicit demonia. Et alij tentantes: signum de celo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eoꝛum, dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: et dom⁹ supra domum cadet. Si autem et satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius, q; dicitis in beelzebub eicere me demonia? Si autẽ

ego in beelzebub eiicio demonia: filij vestri in quo eiiciunt? Ideo et ipsi iudices vestri erunt. Porro, si in digito dei eiicio demonia: pfecto peruenit in vos regnum dei. Cũ fortis armatus custodit atriũ suũ: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus cõfidebat, et spolia eius distribuet. Qui nõ est mecum, contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querẽs requiem, et non inueniens, dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et fiũt nouissima hominis illi⁹ peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit, et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbum dei, et custodiũt illud.

viij. Offertoriũ. Iustitie domini recte, letificantes corda, et dulciora super mel et fauũ: nam et seruus tuus custodit ea. Secreta.

Suscipe quesumus domine deuotorum munera famulorũ: et tua pietate diuinis purifica seruiẽtes mysterijs: quibus etiã iustitias ignorantes. Per dominum. Prefat. quotid.

xxj. Cõio. Passer inuenit sibi domũ, et turtur nidum vbi reponat pullos suos: altaria tua domine virtutum, rex meus et deus meus: beati qui habitãt in domo tua, in seculum seculi laudabunt te. Postcõmunio.

A Cunctis nos domine reatib⁹ et periculis ppitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per dominum.

¶ Feria scd'a post Oculi. Officium.



In deo laudabo verbũ: in domino laudabo sermonem: in deo speraui, nõ timebo qd faciat mihi homo. Ps. lv. Ps. Miserere mei deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Cordibus nostris quesum⁹ domine gratiã tuam benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita sensus quoq; nostros a noxijs retrahamus excessib⁹. Per dñm. Lectio libri Regum.

In diebus illis. Naaman princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dominum suum, et honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem syrie. Erat autem vir fortis et diues, sed leprosus. Porro, de syria egressi fuerant latrunculi, et captiuam duxerant de terra israel puellam paruulam, que erat in obsequio vxoris naaman. Que ait ad dominam suam. Utinam fuisset dominus meus ad prophetã qui est in samaria, profecto curasset eum a lepra quam habet. Ingressus est itaq; Naaman ad dominum suum, et nũciauit ei dicens. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitq; ei rex syrie. Uade, et mittam literas ad regem israel. Qui cum profectus esset: et tulisset secum decem talenta argenti, et sex milia aureos, et decẽ mutatoria vestimentorum: detulit literas ad regẽ israel, in hec verba. Cum acceperis epistolam hanc: scito q misi ad te naaman seruum meum: vt cures eum a lepra sua. Cumq; legisset rex israel literas: scidit vestimenta sua, et ait. Nũquid deus ego

iiij. b. A

sum vt occidere possim, et viuificare: quia iste misit ad me vt curem hominem a lepra sua? Animaduertite et videte: quot occasiones querat aduersum me. Quod cũ audisset heliseus vir dei: scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eum, dicẽs. Cur scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me: et sciat esse prophetã in israel. Uenit ergo naaman cũ equis et curribus: et stetit ad ostium domus helisei. Misitqz ad eũ heliseus nũcium, dicens. Uade, et lauare septies in iordane: et recipiet sanitatem caro tua, atqz mundaberis. Iratusqz naaman recedebat, dicens. Putabam q egrederetur ad me: et stans inuocaret nomen domini dei sui, et tangeret manu sua locũ lepre, et curaret me. Nũquid nõ meliores sũt abana et pharphar fluuij damasci omnib⁹ aquis israel: vt lauer in eis et mũder? Cum ergo vertisset se, et abiret indignãs: accesserunt ad eum serui sui, et locuti sunt ei. Pater, et si rem grandem dixisset tibi ppheta: certe facere debueras. Quãto magis, quia nunc dixit tibi: lauare, et mundaberis? Descendit, et lauit in iordane septies, iuxta sermonem viri dei: et restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli: et mundatus est a lepra. Reuersusqz ad virum dei cum vniuerso comitatu suo: venit et stetit coram eo, et ait. Uere scio q nõ sit deus alius in vniuersa terra, nisi tantum dominus deus

ps. lv. israel. Grad. Deus vitam meam nunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere michi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Tractus. Domine non secũdum peccata nostra. Quere supra feria sexta quatuor temporum.

Secundum Lucam.



In illo tempore. Dixerunt pharisei ad iesum. Quanta audiuimus facta in capharnaum, fac et hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in dieb⁹ helie in israel: quando clausum est celum annis tribus, et mẽsibus sex, cũ facta esset fames magna i omni terra: et ad nullã illarum missus est helias, nisi in sareptam sidonie, ad mulierem viduã. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta: et nemo eorũ mundatus est, nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerunt: et eiecerunt illum extra ciuitatem. Et duxerũt illũ vsqz ad supciliũ mõtis: sup quẽ ciuitas illor erat edificata: vt pcipitarẽt eũ. Ipse autem trãsiens: per mediũ illor ibat. Offer.

Exaudi deus orationẽ meã, et ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. ℣. Conturbatus sum a voce inimici et a tribulatiõe peccatoris: et expectabam eum qui me saluum faceret. ps. li

Secreta.

Munus qd tibi domine nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramẽtum. Per dominum nostrum. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cõmunio. Quis dabit ex sion salutare israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue, exultabit iacob, et letabitur israel. Postcommunio. ps. xi

PResta quesumus omnipotēs et misericors deus: vt que ore contigimus, pura mente capiamus. Per dominū. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

SUbueniat nobis quesum⁹ domine mīa tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per dominum.

¶ Feria.iij.post Oculi. Officium.

EGo clamaui quoniā exaudisti me deus, inclina aurem tuam, et exaudi verba mea: custodi me dn̄e vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ps. Exaudi domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

EXaudi nos omnipotens et misericors deus: et continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per dn̄m. Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Mulier quedā clamabat ad heliseum prophetam, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea, nisi parū olei quo vngar. Cui ait. Uade, et pete mutuo ab omnib⁹ vicinis tuis vasa vacua nō pauca: et ingredere domum tuam: et claude ostiū tuū cū intrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint, tolles. Iuit itaq̄ mulier: et clausit ostiū super se et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cūq̄ plena fuissēt vasa: dixit ad filiū suū. Affer michi adhuc vas. At ille respōdit. Non habeo. Stetitq̄ oleum. Uenit autē illa, et indicauit homini dei. Et ille. Uade inquit, vende oleum: et redde creditori tuo. Tu autem et filij tui, viuite de reliquo. Grad. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Secundum Mattheum



IN illo tēpore. Respiciēs iesus in discipulos suos: dixit simoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucrat⁹ eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si aūt ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunq̄ alligaueritis super terrā, erunt ligata et in celo. Et quecunq̄ solueritis super terram, erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quancūq̄ petierint, fiet illis a patre meo, qui in celis est. Ubi eni sunt duo vel tres congregati in noīe meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedēs petrus ad eum, dixit. Dn̄e, quotiēs peccabit in

me frater meus, et dimittam ei? Usqꝫ septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi usqꝫ septies: sed usqꝫ septuagiesseptiesptes.
ps. cxvij. pties. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ, dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuã, ꝛ narrabo opera dñi. ℣. In tribulatione inuocaui dñm, ꝛ exaudiuit me in latitudine: quoniam dominus adiutor meus. Secreta.

Per hec veniat quesumus dñe sacramẽta nostre redemptionis effectus: qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus, et ad salutaria cũcta perducat. Per. Prefat.
ps. xiiij. Qui corporali ieiu. Cõio. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, ꝛ operatur iustitiam. Postcõio.

Sacris domine mysterijs expiati, et veniam quesumus consequamur ꝛ gratiam. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tua nos domine protectione defende: et ab omni semp iniquitate custodi. Per dominum.

¶ Feria. iiij. post Oculi. Officium.
ps. xxx. Ego aũt in domino speraui: exultabo ꝛ letabor in tua misericordia, qꝛ respexisti humilitatẽ meã. ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Orem⁹. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta nobis quesumus domine vt salutarib⁹ ieiunijs eruditi, a noxijs quoqꝫ vitijs abstinẽtes propitiationẽ tuã facilius impetremus. Per dñm. Lectio libri Exodi.
xx. C Hec dicit dominus deus. Honora patrem tuum ꝛ matrẽ tuã: vt sis lõgeuus super terram: quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides: non mechaberis: non furtũ facies: non loqris contra proximum tuum falsum testimonium. Non cõcupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia que illius sunt. Cũctus autem populus videbat voces, et lampades, et sonitũ buccine, montemqꝫ fumigantem. Et perterriti ac pauore percussi: steterũt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis, et audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et ait moyses ad populũ. Nolite timere. Ut enĩ probaret vos venit deus: ꝛ vt terror illius esset in vobis, et nõ peccaretis. Stetitqꝫ popul⁹ de longe, moyses autem accessit ad caliginẽ, in qua erat deus. Dixitqꝫ preterea dñs ad moysen. Hec dices filijs israel. Uos vidistis qꝫ de celo locut⁹ sum vobis. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis sup eo holocausta et pacifica vestra, oues vestras et boues. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Grad.
Miserere michi domine, qm̃ infirmus sum: sana me domine. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea: et anima mea turbata est valde. ps. vj.
Tractus. De necessitatibus meis. vts.



Secundum Mattheum.

In illo tempore. Accesserũt ad iesum ab hierosolymis scribe xv.

et pharisei, dicentes. Quare discipuli tui transgrediūtur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis. Quare et vos trāsgredimini mandatū dei, ꝑpter traditionem vestram? Nam deus dixit: honora patrem et matrē: et q̄ maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Uos autem dicitis: quicūq; dixerit patri vel matri, munus quodcunq; est ex me, tibi proderit: et non honorificabit patrē suum, ⁊ matrem suam. Et irritum fecistis mandatum dei, ꝑpter traditionē vestrā. Hypocrite, bene ꝓphetauit de vobis esaias, dicēs. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autē colunt me: docentes doctrinas, et mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite, et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerūt ei. Scis q̄r pharisei, audito verbo hoc: scandalizati sunt. At ille respondēs, ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater me⁹ celestis, eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt, et duces cecorum. Cecus aūt si ceco ducatū prestet, ambo in foueam cadunt. Respondēs autem petr⁹, dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, ⁊ in secessum emittitur? Que autem procedunt de ore, de corde exeunt, ⁊ ea coinquinant hominem. De corde enim exeūt cogitatiōes male: homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie. Hec sunt qui coinquināt hominē. Nō lotis autē manib⁹ mā- ducare, nō coinquinat hoiem. Offer.

Dn̄e fac mecū scd̄m mīam tuam propter nomen tuū: quia suauis est mīa tua. V⁹. Deus laudē meam ne tacueris: quia os peccatoris, et os dolosi super me apertū est. ps. cviij. Secreta.

Suscipe quesum⁹ domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes, ab omnib⁹ nos defende periculis. Per dominum. Prefat. Qui corporali ieiunio. Communio. Notas ps. xv.

michi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo domine. Postcommunio.

Sanctificet nos quesumus dn̄e qua pasti sum⁹ mēsa celestis: et a cunctis errorib⁹ expiatos, supernis ꝓmissionibus reddat acceptos. Per dominū. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Concede quesumus oīpotens deus: vt qui protectionis tue gratiā querim⁹: liberati a malis oībus secura tibi mēte seruiam⁹. Per.

¶ Feria. v. post Oculi. Officium.



Salus populi ego sū, Eccl'ia. dicit domin⁹: de quacūq; tribulatione clamauerit ad me, exaudiam eos: et ero illorū dn̄s in perpetuū. ps.

Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. p. lxxvij. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Concede q̄s om̄ps deus: vt ieiuniorū nobis sancta deuotio, ⁊ purificationem tribuat, et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dn̄m.

Lectio hieremie prophete.

In diebus illis. Factus est sermo domini ad me, dicens. Sta vij. A in porta domus domini: et p̄dica ibi verbum istud, et dic. Audite verbum domini omnis iuda: qui ingredimi-

ni per portas has, vt adoretis dominum. Hec dicit dominus exercituum, deus israel. Bonas facite vias vr̃as et studia vestra: ⁊ habitabo vobiscū in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicētes: templum dñi templū dñi tēplum dñi est. Quoniā si benedixeritis vias vestras ⁊ studia vestra: si feceritis iudicium inter virum et proximum eius: aduene ⁊ pupillo et vidue nō feceritis calumniā: nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobis metipsis: habitabo vobiscum in loco isto: in terra quam dedi patribus vestris a seculo, et vsq; in seculū. Di-
f.cxliiij. cit dominus, omnipotens. Gr. Oculi omniū in te sperant dñe: ⁊ tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, ⁊ imples omne animal benedictione.

Secundum Joannem.



vj. A In illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorum. Operamini nō cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam, quē filius hominis dabit vobis. Hūc enim pater signauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciem⁹ vt operemur opera dei. Respondit iesus, et dixit eis. Hoc est op⁹ dei: vt credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum: vt videamus et credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt māna in deserto: sicut scriptum est. Panem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amē amē dico vobis, nō moyses dedit vobis panē de celo: sed pater meus dat vobis panē de celo verum. Panis enim dei est qui descēdit de celo: ⁊ dat vitā mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine, semper da nobis hunc panem. Dixit autem eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me, nō esuriet: et qui credit in me, non sitiet vnq̃. Offert. Si ambulauero Psal.
in medio tribulationis, viuificabis me domi cxx
ne: et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam, et saluum me fecit dextera tua. ℣. In quacunq; die inuocauero te exaudi me domine: multiplicabis in anima mea virtutem tuam. Secreta.

Hac nos domine quesumus ad sctā mysteria purificatis mētibus accedere: vt tibi semper competens deferamus obsequium.

Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio.
Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: f.c
vtinā dirigātur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōmunio.

Sacramenti tui domine veneranda pceptio: et mystico nos mundet effectu, et perpetua virtute defendat. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Subiectum tibi populum quesumus domine propitiatio celestis amplificet: et tuis semp faciat seruire mandatis. Per dominum.

¶ Feria sexta. post Oculi. Officium.

Fac mecum domine signum in bonum: vt videant qui me oderunt, ⁊ confundant: quoniam tu domine adiuuisti me, ⁊ cōsolat⁹ es me. Ps. Inclina dñe aurē tuā ⁊ exaudi me q̃m inops ⁊ pauper sum ego. Orō.

Ieiunia nostra q̄s dn̄e benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore, ita a vitijs ieiunemus in mente. Per dominum. Lectio libri Numeri.

In diebus illis. Conuenerūt filij israel aduersum moysen et aaron: et versi in seditionē, dixerunt. Date nobis aquā, vt bibamus. Ingressiqꝫ moyses et aarō (dimissa multitudine) ante tabernaculum federis corruerunt proni in terrā: clamaueruntqꝫ ad dn̄m, atqꝫ dixerūt. Dn̄e deus exaudi clamorē populi huius: et aperi eis thesaurum tuum fontem aque viue, vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos: locutusqꝫ est dominus ad moysen, dicens. Tolle virgam et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petrā corām eis, et illa dabit aquas. Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet omnis multitudo, et iumenta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu domini: sicut preceperat ei: cōgregata omni multitudine ante petram. Dixitqꝫ eis. Audite rebelles et increduli. Nū de petra hac vobis aquā poterimus eiicere? Cumqꝫ eleuasset manum, percutiens virga bis silicē, egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet, et iumenta. Dixitqꝫ dominus ad moysen et aaron. Quia non credidistis michi vt sanctificaretis me corā filijs israel: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua cōtradictionis: vbi iurgati sunt filij israel contra dominū: et sanctificatus est in eis. Gr. In deo sperauit cor meum et adiutus sum: et refloruit caro mea: et ex voluntate mea cōfitebor illi. V. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas, ne discedas a me. Tractus.

Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neqꝫ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Ps. cij.
V. Domine ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Ps. lxxviij.
Hic non fiat genuflexio cum dicit V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui dn̄e libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Uenit iesus in ciuitatem samarie que dicitur sichar: iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontē. Hora autē erat quasi sexta. Uenit mulier de samaria, haurire aquam. Dixit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem: vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis: bibere a me poscis, que sum mulier samaritana? Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit iesus, et dixit ei. Si scires donum dei, et quis est qui dicit tibi, da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam viuam. Dixit ei mulier. Domine, neqꝫ in quo haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro iacob: qui dedit nobis puteū, et ipse iiij. A

ex eo bibit, et filij eius, et pecora eius? Respondit iesus, et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac: sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei: non sitiet in eternū. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dixit ad eum mulier. Domine, da michi hāc aquam, vt non sitiam, neqꝫ veniam huc haurire. Dixit ei iesus. Uade, voca virum tuum, et veni huc. Respondit ei mulier, et dixit. Non habeo virū. Dixit ei iesus. Bene dixisti: quia nō habeo virū. Quinqꝫ enī viros habuisti: et nunc quem habes, non est tu⁹ vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis quia hierosolymis est loc⁹ vbi adorare oportet. Dixit ei iesus. Mulier, crede michi, quia veniet hora quando neqꝫ in monte hoc, neqꝫ in hierosolymis adorabitis patrem. Uos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scim⁹: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora, et nunc est: quando veri adoratores adorabunt patrem, in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio quia messias venit: qui dicitur christus. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dixit ei iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei: quid queris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: et abijt in ciuitatem, et dixit illis hominibus. Uenite, et videte hominem, qui dixit michi omnia quecunqꝫ feci. Nunquid ipse est christus? Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis iesus. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt: et messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, et videte regiones: quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit: et congregat fructum in vitam eternam. Ut et qui seminat, simul gaudeat: et qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, et alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos nō laborastis. Alij laborauerunt, et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: quia dixit michi omnia quecunqꝫ feci. Cum venissent ergo ad illū samaritani: rogauerunt eū vt ibi maneret. Et mānsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius: et mulieri dicebant, quia iā non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, et scim⁹ quia hic est vere saluator mundi. Offert.

Intende voci orationis mee, rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo domine. Ps. Usus. Uerba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. Secreta.

Respice dn̄e propitius ad munera que sacram⁹: vt et tibi grata sint: et nobis salutaria semper

existant. Per. Prefat. Qui corporali.
Cōio. Qui biberit aquam quam ego do(di
xit dominus samaritane) fiet in eo fons aque
salientis in vitam eternam. Postcōio.
Huius nos domine perceptio sa
cramenti mundet a crimine: et
ad celestia regna perducat. Per do
minum. Super populum. Humilia
te capita vestra deo. Oratio.
Presta quesumus oipotēs deus:
vt qui in tua protectione cōfi
dimus: cuncta nobis aduersantia te
adiuuante vincamus. Per dominū.
¶ Sabbato post Officium.



Verba mea auribus perci
pe domine: intellige
clamorem meum: in
tende voci orationis
mee. psal. Rex meus et
deus meus. Oremus.
Flectamus genua Leuate. Oratio.
Presta quesumus omnipotēs
deus: vt qui se affligendo car
nem ab alimentis abstinent: sectan
do iustitiam a culpa ieiunent. Per.
Lectio Danielis prophete.
a In diebus illis. Erat vir in ba
bylone, et nomē eius ioachim.
Et accepit vxorem nomine susannā,
filiam helchie, pulchram nimis, et ti
mentem deum. Parentes autem il
lius cum essent iusti: erudierunt filiā
suam secundum legem moysi. Erat
autem ioachim diues valde, et erat ei
pomerium vicinum domui sue. Et
ad ipsum confluebant iudei: eo q̄ es
set honorabilior omnium. Et consti
tuti sunt duo senes iudices in anno
illo, de quibus locutus est dominus:
quia egressa est iniquitas de babylo
ne, a senioribus iudicibus qui vide
bantur regere populum. Isti frequē
tabant domum ioachim: et veniebāt
ad eos omnes qui habebant iudicia.
Cum autē populus reuertisset: post
meridiem ingrediebatur susanna, et
deābulabat in pomerio viri sui. Et
videbant eam senes quotidie ingre
dientē et deambulantē: et exarserūt
in concupiscentiā eius. Et auerterūt
sensum suū: et declinauerunt oculos
suos vt non viderent celū: neq̧ recor
darentur iudiciorū iustorū. Factum est
autē cū obseruarent diē aptū quādo
eam possent inuenire solam: ingres
sa est aliquādo sicut heri et nudiuster
tius cum duabus solis puellis, vo
luitq̧ lauari in pomerio. Estus quip
pe erat. Et non erat ibi quisq̧: preter
duos senes absconditos, contēplan
tes eam. Dixit ergo puellis. Afferte
michi oleum et smigmata: et ostia po
merij claudite, vt lauer. Cum autem
egresse essent puelle: surrexerūt duo
senes, et accurrerunt ad eam, et dixe
runt. Ecce ostia pomerij clausa sunt,
et nemo nos videt: et in concupiscen
tia tui sumus. Quamobrem assenti
re nobis: et commiscere nobiscum.
Quod si nolueris: dicemus testimo
nium contra te, q̄ fuerit tecum iuue
nis, et ob hanc causam emiseris puel
las a te. Ingemuit susāna, et ait. An
gustie michi sunt vndiq̧. Si enī hoc
egero, mors michi est: si autē nō ege
ro, nō effugiā manus vestras. Sz me
lius michi est absq̧ opere incidere in
manus vestras: q̄ peccare in cōspectu
dñi. Et exclamauit voce magna su
sanna: exclamauerūt autem et senes
aduersus eā, et cucurrit vnus et aperuit
ostia pomerij. Cū autē audissent cla
morem in pomerio famuli domus:
irruerunt per posticum, vt viderent
quidnā esset. Postq̄ aūt senes locuti
sunt, erubuerūt serui vehementer, q̄
nunq̄ dictus fuerat sermo huiusmo
di de susanna. Et facta est dies cra

stina. Cumqꝫ venisset populus ad virũ eius ioachim: venerũt ⁊ duo presbyteri pleni iniqua cogitatione, aduersus susannã: vt interficerẽt eam. Et dixerunt corã populo. Mittite ad susannã, filiã helchie vxorẽ ioachim. Et statim miserũt. Et venit cum parentibus et filijs, et vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui, ⁊ omnes qui eam nouerãt. Consurgẽtes autem duo presbyteri in medio populi: posuerunt manus suas super caput eius. Que flẽs suspexit ad celũ. Erat autẽ cor eius, fiduciã habens in dño. Et dixerunt presbyteri. Cum deambularemus in pomerio soli, ingressa est hec cum duabus puellis: et clausit ostia pomerij, et dimisit a se puellas. Venitqꝫ ad eam adolescens qui erat absconditus: ⁊ concubuit cũ ea. Porro, nos cũ essemus in angulo pomerij, videntes iniquitatẽ cucurrimꝰ ad eos: et vidimus eos pariter cõmisceri. Et illum quidem nequiuimus cõprehendere, qꝛ fortior erat nobis: et aperto ostio exiliuit. Hanc autem cum apprehendissemus: interrogauimus quisnã esset adolescens, et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus et iudicibus populi: ⁊ condemnauerunt eã ad mortem. Exclamauit autem voce magna susanna, et dixit. Deus eterne qui absconditorꝫ es cognitor, qui nosti oĩa anteq̃ fiãt: tu scis quoniã falsum contra me tulerunt testimonium. Et ecce morior, cum nichil horũ fecerim que isti maliciose composuerunt aduersum me. Exaudiuit autẽ dñs vocẽ eius. Cũqꝫ duceretur ad mortẽ: suscitauit deus spiritum pueri iunioris: cui nomen daniel. Et exclamauit voce magna. Mundus ego sum a sanguine huius. Et cõuersus omnis populus ad eum, dixit. Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum, dixit. Sic fatui filij israel, non iudicantes, neqꝫ quod verum est cognoscentes: condemnastis filiam israel? Reuertimini ad iudiciũ: quia falsum testimoniũ locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione: et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicem procul: et diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnum de eis, et dixit ad eum. Inueterate dierum malorũ: nunc venerunt peccata tua que operabaris priꝰ: iudicans iudicia iniusta, innocẽtes opprimens, et dimittens noxios, dicẽte domino. Innocentem et iustum non interficies. Nũc ergo si vidisti eam: dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit autẽ daniel. Recte mentitus es in caput tuũ: ecce enim angelus domini accepta sententia ab eo: scindet te medium. Et amoto eo: iussit venire aliũ, ⁊ dixit ei. Semẽ chanaan ⁊ non iuda: species decepit te, ⁊ concupiscẽtia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timentes loquebantur vobis. Sed nõ filia iuda sustinuit iniquitatẽ vestrã. Nunc ergo dic michi sub qua arbore comprehenderis eos loquẽtes sibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autẽ ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladium habens vt secet te mediũ: et interficiat vos. Exclamauit itaqꝫ omnis cetus voce magna: et benedixerunt deum: qui saluat sperãtes in se. Et ꝯsurrexerũt aduersus duos presbyteros: conuicerat enim eos daniel ex ore suo, falsum dixisse testimoniũ.

Fecerunt eis sicuti male egerant aduersus proximum: et interfecerūt eos. Et saluatus est sanguis innocens, in die illa. Grad. Si ambulem in medio umbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es domine. ℣. Uirga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.



Secundum Joannem.

In illo tēpore. Perrexit iesus in mōtē oliueti: et diluculo iterum venit templū. Et oīs populus venit ad eum: et sedens docebat eos. Adducunt autē scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensam: et statuerūt eam in medio, et dixerūt ei. Magister, hec mulier modo deprehēsa est in adulterio: in lege autē moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum: digito scribebat in terrā. Cū autē perseuerarēt interrogātes eū: erexit se, et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum: primus in illam lapidē mittat. Et iterum se inclinans: scribebat in terram. Audiētes autē hec: vnus post vnum exibāt, incipientes a senioribus. Et remansit solus iesus: et mulier in medio stās. Erigēs autem se iesus, dixit ei. Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condēnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autē ei iesus. Nec ego te condēnabo. Uade, et iam amplius

noli peccare. Offr. Gressus meos dirige ps. cxviij. domine secundum eloquium tuum: vt nō dominetur mei omnis iniustitia domine. ℣. Declaratio sermonum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis. Secreta.

Efficiatur hec hostia quesum⁹ domine solennibus grata ieiuniis: et vt tibi fiat acceptior: purificatis mentibus immoletur. Per. Prefat. Qui corporali. Cōio. Nemo te con Jo. viij. dēnauit mulier? nemo dn̄e: nec ego te cōdemnabo: iā amplius noli peccare. Postcōio.

Quesumus omnipotens deus: vt iter eius membra numeremur: cuius corpori cōmunicauimus et sanguini iesu christi filij tui domini nostri. Qui tecū. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio

Pretende domine fidelib⁹ tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirāt: et que digne postulant consequi mereātur. Per do.

Dn̄ica media quadragesie. Offi.



Letare hierusalē, Esaie lxvi. et conuentū facite oēs qui diligitis dn̄m: gaudete cū letitia q in tristitia fuist: vt exultetis et satiemini ab vberib⁹ consolationis vestre. ps. Letatus sum ps. cxxi. in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. Oratio.

Concede qs omps deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatione respiremus. Per dn̄m. Ad Galathas.

Fratres. Scriptum est, quo- iiij. C niam abrahā duos filios habuit: vnum de ancilla, et vnum de libera. Sed qui de ancilla, scd̄m carnē natus est: qui autem de libera, per repromissionē: q sunt per allegoriam

dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte sina, in seruitutem generans, que est agar. Sina enim mons est in arabia, q̄ cõiunctus est ei, que nunc est hierusalem: et seruit cum filijs suis. Illa autē que sursum est hierusalem, libera est: que est mater nr̄a. Scriptū est em̄. Letare sterilis que non paris, erūpe et clama que non parturis: quia multi filij deserte magis q̄ ei⁹ que habet virum. Nos autem fratres scd̄m isaac promissionis filij sum⁹. Sed quomō tūc is qui scd̄m carnē natus fuerat, persequebat eum qui scd̄m spiritū: ita et nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam et filiū eius: non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaqȝ fratres, non sumus ancille filij: sed libere. Qua libertate christ⁹

ps. cxxi. nos liberauit. Grad. Letat⁹ sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis. Tractus.

p. cxxiiij Qui confidunt in domino sicut mons sion: non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius: et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsqȝ in seculum.



Secundum Joannem.

vi. A In illo tēpore. Abijt iesus trās mare galilee, quod est tyberiadis: et sequebatur eū multitudo magna, quia videbant signa que faciebat super his q̄ infirmabant. Subijt ergo in montem iesus: et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha, dies festus iudeorū. Cum subleuasset ergo oculos iesus, et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum. Unde ememus panes, vt manducēt hi? Hoc autem dicebat, tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorū denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisqȝ modicum quid accipiat. Dixit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater simonis petri. Est puer vnus hic, qui habet quinqȝ panes ordeaceos: et duos pisces. Sȝ hec quid sunt inter tantos? Dixit ergo iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinqȝ milia. Accepit ergo iesus panes: et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus, quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinqȝ panibus ordeaceis, que superfuerunt his qui manducauerunt. Illi ergo homines cum vidissent quod iesus fecerat signum: dicebant. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Offertorium. Laudate domi- Psal

num quia benignus est: psallite nomini eius cxx

quoniam suaue est, omnia quecunqȝ voluit fecit, in celo et in terra. Secreta.

Annue nobis quesum⁹ domine vt et diuinis semper solennitatibus occupemur: et mysterijs sacris mente pariter cōgruamus et corpore. Per dn̄m. Prefa. quotid. Cōio. Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius ps. c

participatio eius in idipsum: illuc enim ascẽderunt tribus tribus domini, ad confitẽdum nomini tuo domine. Postcõmunio.

Da nobis quesum⁹ misericors deus, vt sancta tua quib⁹ incessanter explemur: sinceris tractemus obsequijs, et fideli semper mente sumamus. Per dominum nostrũ.

¶ Feria.ij.post Letare. Officium.

iiij. Deus in nomie tuo saluũ me fac: ꝫ in virtute tua iudica me, de⁹ exaudi orationẽ meã. ps. Quoniã alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animam meam. Orem⁹. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt obseruatiões sacras annua deuotione recolẽtes: et corpore tibi placeamus et mente. Per do.

Lectio libri Regum.

ij. C In diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steterũtqꝫ corã eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi domine, ego ꝫ mulier hec habitabamus in domo vna: et peperi apud eam in cubiculo. Tertia vero die postq̃ ego peperi: peperit et hec. Et eram⁹ simul: nullusqꝫ alius in domo nobiscũ, exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, dormiẽs quippe oppressit eum. Et consurgẽs intempeste noctis silentio: tulit filiũ meum de latere meo ancille tue dormiẽtis: et collocauit i sinu suo. Suũ autem filium qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumqꝫ surrexissem mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus. Quem diligẽtius intuens clara luce: deprehendi non esse meum quem genueram. Respõditqꝫ altera mulier. Nõ est ita vt dicis: sed filius tuus mortuus est, meus autẽ viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris, filius q̃ppe meus viuit: ꝫ filius tuus mortuus est. Atqꝫ in hũc modũ contendebãt, coram rege. Tunc rex ait. Hec dicit. Filius meus viuit, et filius tuus mortuus est: et ista respondit, non: sed filius tuus mortuus est, meus autẽ viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladium. Cumqꝫ attulissent gladium coram rege, ait. Diuidite (inquit) infantẽ viuum in duas partes: et date dimidiã partem vni, ꝫ dimidiam partẽ alteri. Dixit autẽ mulier, cui⁹ fili⁹ erat viuus ad regẽ: commota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro domine, date illi infantẽ viuum: et nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec michi, nec tibi sit: sed diuidatur. Respõdit rex, et ait. Date huic infantem viuum: et non occidatur. Hec est enim mater eius. Audiuit itaqꝫ omnis israel iudicium quod iudicasset rex: et timuerunt regem, videntes sapientiam dei esse in eo: ad faciẽdum iudicium. Grad. Esto michi in deum pro- ps. xxx.
tectorem et in locum refugij: vt saluum me facias. V. Deus in te speraui domine: nõ confundar in eternum. Tractus. Domine non secundum. vts feria.ij.post Oculi.



Secundum Joannem.

ij. C In illo tempore. Prope erat pascha iudeorum: et ascẽdit iesus hierosolymã. Et inuenit in tẽplo vẽ-

dentes oues, et boues, ⁊ columbas: ⁊ nummularios sedētes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo, oues quoq; ⁊ boues. Et nummulariorum effudit es: et mensas subuertit. Et his qui colūbas vēdebāt, dixit. Auferte ista hinc, et nolite facere domum patris mei, domū negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius quia scriptum est: zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei, et dixerūt ei. Quod signum ostendis nobis: quia hec facis? Respōdit iesus, et dixit eis. Soluite templū hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templū hoc: et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille aūt dicebat de tēplo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sūt discipuli ei9 quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture: et sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset hierosolymis in pascha i die festo: multi crediderunt in nomine eius, vidētes signa eius que faciebat. Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis: eo q ipse nosset omnes, et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat

ps.xcix. quid esset in homine. Offert. Jubilate deo omnis terra, iubilate deo omnis terra, seruite domino in letitia: intrate in conspectu eius in exultatione, qz dñs ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos, et non ipsi nos: nos autem populus eius ⁊ oues pascue eius. Secreta.

TUis dñe q̄s opare mysterijs: vt hec tibi munera dign9 mētib9 offeram9. Per. Prefa. Qui corp.

ps.xviij Cōio. Ab occultis meis mūda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. Postcōio.

QUos diuinis domine reficis sacramentis, tuis quesumus sustenta presidijs: et quos beneficijs temporalibus refoues, pasce perpetuis. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

DEprecationem nostram quesumus dñe benign9 exaudi: ⁊ quibus supplicādi prestas affectum, tribue defensionis auxiliū. Per do.

¶ Feria.iij.post Letare. Officium.

EXaudi deus orationē meam, et ne despexeris depcationē meā: intende in me, ⁊ exaudi me. ps. Contristatus sum in exercitatiōe mea: et conturbatus sum a voce inimici. Orem9. Flectamus genua Leuate. Oratio. ps.liij

SAcre nobis quesum9 dñe obseruationis ieiunia: et pie conuersationis augmentum: et tue propitiationis continuum prestent auxilium. Per. Lectio libri Exodi.

IN dieb9 illis. Locutus est dominus ad moysen, dicens. Descende de monte: quia peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via: quā ostēdisti eis. Feceruntq; sibi vitulū conflatilem, et adorauerunt: atq; immolantes ei hostias, dixerunt. Isti sunt dij tui israel, qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumq; ait domin9 ad moysen. Cerno q populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascat furor meus contra eos, et deleam eos: faciamq; te in gentem magnā. Moyses aūt orabat dominū deum suum, dicens. Cur domine irascitur furor tuus contra populū tuum, quē eduxisti de terra egypti in fortitudine magna, et in manu robusta? Ne q̄so dicant egyptij, callide eduxit eos: vt interficeret in montib9: ⁊ deleret eos de terra. Quiescat ira tua: ⁊ esto pla-

cabilis super nequitia populi tui. Re-
cordare abraham, isaac, et israel ser
uorum tuorum: quibus iurasti per
temetipsum, dicēs. Multiplicabo se-
men vestrum sicut stellas celi: & vni-
uersam terram hanc de qua locutus
sum dabo semini vestro, et possidebi-
tis eam semper. Placatusq; est domi
nus ne faceret malum quod locutus
fuerat aduersus populum suum. Et
misert⁹ est populo suo, domin⁹ deus
fo. xliij. noster. Gr. Exurge dñe, fer opē nobis: & li
bera nos propter nomen tuum. V. Deus au-
ribus nostris audiuimus, patres nr̄i annun-
ciauerunt nobis, opus quod operatus es in
diebus eorum, et in diebus antiquis.



Secundum Joannem.

B IN illo tempore. Jam die festo
mediante ascēdit iesus in tem-
plum, et docebat. Et mirabantur iu-
dei, dicentes. Quomodo hic literas
scit, cum non didicerit? Respōdit eis
iesus, et dixit. Mea doctrina, non est
mea: sed eius qui misit me. Si qs vo
luerit volūtatem eius facere: cogno-
scet de doctrina vtrum ex deo sit, an
ego a meipso loquar. Qui a semetip
so loquit, gloriā propriā querit. Qui
autem querit gloriā eius qui misit il
lum, hic verax est: et iniustitia in illo
non est. Nonne moyses dedit vobis
legem: & nemo ex vobis facit legem?
Quid me q̄ritis interficere? Respon-
dit turba, et dixit. Demoniū habes.
Quis te querit interficere? Respōdit
iesus, et dixit eis. Unum opus feci, et
omnes miramini. Propterea moy-
ses dedit vobis circuncisionem: non
quia ex moyse est, sed ex patribus. Et
in sabbato circunciditis hominem.
Si circuncisionem accipit homo in
sabbato vt non soluatur lex moysi:
michi indignamini, quia totum ho-
minem sanum feci in sabbato? Noli-
te iudicare secundum faciem: sed iu-
stum iudicium iudicate. Dicebāt au
tem quidam ex hierosolymis. Nōne
hic est quem querunt interficere? Ec-
ce palam loquitur, et nichil ei dicūt.
Nunquid vere cognouerunt princi-
pes: quia hic est christus? Sed hunc
scimus vnde sit: christus autem cum
venerit, nemo scit vnde sit. Clama-
bat ergo docēs in templo iesus, & di-
cens. Et me scitis: et vnde sim scitis.
Et a meipso non veni: sed est verus
qui misit me, quē vos nescitis. Ego
autem scio eum. Et si dixero quia ne-
scio eum: ero similis vobis mendax.
Sed scio eū, quia ab ipso sum: et ipse
me misit. Querebant ergo eū appre-
hendere, et nemo misit in illū man⁹:
q2 nondū venerat hora eius. De tur
ba autem, multi crediderunt in eum.
Offer. Expectans expectaui dñm, & respexit ps. xxxix.
me: et exaudiuit deprecationem meam, & im-
misit in os meum canticū nouum: hymnum
deo nostro. V. Statuit supra petram pedes
meos: et direxit gressus meos. Secreta.

FIdelium tuorū quesum⁹ dñe
hostias propitius intuere: vt
qđ oblatū est per obsequium, & deuo
torum vota famulorum, tua potius
propitiatione firmetur. Per. Prefa.
Qui corporali ieiunio. Cōio. Letabi- ps. xix.
mur in salutari tuo: et in nomine domini dei
nostri magnificabimur. Postcōmunio.

PRosit nobis quesum⁹ dñe sa-
cer cib⁹ potusq; salutaris: qui

et temporalē vitā muniat, et prestet eternam. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Miserere quesumus domine populo tuo: et cōtinuis tribulationibus laborantem propitius respirare concede. Per dominum.

Feria. iiij. post Letare. Officium.

Ezech. xxxvj E Um sctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris, et effundā super vos aquā mūdam: et mūdabimini ab oībus inquinamentis vestris: et dabo vobis spiritum nouum. ps.

p. xxxiij. Benedicā dūm in omni tempore: semp laus eius in ore meo. Sequitur oratio sine Dñs vobiscū. sed tm̄ cū Oremus. et Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deus qui et iustis premia meritorū, et peccatoribus per ieiunium veniā prebes: miserere supplicibus tuis, vt reatus nr̄i cōfessio indulgentiā valeat percipere delictorum. Per. Lectio Ezechielis prophete.

xxxvj. E Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomē meum magnum, vt sciant gentes quia ego dominus: cū sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollā quippe vos de gentibus, et congregabo vos de vniuersis terris: et adducā vos in terram vestrā. Et effundam super vos aquam mūdam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: et spiritū nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum: et spiritū nouum ponā in medio vestri. Et faciā vt in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis, et operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: et eritis michi in populum, et ego ero vobis in deū. Dicit dñs omps. Gr. Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos. p. xxx[illegible] V. Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Nō repetatur grad. sed sequatur Dñs vobiscum. et Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta q̄s omps deus, vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoq; deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius celestia capiamus. Per. Hic dñr mēo. consuete. Lectio Esaie prophete.

Hec dicit dñs deus. Lauamini, i. E mundi estote: auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudiciū, subuenite oppresso: iudicate pupillo, defendite viduam, et venite et arguite me: dicit dñs. Si fuerint peccata vr̄a vt coccinū: quasi nix dealbabunt. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erūt. Si volueritis, et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs ops. Gr. Beata gēs cuius est dñs deus eorum: ppl's quē elegit dñs in hereditatem sibi. p. xx[illegible] V. Verbo dñi celi firmati sunt, et spū oris eius oīs virtus eorū. Tractus. De necessitatibus meis. vt supra feria. iiij. post Reminiscere. Secundum Joannem



In illo tempore. Preteriens iesus vidit hominē cecum a na- ix.

tiuitate. Et interrogauerũt eum discipuli ei⁹. Rabbi, quis peccauit: hic aut parentes eius, vt cecus nasceretur? Respondit iesus. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius: sed vt manifestẽtur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me: donec dies est. Uenit nox: quãdo nemo potest operari. Quãdiu sum in mundo: lux sum mundi. Hec cum dixisset: expuit in terram, et fecit lutũ ex sputo, et liniuit lutũ super oculos eius, & dixit ei. Uade, et lauare in natatoria siloe: qđ interpretatur missus. Abijt ergo et lauit, et venit vidẽs. Itaq; vicini, et qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant. Nonne hic est qui sedebat, et mẽdicabat? Alij dicebant, quia hic est: alij aũt nequaq̃, sed similis est eius. Ille vero dicebat: q2 ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur iesus, lutũ fecit, et vnxit oc'los meos: et dixit michi. Uade ad natatoriam siloe, et laua. Et abij, et laui: et video. Dixerũt ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducũt eum ad phariseos, qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum quãdo lutũ fecit iesus: et aperuit oculos ei⁹. Iterum ergo interrogabãt eum pharisei, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutũ posuit michi super oculos, et laui, et video. Dicebãt ergo ex phariseis quidam. Nõ est hic homo a deo: qui sabbatũ non custodit. Alij autẽ dicebant. Quomodo potest homo peccator hec signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit: q2 propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo q2 cecus fuisset & vidisset donec vocauerũt parentes eius qui viderat, et interrogauerũt eos, dicentes. Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nũc videt? Responderũt eis parentes eius, et dixerunt. Scimus quia hic est fili⁹ noster: et quia cecus natus est. Quomodo autem nũc videat, nescim⁹: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate. Etatẽ habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quoniam timebãt iudeos. Iam enim cõspirauerãt iudei, vt si quis eum confiteretur esse christum, extra synagogam fieret. Propterea parẽtes eius dixerunt, quia etatem habet: ipsum interrogate. Uocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus, & dixerunt ei. Da gloriã deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio: vnũ scio, quia cecus cum essem modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi: aut quomodo aperuit tibi oc'los? Respondit eis. Dixi vobis iam & audistis: quid iterũ vultis audire? Nũquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerũt. Tu discipulus illius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hũc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, et dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus nõ audit. Sed si quis dei cultor est, et voluntatem eius facit: hunc exaudit. A seculo nõ est auditum, quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̃. Responderunt, et dixerunt ei. In peccatis nat⁹ es totus: et tu doces nos. Et eiecerũt eum foras. Audiuit iesus quia eiece-

runt eum foras: et cum inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille, et dixit. Quis est domine vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait. Credo domine. Et
ps. lxv. procidens adorauit eum. Offer. Benedicite gentes dominum deum nostrum: et obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam et misericordiam suam a me. V. Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Secreta.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt his sacrificiis peccata nostra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis et mentis et corporis sanitatem. Per dominum. Prefa. Qui
Ioan. ix. corporali ieiu. Com. Lutum fecit ex sputo
C dominus: et liniuit oculos meos: et abii, et laui, et vidi, et credidi deo. Postcommunio.

Sacramenta que sumpsimus domine deus noster: et spiritalibus nos repleant alimentis: et corporalibus tueantur auxiliis. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas: fac eos que tibi placita sunt postulare. Per.

ps. ciiii. ¶ Feria. v. post Letare. Officium.

Letetur cor querentium dominum: querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper. Ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta letificet, vt terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per.

Lectio libri Regum.

In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad heliseum prophetam: in montem carmeli. Cumque vidisset eam vir dei decontra: ait ad giezi puerum suum. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, et dic ei. Recte ne agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? Que respondit, recte. Cumque venisset ad virum dei in montem: apprehendit pedes eius. Et accessit giezi, vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eam: anima enim eius in amaritudine est: et dominus celauit a me, et non indicauit michi. Que dixit illi. Numquid petiui filium a domino meo? Numquid non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: et si salutauerit te quispiam non respondeas illi: et ponas baculum meum super faciem pueri. Porro, mater pueri ait. Viuit dominus, et viuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo, et secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos: et posuerat baculum super faciem pueri: et non erat vox neque sensus. Reuersusque est giezi in occursum eius: et nunciauit ei, dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum: et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se et super puerum: et orauit ad dominum. Et ascendit et incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, et oculos suos super oculos eius, et manus suas super manus eius, et incuruauit se super eum, et calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulauit

in domo semel:huc atq3 illuc. Et ascē dit et incubuit super puerum:et oscitauit puer septies: aperuitq3 oculos suos. At ille vocauit giezi,et dixit ei. Uoca sunamitem hanc. Que vocata ingressa est ad eum. Cui ait. Tolle filium tuum. Uenit illa,et corruit ad pedes eius: et adorauit super terrā. Tulitq3 filium suum: et egressa est. Heliseus vero reuersus est in galgala. Gr. Respice domine in testamētū tuum ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finē. V. Exurge dn̄e,iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum.



Secundum Joannem.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeor. Pater meus vsq3 modo operatur:et ego operor. Propter ea ergo magis querebant eum iudei interficere,quia non solum soluebat sabbatum:sed et patrem suum dicebat deum,equalem se faciēs deo. Respondit itaq3 iesus,⁊ dixit eis. Amen amen dico vobis:non potest filius a se facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientem. Quecunq3 enim ille fecerit:hec ⁊ filius similiter facit. Pater enim diligit filium, et omnia demonstrat ei que ipse facit: et maiora his demonstrabit ei opera,vt et vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos,et viuificat:sic ⁊ filius quos vult,viuificat. Neq3 enim pater iudicat quenq̄:sed omne iudicium dedit filio,vt omnes honorificent filiū sicut honorificāt patrem. Qui non honorificat filium:non honorificat patrē qui misit illum. Amen amen dico vobis:quia qui verbum meum audit,⁊ credit ei qui misit me,habet vitā eternam. Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam. Amē amē dico vobis q2 venit hora ⁊ nūc est,qn̄ mortui audient vocem filij dei:⁊ qui audierint,viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso:sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudiciū facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua om̄es qui in monumentis sunt,audient vocem filij dei. Et procedent q̄ bona fecerunt in resurrectionē vite. Qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Offr. Domine ad adiuuandum me festina: confundantur omnes aduersarij mei, qui cogitant michi mala. Vsus. Expectans expectaui dominum: et eduxit me de lacu miserie,et de luto fecis. ps.xxxix.

Secreta.

Purifica nos misericors deus, vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum. Prefatio. Qui corporali. Cōmunio. Domine memorabor iustitie tue solius:deus docuisti me a iuuentute mea: et vsq3 in senectam et senium deus ne derelinquas me. ps.lxx.

Postcommunio.

Celestia dona capiētibus quesumus domine, vt non ad iudicium puenire patiaris:quod tuis fidelibus ad remedium prouidisti. Per dominū. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Populi tui deus institutor et rector,peccata quibus impugnatur expelle:vt semper tibi placitus,et tuo munimine sit securus. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Feria sexta post Letare. Officiũ.

p. xviij. Meditatio cordis mei i cõspectu tuo semper: domine adiutor meus, et redẽptor meus. ps. Celi enarrant gloriã dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis: presta quesumus, vt ecclesia tua eternis proficiat institutis: et temporalibus non destituatur auxilijs. Per d.

Lectio libri Regum.

iij. xvij. D In diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias, et erat languor fortissimus: ita vt nõ remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad heliã. Quid michi et tibi vir dei? Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates mee: et interficeres filiũ meum? Et ait ad eam helias. Da michi filium tuum. Tulitque eum de sinu illius: et portauit eum in cenaculum vbi ipse manebat. Et posuit eũ super lectũ suum: et clamauit ad dominum, et dicit. Domine deus meus etiã ne viduã apud quã ego vtcunque sustẽtor afflixisti: vt interficeres filiũ eius? Et expandit se, atque mensus est super puerũ tribus vicibus: clamauitque ad dominum et ait. Dñe deus meus: reuertatur oro anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autẽ dominus vocem helie: et reuersa est anima pueri intra eũ, et reuixit. Tulitque helias puerum: et deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum: et tradidit illũ matri sue, et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitque mulier ad heliam. Nũc in isto cognoui quoniã vir dei es tu: et verbũ domini in ore

p. cxvij. tuo verum est. Gr. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. V. Bonum est sperare in domino: quam sperare in principibus. Tractus. Domine non secundum, vt supra feria sexta post Oculi.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Erat quidam languẽs lazarus a bethania: de castello marie et marthe sororum eius. Maria autẽ erat que vnxit dominum vnguẽto: et extersit capillis suis, cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem iesus, dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eã. Diligebat autem iesus martham: et sororẽ eius mariam, et lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mãsit in eodem loco duobus diebus. Deide post hec, dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicũt ei discipuli. Rabbi, nunc querebant te iudei lapidare: et iterũ vadis illuc? Respondit iesus. Nonne duodecim sunt hore diei? Si quis ambulauerit in die, nõ offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Hec ait: et post hec dixit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado, vt a somno excitẽ eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine, si dormit; saluus erit. Dixerat autẽ iesus xj.

de morte eius. Illi autem putauerũt q2 de dormitione somni diceret. Tũc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos: vt credatis quoniam nõ eram ibi: sed eamus ad eũ. Dixit ergo thomas, qui dicitur didymus: ad condiscipulos. Eam⁹ et nos: et moriamur cum eo. Uenit itaq3 iesus: et inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta hierosolymã: quasi stadijs quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham et mariam, vt cõsolarent eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesum. Domine, si fuisses hic, frater me⁹ nõ fuisset mortuus. Sed et nunc scio q2 quecũq3 poposceris a deo, dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit i me: etiã si mortu⁹ fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, et credit in me: nõ morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiq3 domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei viui: qui in hunc mundum venisti. Et cũ hec dixisset: abijt et vocauit mariam sororem suam silentio, dicens. Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit: surrexit cito, et venit ad eum. Nondum enim venerat iesus in castellum: sed erat adhuc i illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erant cum ea in domo, et consolabãtur eam: cum vidissent mariam quia cito surrexit, et exijt: secuti sunt eam dicentes q2 vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat iesus: vidẽs eũ, cecidit ad pedes eius, et dixit ei. Domine, si fuisses hic: non esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & iudeos qui venerant cum ea plorãtes: infremuit spiritu, et turbauit semetipsũ, et dixit. Ubi posuistis eum? Dicũt ei. Dñe, veni et vide. Et lachrymat⁹ est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eũ. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic q̃ aperuit oculos ceci nati, facere vt et hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso: venit ad monumentum. Erat autem spelunca, et lapis superpositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dixit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine, iam fetet: quatriduanus enim est. Dixit ei iesus. Nõne dixi tibi quoniã si credideris: videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidẽ. Iesus autem eleuatis sursum oculis in celum, dixit. Pater gratias ago tibi quoniã audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat dixi, vt credant quia tu me misisti. Hec cũ dixisset: voce magna clamauit. Lazare, veni foras. Et statim prodijt q̃ fuerat mortuus, ligatus pedes et man⁹ institis: et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eum, et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam & marthã, et viderant que fecit iesus, crediderunt in eum. Offertorium. Populũ humilem saluũ facies domine: et oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine? V. Clamor meus in cõspectu eius, introiuit in aures eius. Ps. xvij.

Secreta.

Munera nos domine quesum⁹ oblata purificent: et te nobis faciant iugiter esse placatũ. Per do.

Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio.
Joā.xi. E Uidens dominus flentes sorores lazari ad monumētum: lachrymatus est coram iudeis, et clamabat: lazare veni foras: et prodiit ligatis manibus et pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcommunio.

Hec nos quesum⁹ domine participatio sacramenti: et a propriis reatibus indesinēter expediat: et ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da q̄sumus omp̄s deus, vt qui infirmitatis nostre conscij, de tua pietate confidimus: sub tua protectione semper gaudeamus. Per d.

¶ Sabbato post Letare. Officium.
Esaie lv. A
Sitientes venite ad aquas dicit dominus: et qui nō habetis precium: venite, et bibite cum letitia. ps. Attēdite pp̄le meus legē meam:
p̄.lxxvij. inclinate aurem vestram in verba oris mei. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Fiat quesumus dn̄e per grām tuam fructuosus nostre deuotionis affectus: q₂ tūc nobis ꝓderūt suscepta ieiunia, si tue sint placita pietati. Per. Lectio Esaie prophete.
xlix. C
Hec dicit dominus deus. In tēpore placito exaudiui te: ⁊ i die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, et dedi te in fedus populi: vt suscitares terram, et possideres hereditates dissipatas. Ut diceres his qui vincti sunt, exite: et his q̄ in tenebris, reuelamini. Super vias pascentur: et in omnibus planis pascue eorum. Non esurient neq₃ sitient, ⁊ non percutiet eos estus ⁊ sol: quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquaꝝ potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam: et semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi ⁊ exultet terra, iubilate mōtes laudē: quia consolatus est dominus populū suū et pauperū suorum miserebitur. Et dixit sion. Dereliquit me dominus: et dominus oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantē suum vt non misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit: ego tamē nō obliuiscar tui. Dicit dominus oīpotens.

Gr. Tibi domine derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid domine recessisti lōge: despicis in opportunitatibus in tribulatione: dum superbit impius, incenditur pauper. Secundum Joannem.



In illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorum. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes: testimoniū tuum nō est verū. Respondit iesus, ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniū perhibeo de meipso, verum est testimoniū meum: quia scio vnde veni, ⁊ quo vado. Uos autem nescitis vnde venio: aut quo vado. Uos secundum carnē iudicatis: ego non iudico quenq̄. Et si iudico ego, iudiciū meum verum est: quia solus nō sum, sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominū testimonium verum est. Ego sum qui te-

stimonium perhibeo de meipso: ⁊ testimonium perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit iesus. Neqꝫ me scitis: neqꝫ patrem meum. Si me sciretis, forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehēdit eum: quia nōdum venerat hora eius. Offi. Factus est dominus firmamētū meum, et refugiū meum, et liberator meus: sperabo in eum. ℣. Persequar inimicos meos, et comprehendā illos: et non cōuertar donec deficiant. Secreta.

Oblationibus quesum⁹ domine placare susceptis: ⁊ ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per dominū. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Dominus regit me, et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me. Postcōmunio.

Ua nos q̄sum⁹ dñe que sumpsim⁹ sancta purificēt: ⁊ operationis sue remedio, te nobis faciāt esse placatum. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Deus qui sperantibus in te misereri potius eligis quā irasci: da nobis digne flere mala que fecimus: vt tue cōsolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum.

¶ Dominica in passiōe domini. Ad missam. Officium.



Iudica me deus ⁊ discerne causam meam de gēte nō sancta: ab homine iniquo ⁊ doloso eripe me: quia tu es deus meus, ⁊ fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua. Ab hac die vsqꝫ ad pascha, nō dicitur Gloria patri, post officium ad missam de tēpore: nisi tātum in die cene quādo episcopus celebrat. Oratio.

Quesumus omnipotens deus familiam tuam propitius respice, vt te largiente regatur in corpore: et te seruāte custodiatur in mēte. Per dominum. Ad hebreos.

Fratres. Christus assistēs pōtifex futurorum bonorū per amplius et perfectius tabernaculū non manu factum, id est non huius creationis: neqꝫ per sanguinem hircorum aut vitulorū: sed per propriū sanguinē introiuit semel in sancta, eterna redemptione inuēta. Si enim sanguis hircorum aut taurorum, et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationē carnis, q̄to magis sanguis christi, qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit cōsciētiam nostrā ab operibus mortuis, ad seruiendū deo viuenti? Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente in redemptionem earū preuaricationū: que erant sub priori testamento, repromissionē accipiant, qui vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu, dño nostro. Gr. Eripe me de inimicis meis, doce me facere voluntatem tuā. ℣. Liberator meus dñe de gētibus iracundis, ab insurgētibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc israel: sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt michi: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi: dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

Secundum Joannem.



viij. F In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorũ: et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare nõ creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo nõ estis. Responderunt igitur iudei, et dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos, quia samaritanus es tu, et demonium habes? Respondit iesus. Ego demoniũ non habeo: sed honorifico patrem meum, et vos inhonorastis me. Ego autẽ non quero gloriam meam: est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, et prophete: et tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit: mortem non gustabit in eternum. Nũquid tu maior es patre nostro abraham, qui mortuus est, et prophete mortui sunt? Quẽ teipsum facis? Respondit iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nichil est. Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis quia deus vester est, et nõ cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum: et sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, et gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, et abraham vidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico vobis: antequam abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerẽt in eum. Iesus autem abscondit se, et exiuit de templo.

Offertorium. Confitebor tibi domine in toto corde meo: retribue seruo tuo vt viuam, et custodiam sermones tuos: viuifica me secundum verbum tuum domine. Ps. cxviij.

Secreta.

Hostias fidelium tuorũ omnipotens deus propitius intuere: et cõcede ne catena seculi captiuos teneat: quos passione filij tui in omnibus liberos esse voluisti. Qui tec. Prefatio quotid. Hac die cãtetur hec cõio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur: hic calix noui testamenti est in meo sanguine, dicit dominus: hoc facite quotiẽscũque sumitis in meam commemorationem. Luc. xxij.

Postcommunio.

Adesto nobis quesumus domine deus noster: et quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende presidijs. Per dominũ nostrum.

Feria secũda post Judica. Offi.



Miserere michi domine quoniam cõculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Ps. lv. Ps. Conculcauerũt me inimici mei tota die: quoniã multi bellantes aduersum me. Non dicitur Gloria patri. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Oratio.

Sanctifica quesumus domine nostra ieiunia: et cunctorum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per.

Lectio Ione prophete. iij.

In diebus illis. Factũ est verbum dñi ad ionam prophetam secundo, dicens. Surge, et vade in niniuẽ ciuitatẽ magnã: et predica in ea predicationẽ quã ego loquar ad te.

Et surrexit ionas: et abijt in niniuē, iuxta verbum dñi. Et niniue erat ciuitas magna:itinere dierum trium. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius, et clamauit et dixit. Adhuc quadraginta dies, et niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite in domino: et predicauerunt ieiunium, et vestiti sunt saccis a maiore vsq3 ad minorem. Et peruenit verbum ad regem niniue. Et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentū suum a se, et indutus est sacco: et sedit in cinere. Et clamauit et dixit in niniue ex ore regis et principum eius, dicēs. Homines et iumenta et boues et pecora non gustent quicq̄ nec pascant: et aquam non bibant. Et operiātur saccis homines: et iumenta clament ad dominū in fortitudine. Et conuertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate que est in manibus eorū. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus: et reuertatur a furore ire sue, et non peribimꝰ? Et vidit deus opera eorū: q2 conuersi sunt de via sua mala. Et misertus est deus super malitiā quā locutus fuerat, vt faceret eis, et nō fecit. Et misertus est populo suo, dñs deus noster. Gr. Deus exaudi orationē meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluū me fac: et in virtute tua libera me. Tractus. Dñe nō secundum. vts feria sexta post Oculi.



Secundum Joannem.

In illo tēpore. Miserunt principes et pharisei ministros, vt apprehenderent iesū. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū tēpus vobiscū sum: et vado ad eum qui misit me. Queretis me, et nō inuenietis: et vbi sum ego, vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: quia nō inueniemus eum? Nūquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: queretis me, et non inuenietis: et vbi sum ego, vos non potestis venire? Innouissimo autem die magno festiuitatis stabat iesus: et clamabat, dicens. Si quis sitit: veniat ad me, et bibat. Qui credit in me: sicut dicit scriptura, flumina de ventre eiꝰ fluēt aque viue. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant: credentes in eum. Offr. Domine cōuertere et eripe animam meā: saluū me fac propter miam tuā. ℣. Domine ne in ira tua arguas me: neq3 in furore tuo corripias me. Secreta.

Sacrificiū laudis de perceptione tuorū dñe deferimus presidiorum: quesumus, vt percipiēda securius veriusq3 sumamꝰ. Per dñm. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Dñs virtutū ipse est rex glorie. Postcōio.

Sacramenti tui quesūmus dñe participatio salutaris: et purificationem nobis prebeat, et medelā. Per dominū. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da quesumus domine populo tuo spiritum veritatis et pacis: vt te tota mente cognoscat: et que tibi placita sunt, pia deuotione exerceat. Per dominum nostrum iesum christū filiū tuū. in vnitate eiusdem.

¶ Feria tertia post Judica. Ad missam. Officium.

ps. xxvj. xpecta dñm viriliter age, et cōfortetur cor tuum: et sustine dominum. Ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Non dicitur Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Nostra tibi quesum⁹ domine sint accepta ieiunia: que nos et expiando gratia tua dignos efficiant, et ad remedia perducāt eterna. Per do. Lectio danielis prophete.

xiiij. C In dieb⁹ illis. Cōgregati sunt babylonij ad regē: et dixerunt ei. Trade nobis danielem qui bel destruxit, et draconem interfecit: alioquin interficiemus te et domū tuam. Vidit ergo rex q irruerēt in eum vehementer: et necessitate compulsus tradidit eis danielem. Qui miserūt eum in lacum leonum: et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem: et dabantur eis quotidie duo corpora, et due oues. Et tunc non data sunt eis: vt deuorarent danielem. Erat autem abacuch propheta in iudea: et ipse coxerat pulmentum, et intriuerat panes in alueolo: et ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitq; angelus domini ad abacuch. Fer prandium quod habes in babylonem danieli, qui est in lacu leonū. Et dixit abacuch. Domine, babylonem non vidi: et lacum nescio. Et apprehendit eū angelus domini in vertice eius: et portauit eum capillo capitis sui, posuitq; eum in babylonē super lacum, in impetu spiritus sui. Et clamauit abacuch, dicēs. Daniel serue dei: tolle prandiū quod tibi misit deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei domine deus meus: et non dereliquisti diligentes te. Surgensq; daniel comedit. Porro, angelus domini restituit abacuch confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo: vt lugeret danielem. Et venit ad lacum et introspexit: et ecce daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magnus es domine deus danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autē qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: et deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuersa terra, deum danielis: q2 ipse est liberator et saluator: faciens signa et mirabilia in celo et in terra. Qui liberauit danielem, de lacu leonum. Gr.

Discerne causam meam dñe: ab homine iniquo et doloso eripe me. V. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerūt et adduxerunt in montem sanctum tuum. ps. [x]lj.



Secundum Joannem.

vij. In illo tpe. Ambulabat iesus i galileā, nō eīn volebat i iudeā ambulare: q2 q̄rebāt eū iudei interficere. Erat aūt i p̄rio dies fest⁹ iudeorū, scenophegia. Dixerūt ergo ad eū fratres ei⁹. Trāsi hic et vade i iudeā: vt et discipuli tui videāt opa tua q̄ facis. Nemo q̄ppe i occulto aliqd facit: et q̄rit ipse in palā esse. Si hec facis: manifesta teipsum mundo. Neq; eīn fratres ei⁹ credebant in eū. Dixit ergo eis iesus. Tēpus meum nōdum

aduenit: tēpus autē vestrū semp est paratum. Non potest mūdus odisse vos, me autē odit: quia ego testimoniū perhibeo de illo, qꝛ opera ei⁹ mala sunt. Vos ascendite ad diē festum hunc: ego autē non ascendā ad diem festū istū, qꝛ tēpus meū nondū impletum est. Hec cum dixisset: ipse mansit in galilea. Ut autem ascenderūt fratres eius, tunc et ipse ascendit ad diē festum: non manifeste sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eum in die festo, et dicebant. Ubi est ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidam enim dicebant quia bonus est: alij autem dicebant, non: sed seducit turbas. Nemo tamē palam loquebatur de illo: propter metū iudeorum. Offr. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuū dñe: quoniam non derelinquis querētes te: psallite dño qui habitat in sion, quoniā non est oblitus orationē pauperum. V⁹. Sedes super thronū qui iudicas equitatē: increpasti gentes et periit impius, iudicare populum eum iustitia, et factus es refugium pauperum. Secreta.

Hostias tibi domine deferim⁹ immolādas, quem tēporalem consolationem nobis impendāt: vt promissa certius non desperem⁹ eterna. Per do. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Redime me deus israel: ex omnibus angustijs meis. Postcōmunio.

Da q̄sumus omps deus, vt que diuina sunt iugiter exequentes, donis mereamur celestibus propinquare. Per do. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Da nobis dñe quesumus perseuerantē in tua voluntate famulatū: vt in diebus nostris ꝛ merito, et numero populus tibi seruiens augeatur. Per dominum nostrum.

¶ Feria.iiij. post Judica. Officium.



Liberator meus de gētibus iracūdis: ab insurgentib⁹ in me exaltabis me, a viro iniquo eripies me domine. Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dñs firmamentum meum et refugium meum. Non dicitur Gloria patri. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio. ps. xvij.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra: et quibus deuotionis prestas affectum: prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per.

Lectio libri Leuitici.

In dieb⁹ illis. Locutus est dominus ad moysen, dicens. Loquere ad vniuersum cetum filiorum israel, et dices ad eos. Ego dñs deus vester. Non facietis furtū: non mentiemini, nec decipiet vnusquisq̄ proximum suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomē dei tui. Ego dñs. Non facies calumniā proximo tuo: nec vi opprimes eum. Nō morabit opus mercenarij tui apud te, vsq̄ mane. Non maledices surdo, nec corā ceco pones offendiculum: sed timebis dñm deum tuum: qꝛ ego sum dñs. Nō facies quod iniquū est, nec iniuste iudicabis. Non cōsideres personā pauperis, nec honores vultū potētis. Juste iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dñs. Non oderis fratrē tuum in corde tuo: sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Non queras vltionem inimicorū, nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Diliges amicū tuum sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus xix. C

ps.xxix. deus vester. Gr. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. V. Domine deus meus clamaui ad te, et sanasti me: domine abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Tractus. De necessitatibus vt supra feria.iiij. post Reminiscere. Secundum Joannem



x. In illo tempore. Facta sunt encenia in hierosolymis, et hyems erat: et ambulabat iesus in templo, in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei, et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es christus, dic nobis palam. Respondit eis iesus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiunt: et ego cognosco eas, et sequuntur me. Et ego vitam eternam do eis, et non peribunt in eternum: et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarent eum. Respondit eis iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis: facis teipsum deum. Respondit eis iesus. Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, et non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, et misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum. Si non facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autem facio, et si michi non vultis credere: operibus credite. Ut cognoscatis et credatis quia pater in me est, et ego in patre. Offer. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me domine. V. Quia ecce captauerunt animam meam: et irruerunt in me fortes. Secreta.

Annue nobis quesumus misericors deus, vt hostias placationis et laudis, sincero tibi deferamus obsequio. Per. Prefa. Qui corporali ieiunio. Cōio. Lauabo inter innocentes manus meas: et circuibo altare tuum domine, vt audiam vocem laudis tue: et enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcommunio.

Celestis doni benedictione percepta supplices te deus omnipotens deprecamur, vt hoc idem nobis et sacramenti causa sit, et salutis. Per dominum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Adueniat quesumus domine misericordia sperata supplicibus: et eis celesti munificentia tribuatur quatenus et recte petenda postulent, et postulata percipiant. Per dominum. ¶ Feria quinta post Judica. Ad missam. Officium.



Omnia que fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, et mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam

nomini tuo, et fac nobiscũ secundum multitudinem misericordie tue. ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ci uitate dei nostri, in monte sancto eius. Non dicitur Gloria patri. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humane per inmoderãtiam sauciata: medicinalis parsimonie studio reformet. Per. Lectio danielis prophete.

In diebus illis. Orauit daniel dicens. Dñe deus israel ne despicias populũ tuum, neq̃ auferas misericordiã tuam a nobis. Propter abraham dilectum tuum, et isaac seruum tuum, et israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicens q̃ multiplicares semen eorum sicut stellas celi, et sicut arenam que est in littore maris. Quia domine imminuti sumus plusq̃ omnes gentes: sumusq̃ humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et nõ est in tempore hoc princeps, et dux, et ppheta: neq̃ holocaustum, neq̃ sacrificium, neq̃ oblatio, neq̃ incensum, neq̃ locus primitiarum coram te: vt possimus inuenire misericordiam tuam, sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut i holocausto arietum et taurorũ: et sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrũ in conspectu tuo hodie: vt placeat tibi, quoniã nõ est cõfusio confidẽtibus in te. Et nunc dñe sequimur te in toto corde: et timemus te, et querimus faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam: et secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: et da gloriam nomini tuo domine, et confundantur oẽs qui ostendunt seruis tuis mala. Confundãtur in oĩpotentia: et robur eorum conteratur. Et sciãt quia tu es dñs deus solus, et gloriosus super omnẽ terrã: dñs deus noster. Grad. Tollite hostias et introite in atria eius, adorate dominum in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dominus condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam. ps.cxv. ps.xxviij.



Secundum Joannem.

In illo tẽpore. Cum audissent quidã de turba sermones iesu dicebant. Hic est vere propheta. Alij dicebant. Hic est christus. Quidã autem dicebãt. Nunquid a galilea christus venit? Nonne scriptura dicit q̃ ex semine dauid, et de bethleem castello vbi erat dauid: venturus est christus? Dissensio itaq̃ facta est in turba: ppter eum. Quidam autem ex ipsis volebãt apprehendere eum: sed nemo misit super illum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos, et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Respõderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid et vos seducti estis? Nunqd aliquis ex principibus credidit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem, maledicti sunt. Dixit nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte: qui vnus erat ex ipsis. Nũquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso: et co- vij. F

gnouerit quid faciat? Responderūt et dixerunt ei. Numqd et tu galileus es? Scrutare scripturas, et vide: qz propheta a galilea non surgit. Et reuersi sunt vnusquisqz in domū suā.

ps.cxxxvj Offert. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur tui sion. V. Memento domine filiorum edom, in die hierusalem. Secreta.

Domine deus noster qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidium cōdidisti, tuo quoqz nomini munera iussisti dicanda cōstitui: tribue quesumus, vt et vite nobis presentis auxiliū, et eternitatis efficiant sacramentum. Per dominum. Prefatio. Qui corporali

ps.cxviij ieiu. Cōio. Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo michi spem dedisti: hec me cōsolata est in humilitate mea. Postcōio.

Quod ore sumpsimus domine, pura mēte capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternū. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Esto quesumus dñe propitius plebi tue: vt que tibi nō placēt respuentes, tuorz potius repleantur delectationibus mandatorz. Per do.

Feria.vj.post Judica. Officium.

ps.xxx. Miserere michi domine quoniam tribulor, libera me et eripe me de manibus inimicorū meorum, et a persequentibus me: domine nō cōfundar qm̄ inuocaui te ps. In te domine speraui nō cōfundar in eternū: in iustitia tua libera me. Non dicit Gloria patri.

Flectamus genua Leuate. Oratio.

Cordibus nostris q̄sumus domine auxilium gratie tue benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibentes, temporaliter potius maceremur q̄ suppliciis deputemur eternis. Per do.

Lectio hieremie prophete.

xvij. In diebus illis. Dixit hieremias. Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur: recedentes a te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentiū dominum. Sana me dñe et sanabor: saluū me fac et saluus ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me. Vbi est verbum domini? Veniat. Et ego nō sum turbatus te pastorē sequēs: et diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit. Nō sis michi tu formidini: spes mea tu i die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, et non cōfundar ego: paueant illi, et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici cōtritione contere eos, domine deus noster. Gr. Pacifice loquebātur michi inimici mei: et in ira molesti erant michi. V. Vidisti domine deus meus ne sileas: ne discedas a me Tractus. Domine non secundum vt supra feria.vj.post Oculi.



Secundum Joannem.

xi. In illo tēpore. Collegerūt pontifices et pharisei cōcilium aduersus iesum, et dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eū sic: omnes credent in eū. Et venient romani: et tollent nostrum locum et gētem. Vnus

aũt ex ipsis caiphas noĩe: cũ esset põtifex anni illi⁹, dixit eis. Uos nescitis qcq̃: nec cogitatis q2 expedit vobĩ vt vn⁹ moriaꝛ hõ ꝑ pplo, ⁊ nõ tota gẽs pereat. Hoc aũt a semetipso nõ dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quia iesus moriturus erat pro gente. Et non tãtum pro gente: sed vt filios dei qui erãt dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die, cogitauerunt vt interficerent eũ. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: s3 abijt in regionẽ iuxta desertum, in ciuitatem que dicitur effrem. Et ibi morabatur, cũ discipulis suis. Offꝫ. Bñdictus es dñe do-
viij. ce me iustificationes tuas: ⁊ non tradas calũniãtibus me superbis: et respondebo exprobrãtibus michi verbũ. V⁹. Uidi non seruantes pactum et tabescebam: dñe quãdo facies de persequentibus me iudicium. Secreta.

Presta nobis quesumus misericors deus: vt digne tuis seruire semp altarib⁹ mereamur: ⁊ eoꝝ ꝑpetua participatiõe saluari. p. Pre-
xvj. fa. Qui corꝑ. Cõio. Ne tradideris me dñe in aĩas ꝑsequẽtiũ me: q2 isurrexerũt i me testes iniq̃, ⁊ mẽtita est iniq̃tas sibi. Postcõio

Sumpti sacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semper a nobis cũcta repellat. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Concede nobis q̃s dñe veniam pctõꝝ, ⁊ religionis augmẽtũ: atq3 vt i nobis tua dona multiplices tuis fac mãdatis promptiores. Per.

¶ Sabbato post Officium.

Miserere michi domine quoniam tribulor, libera me ⁊ eripe me de manibus inimicorũ meorũ et a persequentibus me: domine nõ cõfundar qm̃ inuocaui te. Ps. In te domine speraui non cõfundar in eternũ: in iustitia tua libera me. Non dicit Gloria patri. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Proficiat quesum⁹ dñe plebs tibi dicata pie deuotiõis affectu: vt sacris actionib⁹ erudita quãto maiestati tue fit gratior, tãto donis potioribus augeatur. Per dñm.

Lectio Hieremie prophete.

In diebus illis. Dixerũt impij xviij. C
iudei adinuicem. Uenite, cogitemus contra iustum cogitationes. Non eni peribit lex a sacerdote, neq3 consilium a sapiente, nec sermo a propheta. Uenite et percutiamus eũ lingua: et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me: et audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum, q2 foderunt foueã anime mee. Recordare q᷑ steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem: et deduc eos in manus gladij. Fiãt vxores eorum absq3 liberis et vidue: et viri earum interficiãtur morte. Juuenes eorum confodiãtur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueã vt caperẽt me, ⁊ laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum aduersum me: in mortẽ. Ne propitieris iniquitati eorum: et peccatũ eorũ a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui, domine deus meus. Ps. xxxiiii
Grad. Pacifice loquebantur michi inimici mei: et in ira molesti erant michi. Vsus. Uidisti domine deus meus ne sileas: ne discedas a me. Secundum Joannem.

gnouerit quid faciat? Responderūt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare scripturas, et vide: quia propheta a galilea non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domū suā.

ps.cxxxvj Offert. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur tui sion. V. Memento domine filiorum edom, in die hierusalem. Secreta.

Domine de⁹ noster qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidium cōdidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicanda cōstitui: tribue quesumus, vt et vite nobis presentis auxiliū, et eternitatis efficiant sacramentum. Per dominum. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio.

ps.cxviij Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo michi spem dedisti: hec me cōsolata est in humilitate mea. Postcōio.

Quod ore sumpsimus domine, pura mēte capiam⁹: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternū. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Esto quesumus dn̄e propitius plebi tue: vt que tibi nō placēt respuentes, tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per do.

¶ Feria.vj.post Judica. Officium.

ps.xxx. 
Miserere michi domine quoniam tribulor, libera me et eripe me de manibus inimicorū meorum, et a persequentibus me: domine nō cōfundar qm̄ inuocaui te psal. In te domine speraui nō cōfundar in eternū: in iustitia tua libera me. Non dicit Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Cordibus nostris q̄sumus domine auxilium gratie tue benign⁹ infunde: vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibentes, temporaliter potius maceremur q̄ suppliciis deputemur eternis. Per do.

Lectio Hieremie prophete.

In dieb⁹ illis. Dixit hieremias. Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur: recedentes a te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentiū dominum. Sana me dn̄e et sanabor: saluū me fac et saluus ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me. Ubi est verbum domini? Ueniat. Et ego nō sum turbatus te pastorē sequēs: et diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit. Nō sis michi tu formidini: spes mea tu ī die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, et non cōfundar ego: paueant illi, et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici cōtritione contere eos, domine deus noster. Gr. Pacifice loquebātur michi inimici mei: et in ira molesti erant micht. V. Vidisti domine deus me⁹ ne sileas: ne discedas a me Tractus. Domine non secundum vt supra feria.vj.post Oculi.



Secundum Joannem.

In illo tēpore. Collegerūt pontifices et pharisei cōcilium aduersus iesum, et dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eū sic: omnes credent in eū. Et venient romani: et tollent nostrum locum et gētem. Unus

aũt ex ipsis caiphas noĩe: cũ esset põtifex anni illi⁹, dixit eis. Uos nescitis quicq̃: nec cogitatis q2 expedit vob) vt vn⁹ moriat hõ p pplo, ⁊ nõ tota gẽs pereat. Hoc aũt a semetipso nõ dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quia iesus moriturus erat pro gente. Et non tãtum pro gente: sed vt filios dei qui erãt dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die, cogitauerunt vt interficerent eũ. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: s3 abijt in regionẽ iuxta desertum, in ciuitatem que dicitur effrem. Et ibi morabatur, cũ discipulis suis. Offer. Bñdictus es dñe do-
xviij. ce me iustificationes tuas: ⁊ non tradas calũniãtibus me superbis: et respondebo exprobrãtibus michi verbũ. ℣. Uidi non seruantes pactum et tabescebam: dñe quãdo facies de persequentibus me iudicium. Secreta.

PResta nobis quesumus misericors deus: vt digne tuis seruire semp altarib⁹ mereamur: ⁊ eorũ ppetua participatiõe saluari. p. Pre-
xvj. fa. Qui cor. Cõio. Ne tradideris me dñe in aĩas psequẽtiũ me: q2 insurrexerũt i me testes iniq̃, ⁊ mẽtita est iniq̃tas sibi. Postcõio

SUmpti sacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semper a nobis cũcta repellat. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

COncede nobis q̃s dñe veniam pctõr, ⁊ religionis augmẽtũ: atq3 vt i nobis tua dona multiplices tuis fac mãdatis promptiores. Per.

¶ Sabbato post. Officium.
xxx. MIserere michi domie quoniam tribulor, libera me ⁊ eripe me de manibus inimicorũ meorũ et a persequentibus me: domine nõ cõfundar qm̃ inuocaui te. ps. In te domine speraui non cõfundar in eternũ: in iusticia tua libera me. Non dicit Gloria patri. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PRoficiat quesum⁹ dñe plebs tibi dicata pie deuotiõis affectu: vt sacris actionib⁹ erudita quãto maiestati tue fit gratior, tãto donis potioribus augeatur. Per dñm.

Lectio hieremie prophete.

IN diebus illis. Dixerũt impij xviij. C.
iudei adinuicem. Uenite, cogitemus contra iustum cogitationes. Non enĩ peribit lex a sacerdote, neq3 consilium a sapiente, nec sermo a propheta. Uenite et percutiamus eũ lingua: et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me: et audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum, q2 foderunt foueã anime mee: Recordare q̃ steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem: et deduc eos in manus gladij. Fiãt vxores eorum absq3 liberis et vidue: et viri earum interficiãtur morte. Juuenes eorum confodiãtur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueã vt caperẽt me, ⁊ laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum aduersum me: in mortẽ. Ne propitieris iniquitati eorum: et peccatũ eorũ a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui, domine deus meus. ps. xxxiiii
Grad. Pacifice loquebantur michi inimici mei: et in ira molesti erant michi. ℣sus. Uidisti domine deus meus ne sileas: ne discedas a me. Secundum Joannem.



vj. F IN illo tempore. Dixit iesus di-
scipulis suis, et turbis iudeorum.
Amen amen dico vobis, nisi mandu
caueritis carnem filij hominis: et bi
beritis eius sanguinem: non habebi
tis vitam in vobis. Qui manducat
meam carnem, et bibit meum sangui
nem: habet vitam eternã. Et ego re-
suscitabo eum, in nouissimo die. Ca-
ro enim mea vere est cibus: et sanguis
meus vere est potus. Qui manducat
meam carnem, et bibit meum sangui
nẽ: in me manet et ego in illo. Sicut
misit me viuẽs pater: et ego viuo pro
pter patrem. Et qui manducat me, et
ipse viuet propter me. Hic est panis q
de celo descendit. Non sicut mandu-
cauerunt patres vestri manna in de-
serto: et mortui sunt. Qui manducat
hunc panem: viuet in eternũ. Hec di-
xit in synagoga: docens sabbato in
capharnaum. Multi autem audien
tes ex discipulis eius, dixerunt. Du-
rus est hic sermo. Quis potest eũ au-
dire? Sciens autẽ iesus apud semet-
ipsum, quia murmurarent de hoc di
scipuli eius, dixit eis. Hoc vos scãda-
lizat. Si ergo videritis filium homi
nis ascendentem vbi erat prius: spi-
ritus est qui viuificat, caro non pro-
dest quicq̃. Verba q̃ ego locutus sum
vobis, spiritus et vita sunt. Sed sunt
quidam ex vobis, qui non credunt.
Sciebat autem ab initio iesus qui es
sent credẽtes: et quis traditurus esset
eũ, et dicebat. Propterea dixi vobis:
quia nemo potest venire ad me, nisi
fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc
ergo multi discipulorum eius abie-
runt retro: et iam nõ cum illo ambu-
labãt. Dixit ergo iesus ad duodeci.
Nũquid et vos vultis abire? Respõ
dit ergo ei simon petrus. Domine, ad
quem ibimus? Verba vite eterne ha
bes. Et nos credimus, et cognouimus:
quia tu es christus filius dei. Respõ-
dit eis iesus. Nonne ego vos duode-
cim elegi: et vnus ex vobis diabolus
est? Dicebat autem de iuda simonis
scariothis. Hic enim erat traditurus
eũ: cũ esset vnus ex duodecim. Offer.
Recordare q steterim in cõspectu tuo: vt lo- p̄.lxxi
querer pro eis bonũ: et auerterẽ indignatio-
nem tuam ab eis. V. Qui regis israel inten-
de: qui deducis velut ouẽ ioseph. Secreta.
SUscipe creator omnĩs que ieiu
nantes de tue munificẽtie lar
gitate deferimus, et pro tẽporali no-
bis collata presidio: ad vitam cõuer
te ppitiatus eternam. Per dominũ.
Prefat. Qui corporali ieiu. Cõio. Ne ps.xx
tradideris me dñe in animas persequẽtium
me: quia insurrexerunt in me testes iniqui, et
mentita est iniquitas sibi. Postcõmunio.
DIuini muneris largitate sa-
tiati, q̃sumus dñe deus noster:
vt huius semp participatione viua-
mus. Per do. Super populum. Hu-
miliate capita vestra deo. Oratio.
TUeatur quesumus dextera
tua populum deprecantem:
et purificatum dignãter erudiat: vt
et consolatione presenti foueatur: et
ad futura bona proficiat. Per dñm.
¶ Dominica in ramis palmarum:
post aspersionẽ aque benedicte lega-
tur hec lectio ad gradum altaris ex
parte australi ab acolyto alba induto
super flores et frondes cũ suo titulo.

Lectio libri Exodi.

In diebus illis. Venerunt filij israel in helim: vbi erãt fontes aquarum duodecim: et septuaginta palme, et castrametati sunt iuxta aquas. Profectiq3 sunt de helim, et venit omnis multitudo filiorum israel in desertum sin, quod est inter helim et sinai: quintodecimo die mensis secundi postq̃ egressi sunt de terra egypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorũ israel contra moysen et aaron, in solitudine. Dixeruntq3 filij israel ad eos. Utinã mortui essemus per manum domini in terra egypti: quando sedebamus super ollas carnium: et comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnẽ multitudinem fame? Dixit autem dominus ad moysen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur populus, et colligat que sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrũ ambulet in lege mea, an nõ. Die autem sexto parent quod inferant: et sit duplum q̃ colligere solebant per singulos dies. Dixerũtq3 moyses et aaron, ad omnes filios israel. Vespere scietis q̃ dominus eduxerit vos de terra egypti: et mane videbitis gloriam domini. Audiuit enim murmur vestrum: contra dominum. Nos vero quid sumus: quia mussitastis cõtra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dominus vespe carnes edere: et mane panes in saturitate: eo q̃ audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis cõtra eum. Nos enim quid sumus? Nec cõtra nos est murmur vestrum: sed contra dominum. Dixitq3 moyses ad aaron. Dic vniuerse congregationi filiorum israel. Accedite coram domino: audiuit enim murmur vestrũ. Cumq3 loqueretur aaron ad omnem cetum filiorum israel: respexerũt ad solitudinẽ. Et ecce gloria domini apparuit in nube.

¶ Statimq3 sequatur euangelium: et legatur vbi leguntur euangelia in ferialibus diebus a diacono ad orientẽ conuerso, more simplicis festi post acceptam benedictionem.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Turba multa que conuenerat ad diem festum: cum audissent quia venit iesus hierosolymã: acceperunt ramos palmarum, et processerunt obuiam ei, et clamabãt. Osanna: benedictus qui venit in nomine domini, rex israel. Et inuenit iesus asellũ, et sedit super eum: sicut scriptum est. Noli timere filia sion, ecce rex tuus venit tibi mãsuetus: sedens super pullum asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quãdo glorificatus est iesus, tunc recordati sunt q̃ hec erãt scripta de eo, et hec fecerunt ei. Testimoniũ ergo perhibebat turba que erat cum eo: quando lazarum vocauit de monumento: et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiã venit ei turba: q̃ audierãt eum fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis q̃ nichil pficimus. Ecce mundus totus, post eum abijt. xij.B

¶ Finito euãg. sequatur benedictio florum et frondium a sacerd. induto

cappa serica rubea super gradū ter-
tiū altaris ad australē conuersO:po-
sitis prius palmis cum floꝛibus su-
pra altare pro clericis:pro alijs vero
sup gradū altaris in parte australi.

Exoꝛcizo te creatura floꝛum vel
frōdium:in nomine dei patris
omnipotentis:et in nomine iesu chri
sti filij eius domini nostri,et in virtu
te spiritussancti. Proinde omnis vir-
tus aduersarij,omnis exercitus dia-
boli,omnisqꝫ potestas inimici, omnis
incursio demonum: eradicare et ex-
plantare ab hac creatura floꝛum vel
frondium:vt ad dei gratiā festinan-
tium: vestigia insidiando non asse-
quaris. Per eum qui venturus est iu
dicare viuos et moꝛtuos et seculum
per ignem. ℟. Amen. Deinde dicun-
tur oꝛationes sine Domin⁹ vobiscū.
sed tantum cum Oꝛemus. Oꝛatio.

Omnipotens sempiterne deus,
qui in diluuij effusione noe fa-
mulo tuo per os columbe gestantis
ramū oliue pacem terris redditam
nunciasti: te supplices depꝛecamur
vt hāc creaturam floꝛum et frondiū
spatulasqꝫ palmarum seu frōdes ar
boꝛum quas ante cōspectum gloꝛie
tue offerimus:veritas tua sancti ✠
ficet:vt deuotus populus in manib⁹
eas suscipiens,benedictiōis tue gra-
tiam consequi mereatur. Per chri-
stum. Et dicuntur omnes oꝛationes
sub tono lectionis, et cum Oꝛemus.

Deus cuius fili⁹ pro salute ge-
neris humani de celo descēdit
ad terras: et approꝑinquante hoꝛa
passiōis sue hierosolymam in asino
sedens venire: et a turbis rex appel-
lari ac laudari voluit:auge fidem in
te sperantium: et supplicum pꝛeces
clemēter exaudi. Ueniat quesumus
super nos domine misericoꝛdia tua:
et hos palmarum ceterarumqꝫ arbo
rum ramos bene ✠ dicere dignare:
vt omnes qui eos laturi sunt,benedi
ctionis tue dono repleantur. Conce-
de ergo domine,vt sicut hebꝛeoꝝ pue
ri osanna in excelsis clamantes eidē
filio tuo dño nr̄o iesu christo cum ra-
mis palmarū occurrerūt:ita nos ar
boꝝ ramos gestātes:cū bonis operi-
bus occurram⁹ obuiā christo:et pue-
niamus ad gaudiū sempiternū. Per
eundē chꝛistū dñm nostrum. Oꝛatio.

Deus q̄ dispersa congregas,et
cōgregata conseruas:qui po
pulis obuiā christo iesu ramos pal-
marum poꝛtantibus benedixisti:be-
ne ✠ dic etiā et hos ramos palmaꝝ
ceterarumqꝫ arboꝛū,quos tui famu-
li ad nominis tui benedictionē fide-
liter suscipiūt:vt in quencūqꝫ locum
introducti fuerint,tuam benedictio-
nem habitatoꝛes illius loci oēs con-
sequantur:ita vt omni aduersa vali
tudine effugata,dextera tua ꝓtegat
quos redemit. Per eūdem dominū.
Hic aspergant floꝛes et frōdes aqua
benedicta,et thurificētur. Deinde dꝛ
Dñs vobiscum et Oꝛemus. Oꝛatio.

Domine iesu chꝛiste fili dei vi-
ui,mundi cōditoꝛ et redēptoꝛ:
qui nostre liberationis et saluatiōis
gratia ex summa celi arce descēdere,
carnem sumere, et passionem subire
dignatus es:quiqꝫ sponte pꝛopꝛia lo
co eiusdē passionis appꝛopinquans
a turbis cum ramis palmarum ob-
uiantibus benedici,laudari,⁊ rex be
nedictus qui venit in nomine dñi ve
niens clara voce appellari voluisti,
tu nūc nostre confessionis laudatio-
nem acceptare:et hos palmarum ce-
terarūqꝫ arboꝛum ac floꝛum ramos
bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare di-
gneris: vt quicunqꝫ in tue virtutis

obsequio exinde aliquid tulerit: celesti benedictione sanctificatus peccatorum remissionẽ, et vite eterne premia percipere mereatur. Per te iesu christe saluator mundi: qui cũ patre et spiritu sancto viuis & regnas de⁹ per omnia secula seculorũ. Rx. Amen. His ita peractis: statim distribuant palme: et interim cantẽtur he sequẽtes antiphone, cãtore incipiente ãn. Pueri hebreorum tollentes. Alia ãn. Pueri hebreorum vestimenta. Dũ distribuũt rami: preparetur feretrum cum reliquijs: in quo corpus christi in pixide dependeat: et ad locum prime stationis a duobus clericis de secunda forma nõ proced. sequẽdo: sed ad locum prime stationis obuiam veniẽdo: habitu non mutato: lumẽ deferatur in laterna precedente, cum cruce denudata: et duobus vexillis precedentibus. Deinde eat processio vsq ad locum prime statiõis. Sintq ministri processionis albis circũamicti, absq tunicis vel casulis induti: ita tamen q sacerdos sit in cappa serica rubea: choro itaq sequente habitu non mutato. In eundo ãn. Prima autem ãn. Cum appropinquaret. Si autem non sufficiãt due ãne predicte vsq ad locum prime stationis: tunc sequãtur he ãne: scilz ãn. Cũ audisset ãn. Ante sex. ãn. Ante sex dies passiõis. Hic fiat prima statio: videlicet ex parte ecclie borealis in extrema parte orientali: et legatur hoc euang. Cũ appropinquasset iesus. Require hoc euange. in prima do. aduentus dñi: et legatur ab ipso diacono induto ad proces. non iuxta crucem, sed ante sacerd. loco parũper secus stationẽ illi⁹ diaconi mutato. Etiam ipso diacono ad borealem cõuerso: et legatur sicut in festo simplici, ix. lec. bñdictione prius accepta more solito. Finito euangel. tres clerici de secunda forma, habitu non mutato, conuersi ad populum stantes ante magnam crucem ex parte occidentali, simul cãtent v. En rex venit. Post singulos vero v. executor officij incipiat ãnam Salue. conuersus ad reliquias: quã prosequatur chorus cum genuflexione, osculando terram. Ab ipso aũt executore officij, primo cum choro fiat genuflexio. Clerici ante reliquias. v⁹. En rex. Senior. ãn. Salue quem. Chorus resurgendo prosequat Testatur. Item clerici ante reliquias loco non mutato dicãt v. Hic est qui de edom. Item senior loco non mutato, dicat v. Salue lux mũdi. Chorus resurgendo prosequatur Rex regum. Item clerici ante reliquias loco non mutato, dicant v. Hic est ille. Item senior loco non mutato, dicat ãn. Salue nostra salus. Chorus resurgendo prosequat Pax vera. Deinde eat processio ad locum secunde stationis: & feretrũ cum capsula reliquiarum pariter cum luce in laterna inter subdia. & thuribu. deferatur, cum vexillis ex vtraq parte: cantore incipiẽte ãn. Dignus es dñe. ãn. Occurrunt turbe. Si aũt nõ sufficiant he due ãne ad locũ secunde stationis: tunc cantentur hec duo Rx, vel vnum eorũ. Rx. Dominus iesus. v⁹. Conuenerunt. Rx. Cogitauerũt. v. Testimonium. Hic fiat secunda statio: videlicet ex parte ecclesie australi vbi septem pueri in loco eminentiori simul cantẽt v. Gloria laus. Chorus idẽ repetat post vnũquenq v. Israel es tu rex. v⁹. Cetus in excelsis. v⁹. Plebs hebrea. Peracta hac statione eat processio p mediũ claustri a dextera manu vsq ad ostium ecclesie occidẽtale, cãtãdo Rx. Collegerunt. Hic fiat tertia statio: scilz ante predictum ostium, vbi tres cle-

rici de superiori gradu in ipso ostio, habitu non mutato: conuersi ad populum cantent vs. Unus autem. Repet. Ne forte. His finitis intrent ecclesiam per idem ostiũ sub feretro ⁊ capsula reliquiarum ex trãsuerso ostij eleuata cantando ℟. Ingrediente dño. Hic fiat quarta statio: scʒ ante crucẽ in ecclesia: ⁊ in ipsa statione executor officij incipiat ãn. Aue. cruce iã discooperta: et respõdeat chorꝰ. Rex noster. cum genuflexione osculãdo terram: et sic incipiat senior ãn. ter: singulis vicibus vocem exaltando: vna cum choro fiat genuflexio: ⁊ post tertiam inceptionem, chorus eandem ãn. in ipsa statione stãdo prosequat. Qua finita intrẽt chorum. Omnes cruces per ecclesiã sint discooperte vsqʒ post vesp. In introitu chori ℟. Circundederunt me. ℣. Eripe me. ℟. Et ab insurgentibus. Oratio. Omnipotens sempiterne deus. Peractis que ad processionem pertinent. Officium.

ps. xxi. Omine ne longe facias auxiliũ tuum a me: ad defensionẽ meam aspice: libera me de ore leonis, ⁊ a cornibus vnicorniũ humilitatem meã. ps. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti. Non dicitur Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum saluatorem nostrum carnẽ sumere, et crucem subire fecisti: concede propitius, vt et patiẽtie ipsiꝰ habere documẽta, et resurrectionis eiꝰ cõsortia mereamur. Per eũdẽ do. Ad philippenses.

ij. A Fratres. Hoc sentite in vobis: quod et in christo iesu. Qui cũ in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominũ factus: et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum: factus obediens vsqʒ ad mortem, mortẽ autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomẽ quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium ⁊ infernorum. Et omnis lingua cõfiteatur: quia dominus noster iesus xp̃s, in gloria est dei pr̃is.

Gr. Tenuisti manũ dexterã meam: ⁊ in voluntate tua deduxisti me: et cũ gloria assumpsisti me. ℣. Quam bonus israel deus rectis corde: mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui in peccatoribus: pacem peccatorum videns. ps. lxxii.

Chorus alternatim dicat tractum.

Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti. ℣. Longe a salute mea: verba delictorum meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: et nocte, et non ad insipientiam michi. ℣. Tu autem in sancto habitas, laus israel: in te sperauerunt patres nostri, sperauerunt et liberasti eos. Vsus. Ad te clamauerunt, et salui facti sunt: in te sperauerunt, et non sunt confusi. ℣. Ego autem sum vermis et nõ homo: opprobrium hominum, et abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbant me aspernabãtur me, locuti sunt labijs, et mouerũt caput. ℣. Sperauit in domino eripiat eum, saluum faciat eum quoniam vult eum. ℣. Ipsi vero considerauerunt ⁊ conspexerũt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. ℣. Libera me de ore leonis, et a cornibus vnicornium humilitatem meam. ℣. Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum semen iacob magnificate eum. ℣. Annunciabitur domino generatio ventura, et annunciabunt celi iustitiam eius. ℣. Populo qui nascetur quem fecit dominus. ps. xxi.

¶ Sequitur passio. Et est notādum q̄ triplici voce debet cantari aut pronūciari: scz voce alta, bassa, et media. Quia oīa que in passione continent: aut verba sunt iudeorū vel discipulorum, aut verba sunt christi, aut euangeliste narrātis. Quare scire debes q̄ vbi a literā inuenies, verba esse iudeorum vel discipulorū: que alta voce sunt proferenda. Ubi vero b inuenies, verba sunt christi: que bassa voce pronunciāda sunt. Ubi vero m inuenies, verba sunt euāgeliste: que mediocri voce legenda aut cantāda sunt: et hec omnia in alijs passionibus obserua. Sic incipe. m Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo.



¶ Passio dn̄i nr̄i iesu christi, secundū Mattheū. Nō dicit Gloria tibi dn̄e.

Dns. A In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. b. Scitis quia post biduum pascha fiet: et filius hominis tradet. m. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur caiphas: et consilium fecerūt vt iesum dolo tenerēt, et occiderent. Dicebant autē. a. Non in die festo. m. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum aūt esset iesus in bethania, in domo simonis leprosi: accessit ad eum mulier habēs alabastrum vnguenti preciosi: et effudit super caput ipsius recumbentis. Uidētes autem discipuli: indignati sunt, dicentes. a. Ut quid perditio hec? Potuit enim istud venundari multo, et dari pauperibus. m. Sciēs autem iesus, ait illis. b. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonū operata est in me. Nā semper pauperes habetis vobiscum: me autē nō semper habebitis. Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendū me fecit. Amen dico vobis: vbicūqz predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo: dicet et quod hec fecit in memoriam eius. m. Tūc abijt vnus de duodecim, qui dicebat iudas scarioth, ad principes sacerdotum, et ait illis. a. Quid vultis michi dare, et ego vobis eum tradam? m. At illi constituerūt ei triginta argēteos: et exinde querebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad iesum, dicētes. a. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? m. At iesus dixit. b. Ite in ciuitatem ad quēdam et dicite ei. Magister dicit. Tēpus meū prope est: apud te facio pascha cū discipulis meis. m. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis iesus: et parauerūt pascha. Uespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis: et edentibus illis dixit. b. Amē dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. m. Et contristati valde:



ceperunt singuli dicere. a. Nunquid
ego sum domine? m. At ipse respon-
dens, ait. b. Qui intingit mecum ma
num in paropside: hic me tradet. Fi-
lius quidē hominis vadit, sicut scri-
ptum est de illo. Ve autē homini illi,
per quem filius hominis tradet. Bo
nū erat ei si natus non fuisset homo
ille. m. Respondēs autem iudas qui
tradidit eum, dixit. a. Nunquid ego
sum rabbi? m. Ait illi. b. Tu dixisti.
m. Cenantibus autem eis, accepit ie-
sus panem: et benedixit ac fregit, de-
ditq3 discipulis suis, et ait. b. Accipite
et comedite: hoc est corpus meum. m.
Et accipiens calicem, gratias egit, &
dedit illis, dicēs. b. Bibite ex hoc om
nes. Hic est enim sanguis meus noui
testamenti: qui pro multis effundet
in remissionem peccatorum. Dico autē
vobis: non bibam amodo de hoc ge-
nimine vitis, vsq3 in diem illum cum
illud bibam vobiscum nouum in re-
gno patris mei. m. Et hymno dicto:
exierunt in mōtem oliueti. Tunc di-
xit illis iesus. b. Omnes vos scanda-
lū patiemini i me, in ista nocte. Scri-
ptum est enim. Percutiam pastorē: &
dispergētur oues gregis. Postq̄ au-
tem resurrexero: precedā vos in gali
leam. m. Respondēs autem petrus,
ait illi. a. Et si omnes scādalizati fue-
rint in te: ego nunq̄ scādalizabor. m.
Ait illi iesus. b. Amen dico tibi: quia
in hac nocte anteq̄ gallus cantet, ter



me negabis. m. Ait illi petrus. a. Etiā
si oportuerit me mori tecū, non te ne-
gabo. m. Similiter & omnes discipuli
dixerūt. Tunc venit iesus cum illis
in villam que dicitur gethsemani: et
dixit discipulis suis. b. Sedete hic: do-
nec vadā illuc, et orem. m. Et assum-
pto petro, et duobus filijs zebedei: ce-
pit contristari et mestus esse. Tunc
ait illis. b. Tristis est aīa mea vsq3
ad mortem. Sustinete hic: & vigilate
mecum. m. Et progressus pusillum
procidit in faciem suam, orans et di-
cens. b. Pater mi, si possibile est: trās-
eat a me calix iste. Veruntamen non
sicut ego volo: sed sicut tu vis. m. Et
venit ad discipulos suos: et inuenit
eos dormientes. Et dixit petro sic. b.
Non potuisti vna hora vigilare me-
cum? Vigilate et orate, vt non intre-
tis in tentationem. Spiritus quidē
promptus est: caro autē infirma. m.
Iterum secūdo abijt et orauit, dicēs.
b. Pater mi, si non potest hic calix
trāsire nisi bibā illum: fiat volun-
tas tua. m. Et venit iterū, et inuenit
eos dormiētes: erant enim oculi eo-
rum grauati. Et relictis illis iterum
abijt: & orauit tertio, eundem sermo-
nem, dicens. Tunc venit ad discipu-
los suos, et dixit illis. b. Dormite iā,
et requiescite. Ecce appropinquabit ho
ra: et filius hominis tradetur in ma
nus peccatorum. Surgite, eamus: ecce
appropinquabit qui me tradet. m.



Adhuc eo loquente, ecce iudas vnus de duodecim venit: et cum eo turba multa cum gladijs et fustibus, missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eũ: dedit illis signũ, dicens. a. Quencũq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum. m. Et confestim accedens ad iesum, dixit. a. Aue rabbi. m. Et osculatus est eum. Dixit illi iesus. b. Amice, ad quid venisti? m. Tunc accesserunt, et manus iniecerunt in iesum: et tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his q̃ erãt cum iesu extendens manum, exemit gladium suum: et percutiẽs seruum principis sacerdotũ, amputauit auriculam eius dextram. Tunc ait illi iesus. b. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribũt. An putas quia non possum rogare patrem meum: et exhibebit michi modo pluſq̃ duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebũtur scripture quia sic oportet fieri. m. In illa hora dixit iesus turbis. b. Tanq̃ ad latronem existis cum gladijs ⁊ fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebã, docens in templo: et non me tenuistis. m. Hoc autem totum factum est: vt adimplerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo, fugerunt. At illi tenentes iesum, duxerunt ad caipham principẽ sacerdotum: vbi scribe et seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe, vsq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem. Principes autem sacerdotum, et omne concilium querebant falsum testimonium contra iesum: vt eum morti traderẽt. Et non inuenerunt: cũ multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt. a. Hic dixit. Possum destruere templũ dei: ⁊ post triduum reedificare illud. m. Et surgẽs princeps sacerdotum, ait illi. a. Nichil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? m. Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. a. Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis si tu es christus filius dei viui. m. Dixit illi iesus. b. Tu dixisti. Ueruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei, et venientem in nubibus celi. m. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens. a. Blasphemauit: quid adhuc egemus testibꝰ? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videt᷑? m. At illi respondẽtes dixerũt. a. Reus est mortis. m. Tunc expuerũt in faciẽ eius: et colaphis eũ ceciderũt. Alij autẽ palmas in faciem eius dederunt, dicentes. a. Prophetiza nobis christe: q̃s est q̃ te percussit? m. Petrus aũt sedebat foris in atrio. Et accessit ad eũ vna ancilla, dicẽs. a. Et tu cũ iesu galileo eras. m. At ille negauit corã omnibus, dicens. a. Nescio quid dicis. m. Exeũte autẽ illo ianuã, vidit eum alia ancilla, et ait his qui erant ibi. a. Et hic cũ iesu nazareno erat. m. Et iterum negauit cum iuramẽto: quia non noui hominẽ. Et post pusillum accesserũt

qui ibi stabant: et dixerunt petro. a. Uere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. m. Tũc cepit detestari, et iurare: quia nõ nouisset hominem. Et cõtinuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̃ gall⁹ cantet, ter me negabis. Et egressus foras: fleuit amare. Mane autem fa-



cto consilium inierunt omnes principes sacerdotũ, et seniores populi aduersus iesum: vt eũ morti traderent. Et vinctũ adduxerunt eum: ꝛ tradiderunt pontio pilato presidi. Tunc videns iudas qui eũ tradidit q̃ damnatus esset: penitentia ductus, retulit triginta argẽteos principibus sacerdotũ et senioribus populi, dicens. a. Peccaui, tradens sanguinem iustum. m. At illi dixerunt. a. Quid ad nos? Tu videris. m. Et proiectis argenteis in templo, recessit: et abiens laqueo se suspẽdit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt. a. Non licet eos mittere in corbanam: quia precium sanguinis est. m. Consilio autem inito emerunt ex eis agrum figuli: in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach, hoc est ager sanguinis, vsq; in hodiernum diem. Tũc impletũ est quod dictum est per hieremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos, preciũ appreciati quẽ appreciauerunt a filijs israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit michi dñs. Jesus autem stetit ante presidem: ꝛ interrogauit eum preses, dicens. a. Tu es rex iudeorum? m. Dixit illi iesus. b. Tu dicis. m. Et cũ accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nichil respondit. Tũc dixit illi pilatus. a. Non audis quãta aduersum te dicũt testimonia? m. Et non respõdit ei ad vllum verbũ: ita vt miraretur preses vehementer. Per diem autem solẽnem, consueuerat preses dimittere populo vnum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctum insignẽ, qui dicebatur barabbas: qui ꝓpter homicidiũ missus fuerat in carcerẽ. Congregatis ergo illis, dixit pilat⁹. a. Quem vultis dimittam vobis barabbã, an iesum qui dicit christus? m. Sciebat enim q̃ per inuidiã tradidissent eum. Sedente autem illo ꝓ tribunali: misit ad eum vxor eius, dicens. a. Nichil tibi, et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. m. Principes autem sacerdotum et seniores persuaserũt populis vt peterent barabbam: iesum vero perderẽt. Respondẽs autẽ preses, ait illis. a. Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? m. At illi dixerunt. a. Barabbam. m. Dixit illis pilat⁹. a. Quid igitur faciam de iesu qui dicitur christus? m. Dicunt omnes. a. Crucifigatur. m. Ait illis preses. a. Quid enim mali fecit? m. At illi magis clamabãt, dicentes. a. Crucifigatur. m. Uidens autẽ pilatus quia nichil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus suas coram populo, dicens. a. Innocẽs ego sum a sanguine iusti huius:





vos videritis. m. Et respondēs universus ppl's, dixit. a. Sāguis eius super nos: & super filios nr̄os. m. Tūc dimisit illis barabbā: iesum autē flagellatū tradidit eis: vt crucifigeret. Tunc milites presidis suscipiētes iesum in pretorium: congregauerunt ad eum vniuersam cohortē. Et exuētes eum: chlamydē coccineā circūdederunt ei. Et plectētes, coronā de spinis posuerūt sup caput eius: & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum illudebāt ei, dicētes. a. Aue rex iudeorū. m. Et expuentes in eum: acceperunt arundinē, et percutiebāt caput ei'. Et postq̄ illuserunt ei: exuerunt eum chlamyde, et induerunt eū vestimētis eius, et duxerunt eum vt crucifigerēt. Exeuntes autē, inuenerūt hominē cyreneum, noīe simonē: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locū q̄ dicit golgotha: qd̄ est caluarie loc'. Et dederūt ei vinum bibere cum felle mixtum: et cum gustasset, noluit bibere. Postq̄ autē crucifixerunt eum: diuiserunt vestimenta eius, sortē mittentes. Ut impleret qd̄ dictum est per p̄phetā, dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius: causam ipsius scriptā. Hic est iesus rex iudeorū. Tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones: vnus a dextris, et vnus a sinistris. Pretereūtes autem blasphemabant eum: mouentes capita sua, et dicētes. a. Uah qui destruis templum dei: et in triduo illud reedificas. Salua temetipsum. Si filius dei es: descende de cruce. m. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebāt. a. Alios saluos fecit: seipsū non potest saluum facere. Si rex israel est, descēdat nunc de cruce: & credimus ei. Cōfidit in deo: liberet eum nūc si vult. Dixit eni: q2 fili' dei sum. m. Idipsum autem & latrones q̄ crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta autem hora: tenebre facte sunt vsq3 in horam nonam. Et circa horam nonam: clamauit iesus voce magna, dicens. b. Heloi heloi lamazabathani: m. Hoc est. b. Deus meus deus meus: vt quid dereliquisti me: m. Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant. a. Heliam vocat iste. m. Et continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, et imposuit arundini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. a. Sine, videamus an veniat helias liberans eum. m. Jesus autem iterū clamans voce magna: emisit spiritum.

Hic inclinet se diaconus vel prosternat versus orientē: et dicat priuatim Pater noster. Aue maria. et In manus tuas domine. Deinde surgat: et post, residuū passionis legat.





Et ecce velũ tẽpli scissum est i duas partes: a sũmo vsq͡ deorsum. Et terra mota est, ⁊ petre scisse sũt, ⁊ monumẽta apta sunt: ⁊ multa corpora sanctorum q̄ dormierãt, surrexerũt. Et exeũtes de monumẽtis post resurrectionẽ eius, venerũt in sanctã ciuitatẽ, ⁊ apparuerũt multis. Cẽturio aũt ⁊ q̄ cũ eo erãt custodiẽtes iesum: viso terre motu ⁊ his q̄ fiebãt, timuerũt valde, dicẽtes. a. Vere filius dei erat iste. m. Erãt autẽ ibi mulieres multe a lõge: q̄ secute erant iesum a galilea ministrãtes ei. Inter quas erat maria magdalene, ⁊ maria iacobi, ⁊ ioseph mater, et mater filiorum zebedei. Cũ autẽ sero factũ esset: venit quidã hõ diues ab arimathia noĩe ioseph, qui et ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatũ: et petijt corpus iesu. Tũc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, ioseph inuoluit illud in sindone mũda: et posuit illud in monumẽto suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumẽti: ⁊ abijt. Erant autẽ ibi maria magdalene et altera maria, sedentes contra sepulchrum.

Euangelia vero in fine omniũ passionũ (etiã in die parasceues) alta voce legãtur more duplicis festi. Oĩes autẽ passiones supradicto modo legant secundũ vsum Sar. Tũ in die parasceues nõ dicit Dñs vobiscum. et sine titulo incipiatur euãgelium.

Altera autem die que est post parasceuen: cõuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum, dicentes. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit, adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq͡ in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, et furentur eum: et dicant plebi, surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error, peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes: munierunt sepulchrũ. Signantes lapidem, cum custodibus. Offer. Improperium expectauit cor meum et miseriam: et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: consolãtem me quesiui, et non inueni: et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potauerunt me aceto. Secreta.

Tibi deus pater omnipotens imaculati agni paschale offerimus holocaustũ: cuius nos sanguine ab exterminatoris vastatione saluatos, ad terram quesum⁹ tue repromissionis inducas. Per eũdem dominũ. Prefatio quotid. Cõio. Pater, si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Postcõmunio. Matt. xxvj.

Fideles tuos quesum⁹ domine benignus intẽde: vt sue redemptionis initia recolentes: quorum munere sunt refecti, eorum proficiãt incrementis. Per. ¶ Fer. ij. post dñicam in ramis pal. Ad missam Offm.

xxxiiij 

Iudica domine nocentes me: expugna ipugnantes me: apprehēde arma et scutū, et exurge i adiutoriū meū domine virt⁹ salutis mee. ps. Effunde frameam: et conclude aduersus eos qui persequuntur me. Non dicitur Gloria patri. Oratio.

Da q̄sumus omps deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum. Lectio Esaie prophete.

D In dieb⁹ illis. Dixit esaias. Dominus deus meus aperuit michi aurem: ego autē non cōtradico, retrorsum non abij. Corpus meū dedi percutiētibus: et genas meas vellentibus. Faciem meā non auerti ab increpātibus et cōspuentibus in me. Dn̄s deus auxiliator meus: ideo nō sum confusus. Ideo posui faciē meā vt petram durissimā: et scio q̄m non confundar. Iuxta est q̄ iustificat me: quis contradicet michi? Stemus simul: quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce domin⁹ auxiliator meus: quis est qui condēnet me? Ecce oēs quasi vestimētū conterent, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum: audiens vocē serui sui? Quis ambulauit in tenebris: et nō est lumē ei? Speret in noie dn̄i: et innitatur super dn̄m deum suum.

xxxiiij Gr. Exurge dn̄e et intende iudicio meo deus me⁹ et dn̄s meus in causam meam. V. Effunde frameā, et conclude aduersus eos qui me persequūt. Tr. Dn̄e non scd̄m. vt s. fer. vj. post Oculi.

Secundum Joannem.

A Ante sex dies pasche venit iesus bethaniam vbi fuerat lazarus mortuus: quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi, et



Martha ministrabat: lazarus vero vnus erat ex discūbētib⁹ cū eo. Maria ergo accepit librā vnguēti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes iesu, et extersit capillis suis, et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis ei⁹: iudas scariothis qui erat eū traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs: et datum est egenis? Dixit autē hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat: et loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo iesus. Sinite illam: vt in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum: me autē non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est: et venerunt non propter iesum tantum, sed vt lazarum viderēt quē suscitauit a mortuis. Cogitauerūt autem principes sacerdotum vt et lazarum interficerēt: quia multi propter illum abibāt ex iudeis, et credebāt in iesum. In crastinum autē turba multa que venerat ad diē festū, cū audissent quia venit iesus hierosolymā: acceperūt ramos palmarū, et processerunt obuiā ei, et clamabāt. Osanna, benedictus q̄ venit in noie dn̄i, rex israel. Et inuenit iesus asellū: et sedit super eū sicut scriptum est. Noli timere filia sion: ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullū asine. Hec nō cognouerunt di-

scipuli eius primum: sed quãdo glo-
rificatus est iesus, tũc recordati sunt
quia hec erant scripta de eo, et hec fe-
cerunt ei. Testimonium ergo perhi-
bebat turba que erat cum eo quãdo
lazarum vocauit de monumento: et
suscitauit eum a mortuis. Propter-
ea et obuiam venit ei turba: q2 audie
runt eum fecisse hoc signum. Phari-
sei ergo dixerunt ad semetipsos. Ui-
detis q2 nichil proficimus: ecce mun-
dus totus post eũ abijt. Erãt autem



quidam gentiles: ex his qui ascende
rant vt adorarẽt in die festo. Hi ergo
accesserunt ad philippum, qui erat a
bethsaida galilee: et rogabãt eum di
centes. Dñe, volumus iesum videre.
Uenit philippus et dixit andree: an-
dreas rursum & philippus dixerunt
iesu. Jesus autẽ respondit eis, dicẽs.
Uenit hora vt clarificetur filius ho-
minis. Amen amen dico vobis: nisi
granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit, ipsum solũ manet.
Si autem mortuũ fuerit, multũ fru-
ctum affert. Qui amat aĩam suam,
perdet eam. Et qui odit animã suã
in hoc mundo, in vitã eternã custodit
eam. Si quis michi ministrat, me se-
quatur. Et vbi sum ego, illic et mini-
ster meus erit. Si qs michi ministra-
uerit, honorificabit eũ pater meus.
Nunc anima mea turbata est. Et qd
dicam? Pater, saluifica me ex hac ho
ra. Sed propterea veni in horã hãc.
Pater, clarifica nomen tuum. Uenit
ergo vox de celo, dicens. Et clarifica
ui: et iterũ clarificabo. Turba ergo
que stabat et audierat: dicebat toni-
truum factum esse. Alij autem dice-
bant: angelus ei locutus est. Respon
dit iesus, et dixit. Non ppter me hec
vox venit: sed propter vos. Nunc iu
diciũ est mũdi: nunc princeps huius
mũdi eiicieť foras. Et ego si exalta-
tus fuero a terra: omnia traham ad
meipsum. Hoc autem dicebat: signi-
ficãs qua morte esset moriturus. Re
spõdit ei turba. Nos audiuimus ex
lege: quia christus manet in eternũ.
Et quomodo tu dicis, oportet exalta
ri filium hominis? Et quis est iste fi-
lius hominis? Dixit ergo eis iesus.
Adhuc modicum lumẽ in vobis est.
Ambulate dum lucem habetis: vt
non tenebre vos comprehendant. Et
qui ambulat in tenebris, nescit quo
vadat. Dum lucem habetis, credite
in lucem: vt filij lucis sitis. Hec locu-
tus est iesus: et abijt, et abscondit se
ab eis. **Offertorium.** Eripe me de inimi-
cis meis domine ad te confugi: doce me face-
re voluntatem tuam: quia deus meus es tu.
℣. Exaudi me in tua iustitia: et ne intres in
iudicium cum seruo tuo domine. **Secreta.**

Ipsa maiestati tue domine fide
les populos commendet obla-
tio: que per filium tuum dominũ no
strum iesum christũ recõciliauit ini-
micos. Qui tecum viuit. Prefa. Qui
corporali. **Cõio.** Erubescant et reuerean-
tur simul qui gratulãtur malis meis: induã-
tur pudore et reuerentia, qui maligna loquũ
tur aduersum me. **Postcommunio.**

Satiati munere salutari tuam
domine miam deprecamur: vt
hoc eodem sacramẽto quo nos tem-
poraliter vegetas: efficias vite eter-

ne participes. Per. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oro.
Adiuua nos deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per dnm.
¶ Feria tertia post dominicā in ramis palmarū. Ad missam. Officiū.



Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quē saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nr̄i et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Nō dicit Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus, da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per.
Lectio hieremie prophete.
In diebus illis. Dixit hieremias Domine, demōstrasti michi et ego cognoui: tu ostendisti michi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam: et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes. Mittamus lignum in panem eius: et eradamus eum de terra viuentiū, et nomē eius nō memoretur amplius. Tu autem domine sabaoth, qui iudicas iuste, et probas renes et corda: videam queso vltionem tuam ex eis. Tibi eñ reuelaui causam meam: dñe deus meus. Gr. Ego autē dum michi molesti essent induebam me cilicio: et humiliabam in ieiunio animā meam, et oratio mea in sinu meo conuertetur. V. Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium michi.

Sequatur passio. in hunc modū. m. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo.



¶ Passio domini nostri Iesu christi, secundum Marcum.
In illo tempore. Erat pascha et azyma post biduum: et querebāt summi sacerdotes et scribe, quomodo iesū dolo tenerēt et occiderent. Dicebant autem. a. Non in die festo. m. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset iesus bethanie, in domo simonis leprosi, et recumberet: venit mulier habēs alabastrum vnguēti nardi spicati preciosi: et fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferētes intra semetipsos, et dicētes. a. Ut quid perditio ista vnguēti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecentis denarijs, et dari pauperibus. m. Et fremebāt in eam. Iesus autem dixit. b. Sinite eā. Quid illi molesti estis? Bonū opus operata est in me. Sēper enim pau-

peres habetis vobiscum: et cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem nō semper habebitis. Quod habuit, hec fecit: preuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: vbicunqꝫ predicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, et quod fecit hec, narrabit in memoriam eius. m. Et iudas scariothis vnꝰ de duodecim: abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eū illis. Qui audientes gauisi sunt: et pmiserunt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illū opportune traderet. Et primo die azymorum quando pascha immolabant: dicunt ei discipuli. a. Quo vis eamus, et paremus tibi vt manduces pascha? m. Et misit duos ex discipulis suis, et dixit eis. b. Ite in ciuitatē: et occurret vobis homo lagenam aque baiulās. Sequimini eum. Et quocunqꝫ introierit: dicite domino domꝰ: qꝛ magister dicit. Ubi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculū grande stratū: et illic parate nobis. m. Et abierunt discipuli eius, et venerūt in ciuitatem: et inuenerūt sicut dixerat illis, et parauerunt pascha. Uespere autem facto, venit cum duodecim.



Et discūbentibus eis et mādūcantibus: ait iesus. b. Amē dico vobis: qꝛ vnus ex vobis me tradet qui māducat mecum. m. At illi ceperunt cōtristari, et dicere ei singulatim. a. Numquid ego? m. Qui ait illis. b. Unꝰ ex duodecim: qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo: ve autē homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si non esset natus homo ille. m. Et mādūcantibus illis: accepit iesus panē et benedicēs fregit, et dedit eis ꝛ ait. b. Sumite, hoc est corpus meum. m. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. b. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundet. Amen dico vobis, qꝛ iam non bibam de genimine vitis, vsqꝫ in diem illū cum illud bibam nouū in regno dei. m. Et hymno dicto: exierunt in montem oliuarum. Et ait eis iesus. b. Omnes scādalizabimini in nocte ista: quia scriptum est. Percutiā pastorem: et dispergentur oues. Sed postqꝫ resurrexero: precedam vos in galileam. m. Petrus autem ait illi. a. Et si oēs scandalizati fuerint: sed non ego. m. Et ait illi iesus. b. Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priusqꝫ gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. m. At ille amplius loquebatur. a. Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. m. Similiter autem et omnes dicebāt. Et venerūt in prediū cui nomen gethsemani, et ait discipłis suis. b. Sedete hic donec orem. m. Et assumpsit petrum et iacobum et ioannem secum: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. b. Tristis est aīa mea vsqꝫ ad mortē. Sustinete hic: et vigilate. m. Et cum processisset paululum, procidit super terrā et orabat: vt si fieri posset trāsiret ab eo hora. Et dixit. b. Abba pa-

ter, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc a me. Sed nō quod ego volo: sed quod tu. m. Et venit: et inuenit eos dormiētes. Et ait petro. b. Simon dormis? Nō potuisti vna hora vigilare. Vigilate et orate: vt non intretis in tentationem. Spūs quidem promptus est: caro aūt infirma. m. Et iterum abiens, orauit: eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erāt enim oculi eorum grauati: et ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio: et ait illis. b. Dormite iam & requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hominis in man⁹ peccatorū. Surgite, eamus: ecce qui me tradet ꝓpe est. m. Et adhuc eo loquēte, venit iudas scarioth vnus ex duodecim: et cū eo multa turba cum gladijs et lignis: missi a summis sacerdotibus et seniorib⁹ & scribis. Dederat autem traditor eis signum, dicens. a. Quemcunqȝ osculatus fuero, ipse est, tenete eum, et ducite caute. m. Et cum venisset: statim accedens ad eum ait. a. Aue rabbi. m. Et osculat⁹ est eum. At illi manus iniecerunt in iesum: et tenuerunt eum. Unus autē de circunstantibus educens gladiū, percussit seruum summi sacerdotis: et amputauit illi auriculā. Et respōdens iesus, ait illis. b. Tanq̄ ad latronem existis cum gladijs & lignis: comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens: & nō me tenuistis. Sed vt impleātur scripture. m. Tunc discipuli eius relinquentes eum: omnes fugerūt. Adolescēs autem quidā sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerūt eum. At ille reiecta sindone: nudus profugit ab eis. Et adduxerūt iesum ad summum sacerdotem: et conuenerunt omnes sacerdotes et scribe & seniores. Petrus autem a longe secut⁹ est eum, vsqȝ intro in atrium summi sacerdotis. Et sedebat cū ministris: et calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes, et omne cōciliū querebāt aduersus iesum testimonium vt eum morti traderent: nec inueniebāt. Multi enim falsum testimoniū dicebant aduersus eum: et cōuenientia testimonia illorum non erant. Et quidā surgentes falsum testimoniū ferebant aduersus eum, dicentes. a. Quoniā nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam tēplum hoc manu factum: et post triduū aliud non manu factū edificabo. m. Et nō erat conueniēs testimoniū illorum. Exurgens autē summus sacerdos in medium: interrogauit iesum, dicens. a. Non respondes quicq̄ ad ea que tibi obiiciuntur ab his? m. Ille autem tacebat: et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eū, et dixit ei. a. Tu es christus filius dei benedicti? m. Jesus autem dixit illi. b. Ego sum. Et videbitis filium hominis, sedentem a dextris virtutis dei: et venientem cum nubibus celi. m. Summus autem sacerdos scin-



dens vestimēta sua, ait. a. Quid adhuc desideram⁹ testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? m. Qui omnes condemnauerunt eum, esse reum mortis. Et ceperunt quidā

cõspuere in eum, et velare faciẽ eius: et colaphis eum cedere et dicere ei. a. Prophetiza. m. Et ministri alapis eum cedebãt. Et cum esset petrus in atrio seorsum: venit vna ex ancillis summi sacerdotis. Et cũ vidisset petrum calefaciẽtem se: aspiciens illũ, ait. a. Et tu cum iesu nazareno eras. m. At ille negauit, dicẽs. a. Neq scio, neq noui qd dicas. m. Et exijt foras ante atriũ: et gall⁹ cãtauit. Rursus autem cum vidisset illum alia ancilla, cepit dicere circũstantib⁹: qr hic ex illis est. At ille iterũ negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant petro. a. Vere ex illis es: nam et galileus es. m. Ille autem cepit anathematizare ꝫ iurare: quia nescio hominem istum quẽ dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei iesus (priusq̃ gall⁹ cantet bis, ter me negabis) et cepit flere. Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et vniuerso concilio: vincientes iesum duxerunt, et tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilatus. a. Tu es rex iudeorum? m. At ille respondens ait illi. b. Tu dicis. m. Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis. Pilatus autẽ rursum interrogauit eũ, dicens. a. Non respondes quicq̃? Vide in quantis te accusant. m. Jesus autem amplius nichil respondit: ita vt miraretur pilatus. Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis: quencunq petissent. Erat autem qui dicebatur barabbas: qui cũ seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cũ ascẽdisset turba: cepit rogare sicut semp faciebat illis. Pilatus autem respõdit eis, et dixit. a. Vultis dimittã vobis regem iudeorum? m. Sciebat enim q per inuidiã tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem cõcitarũt turbam: vt magis barabbã dimitteret eis. Pilatus autẽ iterum respõdẽs, ait illis. a. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? m. At illi iterum clamauerũt. a. Crucifige eũ. m. Pilatus vero dicebat eis. a. Quid enim mali fecit? m. At illi magis clamabant. a. Crucifige eũ. m. Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis barabbam: et tradidit eis iesum flagellis cesum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerũt eum in atrium pretorij: et conuocant totam cohortem, et induunt eum purpura. Et imponunt ei plectentes spineam coronam: et ceperũt salutare eum. a. Aue rex iudeorũ. m. Et percutiebant caput eius arundine, et conspuebãt eum: et ponentes genua, adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei, exuerũt illum purpura: et induerunt eum vestimentis suis. Et educunt illum vt crucifigerent eum: et angariauerũt pretereuntẽ quempiã simonem cyreneum venientẽ de villa, patrem alexandri et rufi: vt tolleret crucẽ eius. Et perducunt illum in golgotha locum: quod est interpretatum caluarie loc⁹. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: et non accepit. Et cruci-



figentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittẽtes sortem super eis, quis

quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: rex iudeorum. Et cum eo crucifigũt duos latrones: vnum a dextris, & alium a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura que dicit: et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua, et dicentes. a. Vah qui destruis templum dei: et in tribus diebus reedificas illud. Saluum fac temetipsum: descendens de cruce. m. Similiter et summi sacerdotes illudentes, ad alterutrũ cum scribis dicebãt. a. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Christus rex israel descẽdat nũc de cruce: vt videamus & credamus. m. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabãtur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totã terram vsqȝ in horam nonam. Et hora nona exclamauit iesus voce magna, dicens. b. Heloi heloi lamazabathani? m. Quod est interpretatũ. b. Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? m. Et quidam de circunstantibus audientes, dicebant. a. Ecce heliam vocat. m. Currens autem vnus, et implens spongiam aceto: circumponensqȝ calamo, potum dabat ei dicens. a. Sinite, videamus si veniat helias, ad deponendũ eum.



m. Jesus autẽ emissa voce magna, expirauit. Hic fiat genuflexio dicẽdo Pater noster. Aue maria. In manus tuas. m. Et velum templi scissum est in duo: a summo vsqȝ deorsũ. Videns autem cẽturio, qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset, ait. a. Vere hic hõ fili⁹ dei erat. m. Erãt autẽ et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene, et maria iacobi minoris, et ioseph mater, et salome. Et cum esset in galilea: sequebantur eum, et ministrabant ei: et alie multe que simul cum eo ascenderant hierosolymam.

Euangelium.

Et cum iam sero factum esset (quia erat parasceue quod est ante sabbatum) venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipse erat expectãs regnum dei. Et audacter introiuit ad pilatum: et petijt corpus iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione: donauit corpus ioseph. Joseph autem mercatus sindonem: et deponens eum, inuoluit sindone: et posuit eum in monumẽto quod erat excisum de petra. Et aduoluit lapidem, ad ostium monumẽti. Offer. Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me dñe. V. Qui cogitauerunt supplãtare gressus meos: absconderũt superbi laqueum michi. p. cxxxix

Secreta.

Dicate tibi plebis domine quesumus oblatiões sanctificã, vt a terrene vetustatis conuersatione mundati: celestis vite profectibus innouemur. Per dominum. Prefat. Qui corporali. Cõio. Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta: et in me psallebant, qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te domine: tẽpus beneplaciti tui deus in multitudine mie tue. Postcõio. p. lxviij.

Repleti domine sacri muneris gratia supplices exoramus: vt que gustu corporeo dulcia venera tione contigimus: dulciora mentibꝰ sentiamus. Per do.. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Oratio

Tua nos misericordia deꝰ & ab omni surreptione vetustatis expurget: et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dominum nostrum.

¶ Feria quarta post dominicam in ramis palmarum. Officium.



Philip. ij. B In nomine domini omne genu flectatur: celestium, terrestrium, & infernorum: quia dominus factus est obediẽs vsq; ad mortem, mortem autem crucis: ideo dominus iesus christus in

ps. c.j. gloria est dei patris. Ps. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Non dicitur Gloria patri. Sequatur oratio sine Dominus vobiscum. sed tãtum cum Oremus. et Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta quesumus omnipotẽs deus, vt qui nostris excessibꝰ incessanter affligimur: per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tec.

Lectio Esaie prophete.

lxij. D Hec dicit dominus deus. Dicite filie sion: ecce saluator tuus venit. Ecce merces eiꝰ cũ eo: et opus

lxiij. A illius coram illo. Quis est iste qui venit de edom: tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiam: & propugnator sum ad saluandũ. Quare ergo rubrum est indumẽtum tuum: et vestimenta tua sicut calcãtium in torculari? Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: et conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: et omnia indumẽta mea inquinaui. Dies enim vltiõis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circũspexi, & non erat auxiliator: quesiui, et non fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachium meũ: et indignatio mea ipsa auxiliata est michi. Et conculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos in indignatione mea: et detraxi in terrã virtutem eorum. Miserationum domini recordabor. Laudem domini annunciabo super omnibus que reddidit nobis: dominus deus noster. Gr. Ne auertas faciẽ ps. lxvi[ij]

tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. V. Saluũ fac me deus quoniã intrauerũt aque vsq; ad animã meã: infixus sum in limo profundi: et non est substantia. Sequat Dñs vobiscũ. Oremus. et Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deus qui p nobis filiũ tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, vt resurrectiõis eius gratiam consequamur. Per eundem dominũ nostrum. Hic dicuntur memorie consuete. Lectio Esaie prophete.

In diebꝰ illis. Dixit esaias. Domine, quis credidit auditui no liij. A

stro: et brachium domini cui reuelatum est? Et ascẽdet sicut virgultum coram eo: et sicut radix de terra sitiẽti. Et non est species ei neq; decor: & vidimus eum, et non erat aspectus. Et desiderauimus eum despectum & no ...cj.

uissimum virorum: virum dolorum et scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectꝰ: vnde nec reputauimus eum. Vere lãguores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit. Et nos puta-

nimus eum quasi leprosum: ⁊ percus sum a deo et humiliatũ. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre sup eũ: et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauim⁹: vnusquisqꝫ in viam suã declinauit: et dñs posuit in eo iniquitatẽ omnium nostrum. Oblatus est, qꝛ ipse voluit: et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et nõ aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublevatus est. Generationẽ eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura: et diuites pro morte sua: eo ꝙ iniquitatem non fecerit, neqꝫ dolus fuerit in ore eius. Et dominus voluit cõterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animã suam: videbit semen lõgeuũ, ⁊ voluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo ꝙ tradidit in mortẽ animam suam: et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorũ tulit: et pro trãsgressoribus rogauit vt non perirent. Dicit dñs, oĩpotẽs.

Chorus alternatim dicat tractũ: ita ꝙ dum ℣. canitur, chorus ex illa parte stare tenetur: alia parte chori interim sedente: et sic percantetur totus tractus a choro, quãdocunqꝫ dicitur tractus a choro in stallis, a septuagesima vsqꝫ ad pascha. Tractus.



Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciẽ tuam a me: in quacũqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuam. ℣. In quacunqꝫ die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. ℣. Percussus sum sicut fenum ⁊ aruit cor meũ: quia oblitus sum manducare panem meum. ℣. Tu exurgens domine: misereberis sion: quia venit tempus miserẽdi eius. Sequatur passio in hũc modum. m. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.



Passio domini nostri Jesu christi, secundum Lucam.

In illo tẽpore. Appropinquabat autẽ dies festus azymorũ, qui dicitur pascha. Et querebãt principes sacerdotum et scribe: quomodo iesum interficerent. Timebãt vero plebem. Intrauit autem satanas in iudã (qui cognominabatur scarioth) vnũ de duodecim: et abijt, et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus: quẽadmodum illũ traderet eis. Et gauisi sunt et pacti sunt pecuniã illi dare, et spopondit. Et querebat opportunitatẽ vt traderet illum sine turbis. Venit autẽ dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha: ⁊ misit petrum et xxij. A

ioannem, dicẽs. v. Euntes parate nobis pascha vt manducemus. m. At illi dixerunt. a. Ubi vis paremus? m. Et dixit ad eos. v. Ecce introeuntib⁹ vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidã amphoram aque portans: sequimini eum in domum in quã intrat, et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostẽdet cenaculum magnum stratũ: et ibi parate. m. Euntes autem, inuenerunt sicut dixit illis: et parauerũt pascha. Et cũ facta esset hora, discubuit, et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. v. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscum, antequã patiar. Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. m. Et accepto calice: gratias egit, et dixit. v. Accipite, et diuidite inter vos. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. m. Et accepto pane: gratias egit, et fregit: et dedit eis, dicẽs. v. Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite in meam cõmemorationem. m. Similiter et calicem: postquã cenauit, dicens. v. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo: qui pro vobis fundetur. Ueruntamen ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod diffinitum est, vadit: verũtamen ve homini illi per quẽ tradetur. m. Et ipsi ceperũt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videreẽ esse maior. Dixit autem eis. v. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Uos autẽ non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. Et qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem estis qui permãsistis mecum in tẽtationib⁹ meis. Et ego dispono vobis (sicut disposuit michi pater me⁹) regnũ: vt edatis et bibatis super mẽsam meam in regno meo, et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israel. m. Ait autem domin⁹ simoni. v. Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquãdo conuersus, confirma fratres tuos. m. Qui dixit ei. a. Dñe, tecum paratus sum: et in carcerem, et in mortem ire. m. At ille dixit. v. Dico tibi petre, non cãtabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. m. Et dixit eis. v. Quando misi vos sine sacculo, et pera, et calceamentis: nunquid aliquid defuit vobis? m. At illi dixerunt. a. Nichil. m. Dixit ergo eis. v. Sed nũc qui habet sacculum: tollat similiter et peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam: et emat gladium. Dico eñ vobis: quoniã adhuc hoc quod scriptũ est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputat⁹ est. Etenim ea que sunt de me, finẽ habent. m. At illi dixerũt. a. Domine, ecce gladij duo hic. m. At ille dixit eis. v. Satis est. m. Et egressus ibat secundum cõsuetudinem in mõtem oliuarum: secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum peruenisset ad locũ, dixit illis. v. Orate, ne intretis in tentationẽ. m. Et ipse auulsus est ab eis quãtum iactus est lapidis: et positis genibus, orabat dicens. v. Pater, si vis transfer calicem istum



a me. Veruntamen non mea volun
tas: sed tua fiat. m. Apparuit autem
illi angelus de celo, confortans eum.
Et factus in agonia, prolixius orabat:
et fact⁹ est sudor eius, sicut gutte san
guinis decurrentis in terrã. Et cum
surrexisset ab oratione, et venisset ad
discipulos suos, inuenit eos dormiẽ
tes pre tristitia. Et ait illis. b. Quid
dormitis? Surgite, orate, ne intretis
in tentationem. m. Adhuc eo loquen
te: ecce turba, et q̃ vocabatur iudas,
vnus de duodecim, antecedebat eos.
Et appropinquauit iesu, vt oscularetur eum. Jesus autem dixit illi. b. Ju
da osculo filium hominis tradis. m.
Videntes autem hi qui circa ipsum
erant quod futurũ erat, dixerunt ei.
a. Domine, si percutimus in gladio?
m. Et percussit vnus ex illis seruum
principis sacerdotum: et amputauit
auriculam eius dexterã. Respõdens
autẽ iesus, ait. b. Sinite vsq; huc. m.
Et cum tetigisset auriculam eius: sa
nauit eum. Dixit autẽ iesus ad eos
qui venerãt ad se: principes sacerdo
tum et magistratus templi et senio
res. b. Quasi ad latronẽ existis cum
gladijs et fustibus: cum quotidie vo
biscum fuerim in templo: et non ex
tendistis man⁹ in me. Sed hec est ho
ra vestra: & potestas tenebrarum. m.
Comprehendẽtes autẽ eum duxerũt
ad domum principis sacerdotũ: pe
trus vero sequebatur eum a longe.
Accẽso autem igne in medio atrij, et
circunsedẽtibus illis: erat petrus in
medio eorum. Quẽ cum vidisset an
cilla quedam sedentem ad lumen, et
eum fuisset intuita, dixit. a. Et hic cũ
illo erat. m. At ille negauit eũ, dicẽs.
a. Mulier, nõ noui illum. m. Et post
pusillum alius videns eum, dixit. a.
Et tu de illis es. m. Petrus vero ait.
a. O homo, non sum. m. Et interual
lo facto quasi hore vnius: alius qui
dam affirmabat, dicẽs. a. Vere et hic
cum illo erat: nam et galileus est. m.
Et ait petrus. a. Homo, nescio q̃d di
cis. m. Et continuo adhuc eo loquen
te: cantauit gallus. Et conuersus do
minus: respexit petrum. Et recorda
tus est petrus verbi domini sicut di
xerat: quia priusq̃ gallus cantet, ter
me negabis. Et egressus foras petr⁹
fleuit amare. Et viri qui tenebant il
lum, illudebant ei cedentes. Et vela
uerunt eum: et percutiebant faciem
eius et interrogauerunt eum, dicen
tes. a. Prophetiza quis est qui te per
cussit? m. Et alia multa blasphemã
tes, dicebant in eum. Et vt factus est
dies: conuenerunt seniores plebis et
principes sacerdotum et scribe: et du
xerunt illum in conciliũ suum, dicen
tes. a. Si tu es christus, dic nobis. m.
Et ait illis. b. Si vobis dixero, nõ cre
detis michi. Si autem et interroga
uero: non respondebitis michi, neq;
dimittetis. Ex hoc autem erit filius
hois sedẽs a dextris virtutis dei. m.
Dixerunt autem omnes. a. Tu ergo
es fili⁹ dei? m. Qui ait. b. Vos dicitis,
quia ego sum. m. At illi dixerunt. a.
Quid adhuc desideramus testimo
nium? Ipsi enim audiuimus de ore
eius. m. Et surgens omnis multitu Luce
do eorum: duxerunt illum ad pilatũ. xxiij. A
Ceperunt autem accusare illũ, dicen

tes.a. Hunc inuenimus subuertētem
gentem nostram: et prohibentem tri
buta dari cesari: et dicētem se christū
regem esse. m. Pilatus autem inter=
rogauit eum, dicens.a. Tu es rex iu
deorum. m. At ille respondens, ait. h.
Tu dicis. m. Ait autem pilatus ad
principes sacerdotū: et turbas.a. Ni
chil inuenio cause in hoc homine. m.
At illi inualescebāt, dicētes.a. Com=
mouit populum per vniuersam iu=
deam: incipiēs a galilea vsqꝫ huc. m.
Pilatus autem audiens galileā: in=
terrogauit si homo galile9 esset. Et
vt cognouit ꝙ de herodis potestate
esset: remisit eum ad herodem, qui et
ipse erat hierosolymis illis diebus.



Herodes autem viso iesu, gauisus est
valde. Erat enim cupiens ex multo
tēpore videre eū: eo ꝙ audierat mul=
ta de eo, et sperabat signum aliqđ vi
dere ab eo fieri. Interrogabat autē
illum multis sermonib9. At ipse ni=
chil illi respondebat. Stabāt autem
principes sacerdotum et scribe: con=
stanter accusantes eum. Spreuit au
tem illum herodes cū exercitu suo: ⁊
illusit indutum veste alba, et remisit
ad pilatum. Et facti sunt amici hero
des et pilatus in ipsa die: nam antea
inimici erāt adinuicem. Pilatus au=
tem conuocatis principibus sacerdo
tum et magistratibus et plebe, dixit
ad illos. a. Obtulistis michi hūc ho=
minem quasi auertentem populum:
⁊ ecce ego coram vobis interrogans
nullam causam inuenio in hoīe isto,
ex his in quibus eum accusatis. Sed
neqꝫ herodes. Nam remisi vos ad il=
lum: et ecce nichil dignum morte est
actum ei. Emēdatum ergo illum di=
mittam. m. Necesse autem habebat
dimittere eis per diem festū, vnum.
Exclamauit autem simul vniuersa
turba, dicens. a. Tolle hunc, et dimit
te nobis barabbam. m. Qui erat pro
pter seditionem quādam factā in ci=
uitate et homicidium, missus in car=
cerem. Iterum autē pilatus locutus
est ad eos: volēs dimittere iesum. At
illi succlamabāt, dicentes. a. Crucifi
ge, crucifige eum. m. Ille autē tertio
dixit ad illos. a. Quid enim mali fe=
cit iste? Nullam causam mortis inue
nio in eo. Corripiam ergo illum, ⁊ di
mittam. m. At illi instabāt vocibus
magnis postulantes vt crucifigere=
tur: et inualescebāt voces eorum. Et
pilatus adiudicauit fieri petitionē
eorum. Dimisit autem illis eum qui
ꝓpter homicidiū et seditionē missus
fuerat in carcerem quem petebāt: ie=
sum vero tradidit voluntati eorum.



Et cum ducerēt eum apprehenderūt
simonē quendā cyrenēsem venietē de
villa: et imposuerunt illi crucem por
tare post iesum. Sequebatur autem
illum multa turba populi et mulie=
rum: que plangebant et lamētaban

tur eum. Conuersus autem ad illas iesus, dixit. b. Filie hierusalem nolite flere super me: sʒ super vosmetipsas flete: et super filios vestros. Quoniā ecce venient dies in qbus dicēt. Beate steriles et vētres qui nō genuerūt: et vbera que nō lactauerūt. Tunc incipiēt dicere mōtib⁹, cadite super nos: et collib⁹, operite nos. Q2 si in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? m. Ducebantur autē et alij duo neq̄ cū eo: vt interficerētur. Et postq̄ ve-



nerūt in locū q̄ vocatur caluarie, ibi crucifixerūt eū et latrones: vnū a dextris, et alterū a sinistris. Jesus aūt dicebat. b. Pater, dimitte illis, nō eīn sciunt qd faciūt. m. Diuidētes vero vestimēta ei⁹, miserunt sortes. Et stabat ppl's expectās, et deridebāt eum pricipes cum eis dicētes. a. Alios saluos fecit, se saluū faciat si hic est christus dei electus. m. Illudebāt autem ei ⁊ milites accedētes, et acetū offerētes ei, et dicētes. a. Si tu es rex iudeorum, saluum te fac. m. Erat autem ⁊ superscriptio scripta super eum: literis grecis, et latinis, et hebraicis. Hic est rex iudeoꝝ. Unus autem de his q̄ pendebant latronibus: blasphemabat eum, dicens. a. Si tu es christus, saluum fac teipsum, ⁊ nos. m. Respōdens autē alter, increpabat eū, dicēs. a. Neq̄ tu times deum: qui in eadem dānatione es. Et nos quidē iuste: nā digna factis recipimus, hic vero nichil mali gessit. m. Et dicebat ad iesum. a. Dñe, memēto mei, cum veneris in regnum tuum. m. Et dixit illi iesus. b. Amē dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. m. Erat aūt fere hora sexta: et tenebre facte sunt in vniuersam terrā, vsq̄ in horam nonam. Et obscuratus est sol: et velum tēpli scissum est mediū. Et cum dixerit diaconus, velum tēpli scissum est. velum ante altare cadere pmittatur. Et clamans voce magna iesus, ait. b. Pater, in manus tuas cōmendo spiritū meum. m. Et hec dicēs, expirauit. Hic fiat genuflexio, dicendo Pat noster. Aue maria. In man⁹ tuas. m. Uidens autē centurio quod factum fuerat: glorificauit deum, dicens. a. Uere hic homo iust⁹ erat. m. Et omnis turba eoꝝ qui simul aderant ad spectaculū istud, et videbāt que fiebant, percutientes pectora sua reuertebātur. Stabāt autē oēs noti eius a longe: ⁊ mulieres q̄ secute erāt eum a galilea, hec videntes. Euangelium.

Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio vir bonus et iustus (hic non consenserat consilio et actibus eorum) ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipse regnū dei. Hic accessit ad pilatum: et petijt corpus iesu. Et depositum inuoluit sindone, et posuit eum in monumento exciso: in quo nondum quisq̄ positus fuerat. Offertorium. Domine exaudi orationē meam: et clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuam a me: ne auertas faciem tuam a me. Ps. cj.

Secreta.

Suscipe quesum⁹ dñe munus oblatū, ⁊ dignāter operare vt quod passiōis filij tui dñi nostri mysterio gerimus, pijs affectibus consequamur. Per eundem. Prefat. Qui

ps. ci. corporali. Cōio Potum meum cum fletu temperabam, quia eleuās allisisti me, et ego sicut fenum arui: tu aūt dñe in eternum permanes, tu exurgens misereberis sion: qꝛ venit tempus miserēdi eius. Postcōmunio.

Largire sensibus nostris oṗs deus: vt per tēporalē filij tui mortem, quam mysteria veneranda testātur: vitam nobis dedisse perpetuā cōfidam⁹. Per eund. Sup ppl'm. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Respice q̄sumus dñe super hāc familiā tuam: pro qua dñs noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentiū, et crucis subire tormētum. Qui tec. ¶ Feria. v. in cena dñi. Imprimis fiat recōciliatio peniteñ. hoc mō. Nona cantata pergat excellentior sacerdos ad ostium ecclesie occidētale, indutus vestibus sacerd. in cappa serica rubea: cū duobus diaco. albis cum amictibus indutis, absqꝫ subdia. et sine cruce: per medium chori, preceden. vexillo cilicino: sintqꝫ p̄sentes in atrio eccl'ie q̄ reconciliādi sunt. Et si eṗs adest principalis archidia. ex parte peniteñ. scilꝫ extra ostium ecclesie in cappa serica, alba ⁊ stola indutus, legat hanc lect.

Adesto venerabilis pontifex tempus acceptum: dies propitiationis diuine, et salutis humane: qua mors interitum, et vita accepit eterna principium: quando in vinea dñi sabaoth sic nouorum palmitum plantatio facienda est vt purget excecatio vetustatis. Quamuis eñ a diuitijs bonitatis dei nichil tēporis vacet, nunc tñ ⁊ largior est per indulgētiā remissio peccatorꝫ: ⁊ copiosior per gratiā assumptio renascētiū. Augemur regenerandis, crescimus reuersis. Lauant aque, lauant lachryme. Inde est gaudiū de assumptione vocatorum: hinc letitia de absolutione penitētium. Inde est q̄ supplices tui postea q̄ in varias formas criminū neglectu mandatorum celestium, et morum probabilium trāsgressione ceciderunt: humiliati atqꝫ prostrati prophetica ad deum voce clamāt, dicentes. Peccauimus cū patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatē fecimus, miserere nři dñe. Vocē euangelicā non frustratoria aure capiētes, beati q̄ lugent: qm̄ ipsi consolabunt. Manducauerunt sicut scriptū est panem doloris, lachrymis stratū rigauerunt, cor suum luctu, corpus ieiunijs affixerūt: vt animarum reciperent quā perdiderant sanitatē. Unicum est itaqꝫ penitentie suffragium: quod et singulis prodest, ⁊ omnibus in cōmune succurrit. Redintegra ergo in eis apostolice pontifex quicq̄d diabolo suadente, seuiente, scindente corruptū est. Et orationum tuaꝝ patrocinantibus meritis, per diuine reconciliationis gratiā: fac hoies proximos deo: vt q̄ antea in suis peruersitatibus displicebāt, nunc iam placere se dño in regione viuorum (deuicto mortis sue auctore) gratulentur. Que lectio non legatur eṗo absente. Finita lectione, incipiat eṗs āñ. Venite venite. infra predictū ostiū conuersus ad boreale: signum faciēdo cum manu quasi vocando. Deinde diaconus ex parte penitentiā scilicet extra ostiū, dicat Flectam⁹ genua. Alius diaconus ex parte eṗi dicat Leuate. et ita fiat tribus vicibus. Ita tamen q̄ post tertiā repetitionem āñ. nō dicatur Flectamus. sed chorus prosequatur totam āñ. cātore incipiente. Filij, audite me: timorē domini docebo vos. ps. Benedicā. Totus psal. dicit cum Gloria pri. Et post vnūquēqꝫ vsum

repetatur añ. Dum ps canit a choro cum añ. semper manuatim penitentes ab aliquo pbro de choro, habitu non mutato reddãtur sacerdoti executori officij: et ab ipso restituantur ecclesie gremio. Tamen si episcopus presens fuerit: penitentes a presbytero reddãtur archidiacono, et ab ipso reddantur episcopo, et ab ipso restituãtur ecclesie gremio. Quib⁹ expletis: processio more solito in chorũ redeat. Deinde prosternãt se oẽs: ⁊ dicãt clerici in choro septẽ ps̃os penitẽ. cum Gloria pri. et Sicut erat. Sacerdos vero cũ suis ministris dicat per se septem ps̃os cum Glia patri. et Sicut erat. et añ. Ne reminiscaris. cũ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pat nr̃. ante altare sicut in die cinerũ prenotatũ est. Deinde erigẽs se sacerd. conuers⁹ ad australẽ corã dextro cornu altaris sine nota dicat. Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed libera nos a malo. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Conuertere domine usquequo. Et deprecabilis esto super seruos tuos. Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et ppter gloriã noĩs tui dñe libera nos: ⁊ ppitius esto pctĩs nr̃is ppter nomen tuũ. Dñe exaudi orõnẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Adesto domine supplicationibus nostris: et me qui etiã misericordia tua prim⁹ indigeo, clementer exaudi. Et quem nõ electione meriti, sed dono gratie tue constituisti operis huius ministrum: da fiduciã tui muneris exequendi, et ipse in nr̃o ministerio qḋ tue pietatis est operare. Per christũ. Et dicatur oẽs oratiões, et terminẽtur sub tono lectiõis, et oẽs dicantur cum Oremus. Non dicitur Dñs vobiscum. nisi ante primam orationẽ tantum. Alia oratio.

Deus humani generis benignissime conditor, ⁊ misericordissime reformator: qui hominẽ inuidia diaboli ab eternitate deiectum, vnici filij tui sãguine redemisti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullaten⁹ mori desideras: et qui non derelinquis deuios, assume correctos. Moueãt pietatem tuam quesumus domine horum famulorum tuorum lachrymosa suspiria: tu eorum medere vulneribus, tu iacẽtibus manum porrige salutarem: ne ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur: ne grex tuus detrimẽtum sustineat: ne de familie tue damno inimicus exultet: ne renatos lauachro salutari mors secunda possideat. Tibi ergo domine supplices preces offerimus, tibi cordis fletum effundimus. Tu parce confitẽtibus: vt sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante defleant: quatenus in tremendi iudicij die sententiam eterne damnationis euadant. Et nesciant piissime pater quod terret in tenebris, quod stridet in flãmis, atq; ab erroris sui via ad iter reuersi iustitie, nequaq̃ vltra vulneribus saucientur: sed integrum sit eis atq; perpetuũ et quod gratia contulit, et quod misericordia reformauit. Per christum. Alia oratio.

Domine sancte pater omnipotẽs eterne deus, qui vulnera nostra curare dignatus es: te supplices rogam⁹ ac petim⁹ nos humiles tui sacerdotes: vt precib⁹ nostris aures tue pietatis inclinare digneris, atq; ad penitẽtiã cõfessione mouearis: remittasq; oĩa crimina: et peccata vniuersa condones. Desq; his famulis tuis dñe pro supplicijs veniã,

pro merore letitiã, pro morte vitã: vt qui ad tantã spem celestis apicis deuoluti sunt de tua mia confidentes: ad bona pacifici premij tui atqꝫ ad celestia dona puenire mereantur. Per. Hic non dicitur Oremus. sed sacerd. ad ppl'm cõuersus manu extẽsa sine nota dicat absolutionẽ. Alia oratio.

Absoluimus vos vice beati petri apostoloꝝ pricipis: cui collata est a dño potestas ligãdi atqꝫ soluendi. Et quantum ad vos pertinet accusatio, et ad nos remissio: sit vobis oipotẽs deus vita et salus: ⁊ omniũ peccatoꝝ vestroꝝ pius indultor. Qui viuit. ⁊c. Et sic surgant omnes a prostratione, osculantes formulas vel terram, sacerdote dicente Qui viuit. et si episcopus adest, dicat benedictionẽ: deinde incipiatur missa solenniter sine regimine chori. Officium.

Galath. vj. D



Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quẽ saluati et liberati sumus. ps. lxvj. Ps Deus misereatur nrĩ et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Si eps celebret, dicit Gloria patri. aliter non. Et siue episcopus celebret siue non, dicitur cantus de Conditor. Kyrie eleison. absqꝫ vsi. Si episcop⁹ celebret, dr Gloria in excel. aliter non. sequat Oremus. sine Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reatus sui penã, ⁊ cõfessionis sue latro premiũ sumpsit: cõcede nobis q̃s tue ppitiationis effectum: vt sicut in passione sua iesus christ⁹ dñs noster diuersa vtrisqꝫ itulit stipẽdia meritorũ: ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiã largiat. Qui tecũ. Ad Corinthios.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnũ: iam non est dñicã cenam mãducare. Vnusquisqꝫ enim suam cenã psumit ad manducandũ. Et ali⁹ qdẽ esurit: alius autẽ ebrius est. Nũqd domos nõ habetis ad mãducãdum et bibendũ? Aut ecclesiam dei contẽnitis, et cõfunditis eos qui non habent? Quid dicã vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino qd ⁊ tradidi vobis: quoniã dñs iesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ: et gratias agẽs fregit, et dixit. Accipite et manducate: hoc est corpus meũ, quod p vobis tradet. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter et calicem postq̃ cenauit, dicens. Hic calix nouũ testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunqꝫ bibetis, in meam cõmemorationẽ. Quotiẽscũqꝫ enim manducabitis panẽ hunc et calicem bibetis: mortem dñi annunciabitis, donec veniat. Itaqꝫ quicũqꝫ manducauerit panem, vel biberit calicẽ domini idigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis domini. Probet aũt seipsum homo: et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicãs corpus domini. Ideo inter vos multi ifirmi ⁊ imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: nõ vtiqꝫ iudicaremur. Dũ iudicamur autem, a domino corripimur: vt nõ cũ hoc mũdo damnemur. Hec predicta epistola legatur in pulpito: et ibidẽ cantet grad. a duobus pueris in superpellicijs. Gr. Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortẽ: mortẽ autem crucis. V. Propter quod ⁊ deus exaltauit il-

j. xj. c

Phi. ij. A

lum: et dedit illi nomen quod est super omne nomen. repetat grad. nisi eps celebret. Euangeliũ legatur in pulpito more dñicali. Secundum Joannem.



Ante diem festũ pasche: sciens iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mũdo ad patrẽ: cum dilexisset suos qui erant in mũdo, in finẽ dilexit eos. Et cena facta cũ diabolus iam misisset in cor vt traderet eum iudas simonis scariothis: sciẽs quia omnia dedit ei pater in man⁹, ⁊ quia a deo exiuit, ⁊ ad deum vadit: surgit a cena, ⁊ ponit vestimẽta sua. Et cum accepisset linteum precinxit se. Deinde misit aquã in peluim: ⁊ cepit lauare pedes discipulorum suorum, et extergere linteo quo erat pcinct⁹. Venit ergo ad simonem petrum. Et dixit ei petrus. Dñe, tu michi lauas pedes? Respondit iesus, et dixit ei. Qđ ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dixit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternum. Respondit ei iesus. Si nõ lauero te: non habebis partem mecum. Dixit ei simon petrus. Domine, non tantũ pedes meos: sed et manus et caput. Dixit ei iesus. Qui lotus est, nõ indiget nisi vt pedes lauet: sed est mũdus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eũ: propterea dixit, nõ estis mundi omnes. Postq̃ ergo lauit pedes eorum: accepit vestimenta sua: ⁊ cum recubuisset iterũ, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister et domine, et bene dicitis, Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus ⁊ magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. Et legatur in pulpito more dominicali sine Credo. nisi episcopus celebrauerit: tunc enim legatur euangelium more duplicis festi: et dicitur Credo. Offert. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam, et narrabo opera domini. Ponãtur a subdiacono tres hostie ad consecrandũ: quarum due reseruent in crastinũ: vna ad percipiendũ a sacerd. reliqua vt ponatur cum cruce in sepulchro. Secreta. ps. cxvii.

Ipse tibi quesumus dñe sancte pater omps eterne deus sacrificium nostrũ reddat acceptũ q̃ discipulis suis in sui cõmemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit: iesus christ⁹ dñs noster. Qui tec. Prefa. quoti. Hac die Sanctus solenniter cantetur, licet eps defuerit. Infra canonẽ Cõmunicantes. et Hanc igitur. et Qui pridie. ⁊ dicuntur tam a sacerdote q̃ ab episcopo. Tres pueri ante olei cõsecrationem: simul cantent hunc hymnum in superpellicijs O redemptor. Chorus idem repetat post vnũquenq̃ versum. Hac die non dicitur Agnus dei. nec pax detur: nisi episcopus celebrauerit, tunc enim dicatur Agnus dei. solenniter more duplicis festi: et sacri chrismatis ampulla p pace deosculetur. Cõio. Dominus iesus postq̃ cenauit cũ discipulis suis lauit pedes eorum, et ait illis: scitis quid fecerim vobis: ego dominus et magister exẽplũ dedi vobis vt et vos ita faciatis. Cantata Joan. xiij. B

communione: statim incipiatur de-
svere festi sine regimine chori, et sine
Deus in adiutoriu. Ab aliquo de su
periori gradu incipiatur an Calicem.

ps.cxv. Credidi propter quod locutus
sum: ego autem humiliatus
sum nimis. Ego dixi i excessu meo:
omnis homo mendax. Quid retri-
buam domino: pro omnibus que re-
tribuit michi? Calice salutaris acci
piam: et nome dni inuocabo. Uota
mea dno redda coram omni populo
eius: preciosa in conspectu dni mors
sanctoru eius. O domine quia ego
seruus tuus: ego seruus tuus & fili⁹
ancille tue. Dirupisti vincula mea
tibi sacrificabo hostiam laudis: & no
men dni inuocabo. Uota mea dno
reddam in conspectu omnis populi
eius: in atrijs dom⁹ dni in medio tui
hierusale. Non dr Gloria pri. sed repe-
titur an Calicem salutaris accipiam: & no
men dni inuocabo. Et ceteri ps cum suis
ais dicunt simili modo sine Gloria.

ps.cxix. Ad dominum cum tribularer
clamaui: & exaudiuit me. Do
mine libera animam meam a labijs
iniquis: et a lingua dolosa. Quid
detur tibi, aut quid apponatur tibi:
ad linguam dolosam? Sagitte po-
tentis acute: cum carbonibus deso-
latorijs. Hei michi quia incolatus
meus plongatus est, habitaui cum
habitantibus cedar: multum incola
fuit aia mea. Cum his qui oderunt
pacem, eram pacificus: cu loquebar
illis, impugnabant me gratis. aña.
Cum his qui oderut pace, eram pacificus: cu
loquebar illis, impugnabant me gratis.

ps.cxxxix. Eripe me domie ab hoie malo:
a viro iniquo eripe me. Qui
cogitauerunt iniquitates in corde:
tota die constituebant prelia. Acue
runt linguas suas sicut serpentes:
venenum aspidum sub labijs eoru.
Custodi me dne de manu peccato-
ris: et ab hominib⁹ iniquis eripe me.
Qui cogitauerut supplatare gres-
sus meos: abscoderut supbi laqueu
michi. Et funes extederut i laqueu:
iuxta iter scandalum posuerunt mi-
chi. Dixi domino, deus meus es tu:
exaudi domine vocem deprecatio-
nis mee. Domine dne virtus salu-
tis mee: obubrasti super caput meu
in die belli. No tradas me domine
a desiderio meo peccatori: cogitaue-
runt contra me ne derelinquas me,
ne forte exaltetur. Caput circuitus
eorum: labor labiorum ipsorum ope
riet eos. Cadet super eos carbones
in ignem deicies eos: in miserijs no
subsistent. Uir linguosus non diri-
getur in terra: virum iniustum ma-
la capiet in interitu. Cognoui quia
faciet dominus iudicium inopis: et
vindictam pauperum. Uerutame
iusti confitebutur nomini tuo: & ha-
bitabunt recti cum vultu tuo. an. Ab
hominibus iniquis libera me domine.

Domine clamaui ad te exaudi ps.cx
me: intende voci mee cum cla-
mauero ad te. Dirigat oratio mea
sicut incensum in conspectu tuo: ele-
uatio manuu mearum sacrificium
vespertinum. Pone dne custodiam
ori meo: et ostium circustantie labijs
meis. Non declines cor meu in ver-
ba malitie: ad excusandas excusatio-
nes in peccatis. Cu hoibus operan
tibus iniquitate: et non communica
bo cum electis eorum. Corripiet me
iustus in misericordia, et increpabit
me: oleu aute pctoris no impinguet
caput meum. Qm adhuc & oro mea
in beneplacitis eorum: absorpti sunt
iuncti petre iudices eorum. Audiet
verba mea quoniam potuerut: sicut

crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei in te speraui, non auferas animã meam. Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et a scandalis operantium iniquitatem. Cadẽt in retiaculo ei9 pctõres: singulariter sum ego donec transeam. ãn. Custodi me a laqueo quẽ statuerunt michi: et a scandalis operantium iniquitatem.

cxlj. Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sum. Effundo in cõspectu ei9 orationem meam: et tribulationem meam ante ipsum pronũcio. In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderũt laqueum michi. Considerabam ad dexteram et videbam: et nõ erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: & nõ est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine: dixi, tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Intẽde ad deprecationẽ meã: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia cõfortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectãt iusti donec retribuas michi. ãn. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Finita quinta antiphonã statim incipiatur ãn. Cenantibus.

Canticum beate marie.

Luce.j. Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spũs meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatẽ ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generatiões. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctũ nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eũ. Fecit potentiã in brachio suo: dispersit supbos mẽte cordis sui. Deposuit potẽtes de sede: & exaltauit humiles. Esuriẽtes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerũ suũ: recordatus misericordie sue. Sicut locut9 est ad patres nostros: abrahã & semini eius in secula. ãn. Cenantibus autem, accepit iesus panem: benedixit ac fregit, dedit discipulis suis. Luce. xxvj. Repetita ãna post Magnificat. dicat sacerd. post cõmunionem. cum Dñs vobiscum. et Oremus more solito. Postcõio.

Refecti vitalibus alimẽtis quesumus dñe deus noster: vt quod tempore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere cõsequamur. Per. Et sic missa et vespere simul finiantur: diacono dicente. Ite missa est. si episcopus celebret: si vero nõ, missa et vespere simul finiãtur, cũ Benedicamus dño. Propter solennitatem vero cene diaconus et subdiaconus dalmatica & tunica induãtur: licet episcopus non celebrauerit. Post prandium conueniãt clerici ad ecclesiã, ad altaria abluenda: et ad mãdatum faciẽdum: et ad completorium dicendum. In primis benedicat aqua more solito extra chorum priuatim. Deinde preparentur duo sacerd. excellentiores cum diacono et subdiacono de secunda forma, et cerofer. de prima forma: qui omẽs sint albis cũ amictib9 induti: & duobus clericis vinum et aquã deferentibus, et incipiant a maiori altari: et abluant illud infundentes vinum & aquã: et interim cantetur R. In monte oliueti. a toto choro corã altari cum suo V. & dicit sine Gloria patri. quo finito dicit V. & oro. de sancto in cui9 honore consecratum est altare: ab excel-

len. facerd. modesta voce. Itē sine nota, que terminetur sic Per christum. nec precedat nec subsequatur Dominus vobiscum. sed tantum Oremus ante orōnem. Eodem modo omnia altaria in ecclesia abluātur cum R. & v. sicut ordinati sunt in predicta historia: scz In monte oliueti. et cum v. et orō. de sctis vt̄s dictū est. Ita q̄ nullum R. incipiat nisi tm̄ corā altari: & ibi totum cantabit vt̄s diximus. Et semper in extrema ablutione cantet R. Circumdederunt. cum suo v. Et si plura fuerint altaria in ecclesia q̄ R. in predicta historia: tunc reincipiat historia ordine p̄dicto seruato: sed q̄ R. Circundederunt. semp vltimo loco cantetur. Post ablutionem altarium intrēt capl'm: et diaco. legat euāg. Ante diem festum sicut ad missam lectū est. deīde dicit sermo. Quo finito surgāt duo predicti facerd. & incipiēdo a maioribus lauēt oīm pedes vnus ex vna, & alter ex altera parte chori: et ipsi inuicē sibi lauent pedes. Et interim cantentur he sequentes añe cum suis p̄is a toto choro interim sedēte. añ. Mandatum nouum. p̄s. Deus misereatur nostri. tot' p̄s dicit sine Gloria pt̄i. & post vnūquēq3 v. repetatur añ. Et hoc modo dicunt oēs añe cum suis p̄is, que sequūtur. añ. Diligamus nos. p̄s. Ecce q̄ bonū. añ. In dieb' illis. p̄s Miserere. f. añ Maria ergo. p̄s Beati immacula. añ. Postq̄. p̄s. Audite hec oēs gē. He sequētes añe si necesse fuerit cātent: sin autē oīno p̄termittant. añ. Uos vocatis. añ Si ego dñs. añ. Ante diem. añ. Uenit ad petrū. Peracta ablutione pedū: dicto sermone accipiant charitatis potū. Quib' rite pactis: vnus facerdos dicat p̄ces hoc modo

Suscepimus deus m̄iam tuā. In medio templi tui. Tu mandasti. Mandata tua custodiri nimis. Ecce q̄ bonū & q̄ iocundum. Habitare fratres in vnum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto q̄s dñe officio seruitutis nostre: et q2 tu pedes lauare dignatus es tuis discipulis: ne despicias opera manuū tuarū, que nobis retinenda mādasti: sed sicut exteriora hic abluuntur inquinamenta corporū: sic a te oīm nostrū interiora mundētur peccata. Qđ ipse p̄stare digneris. Qui cum deo p̄re et sp̄u sancto viuis et regnas deus. Per oīa.

Si vero nullus adsit clericus sermonē faciens: ceteris vt prius peractis: post ablutionē pedū dicuntur preces predicte. Deinde legatur sequēs euāgeliū a quodā diacono de secūda forma in superpellicio sine titulo: benedictiōe prius petita ab executore officij: et legat more lectionis fratribus interim charitatis potum sumentibus: et legatur vsq3 ad illum finem Surgite, eamus hinc. et ita recedāt.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: non est seruus maior domino suo, neq3 apostolus maior eo q̄ misit illum. Si hec scitis, beati eritis si feceritis ea. Nō de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur scriptura. Qui mādu cat xiij.

mecum panem: leuabit cõtra me calcaneum suum. Amodo dico vobis priusq̃ fiat: vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis: qui accipit si quem misero me accipit. Qui autẽ me accipit, accipit eum qui me misit. Et cum hec dixisset iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aspiciebãt ergo adinuicem discipuli, hesitantes de quo diceret. Erat autem recumbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quem diligebat iesus. Innuit ergo huic simon petrus et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq̃ cum recubuisset ille supra pectus iesu, dixit ei. Domine, quis est? Respondit iesus. Ille est cui ego intinctũ panem porrexero. Et cũ intinxisset panem, dedit iude simonis scariothis. Et post bucellam introiuit in illum satanas, & dixit ei iesus. Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbẽtium: ad quid dixerit ei. Quidam autem putabant (quia loculos habebat iudas) q̃ dixisset ei iesus: eme ea que nobis opus sunt ad diem festũ, aut egenis vt aliquid daret. Cũ ergo accepisset ille bucellã, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit iesus. Nũc clarificatus est filius hominis: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo: et deus clarificauit eum in semetipso. Et continuo clarificabit eũ.

xiij. [?] Filioli, adhuc modicum vobiscum sũ. Queretis me: et (sicut dixi iudeis) quo ego vado, vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos: vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Dixit ei simon petrus. Domine, quo vadis? Respõdit iesus. Quo ego vado, non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Dixit ei petrus. Quare non possum te sequi modo? Animã meã pro te ponã. Respõdit ei iesus. Animã tuã pro me pones? Amen amẽ dico tibi: nõ cãtabit gallus donec ter me negabis. Et ait discipulis suis.



Non turbetur cor vestrum, neq̃ formidet. Creditis in deũ: et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quominus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero & preparauero vobis locum: iterum veniam et accipiã vos ad meipsum, vt vbi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis: & viam scitis. Dixit ei thomas. Domine, nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viã scire? Dixit ei iesus. Ego sum via, veritas, et vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me: et patrem meum vtiq̃ cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum. Dixit ei philippus. Domine, ostẽde nobis patrem: et sufficit nobis. Dixit ei iesus. Tanto tempore vobiscum sum, et non cognouistis me? Philippe, qui videt me: videt & patrem meum. Et quomodo tu dicis: ostẽde nobis patrem? Non credis quia ego in patre: et pater in me est? Verba que ego loquor vobis, Joan. xiiij. A

a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre, et pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera que ego facio et ipse faciet. Et maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo: hoc faciam. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternū. Spiritum veritatis, quem mundus non potest capere: quia non videt eū, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eū, quia apud vos manebit: et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum: et mundus me iam non videt. Vos autē videbitis me: quia ego viuo, et vos viuetis In illo die vos cognoscetis: quia ego sum in patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandata mea, et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autē diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligā eum: et manifestabo ei meipsum. Dixit ei iudas, non ille scariothis. Domine, quid factū est quia manifestaturus es teipsum nobis, et non mundo? Respondit iesus, et dixit ei. Si quis diligit me: sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus aūt spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quecunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Non quomodo mūdus dat: ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iam nō multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit michi pater, sic facio. Surgite eamus hinc.

¶ Feria. vj. in die parasceues dicta hora nona: accedat sacerdos ad altare, indutus vestibus sacerdotalibus in casula rubea: cum diacono et subdiacono, et ceteris ministris altaris, qui omnes sint albis cum amictibus induti sine tunicis: dictaque oratione dūica, statim procedat acolytus alba indutus ad legendum hāc lectionem ad gradum chori sine titulo, hoc modo.

In tribulatione suā mane consurgent ad me. Venite, et reuertamur ad dominum: quia ipse cepit Osee vj. a
et sanabit nos: percutiet, et curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, et viuemus in cōspectu eius. Sciemus sequemurque vt cognoscamus dominum. Quasi diluculū preparatus est egressus eius, et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciam tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertransiēs. Propter hoc dolaui in prophetis: et occidi eos in vbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur.

Quia misericordiam volui, et non sacrificium: et scientiam dei plusq̃ holocaustum. Chorus alternatim dicat tractum sequentem. Tractus.

bacuc ij. A
DOmine audiui auditum tuum, et timui: consideraui opera tua, et expaui. V. In medio duum animalium innotesceris: dum appropinquauerint anni cognosceris, dum aduenerit tempus ostenderis. V. In eo dum conturbata fuerit anima mea: in ira misericordie memor eris. V. Deus a libano veniet: et sanctus de monte vmbroso et condenso. Versus. Operuit celos maiestas eius: et laudis eius plena est terra. Sequatur oratio sine Dominus vobiscum. sed tãtum cum Oremus. et Flectamus genua Leuate. Oratio.

DEus a quo et iudas proditor reatus sui penam, et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propitiatiõis effectũ: vt sicut in passiõe sua iesus christus dominus noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorum: ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum viuit et regnat. etc. Subdiaconus legat hanc lectionem ad gradum chori sine titulo, hoc modo.

di
j. A



odi
A
DIxit domin⁹ ad moysen et aaron i terra egypti. Mẽsis iste vobis principium mensium: primus erit in mẽsibus anni. Loquimini ad vniuersum cetum filiorum israel: et dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias et domos suas. Si autem minor est numer⁹ vt sufficere possit ad vescendũ agnum: assumat vicinum suum qui coniunctus est domui eius iuxta numerum animarum que sufficere possint ad esum agni. Erit autem agnus absq; macula: masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis et hedum: et seruabitis eum vsq; ad quartãdecimam diem mensis huius. Immolabitq; eũ vniuersa multitudo filiorum israel ad vesperum: sumentq; de sanguine agni, ac ponẽt super vtrũq; postem et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum. Et edẽt carnes nocte illa assas igni: et azymos panes cum lactucis agrestibus. Nõ comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis: et os eius non confringetis, nec remanebit quicq̃ ex eo vsq; mane. Si quid residuum fuerit: igne comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: et calceamẽta habebitis in pedibus, tenẽtes baculos in manibus. Et comedetis festinanter. Est enim phase: id est transit⁹ domini. Chorus alternatim dicat tractum sequentem. Tractus.

ERipe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. V. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die constituebant prelia. V. Acuerũt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum. V. Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis libera me. V. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum michi. V. Et funes extenderunt in laqueũ pedibus meis: iuxta iter scãdalum posuerunt michi. V. Dixi domino deus meus es tu: exaudi domine vo- Ps. cxxxix

cem orationis mee. ℣. Domine domine virtus salutis mee: obumbrasti caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me, ne derelinquas me, ne unquam exaltentur. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. ℣. Ueruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Sequatur passio, sine Dominus vobiscum. et sine titulo hoc modo. m.



xviii. A Egressus est iesus cum discipulis suis trans torrentem cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem, et a pontificibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis, et facibus et armis. Jesus itaque sciens omnia que ventura erant super eum: processit et dixit eis. b. Quem queritis? m. Responderunt ei. a. Jesum nazarenum. m. Dixit eis iesus. b. Ego sum. m. Stabat autem et iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis iesus ego sum: abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. b. Quem queritis? m. Illi autem dixerunt. a. Jesum nazarenum. m. Respondit iesus. b. Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. m. Ut impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti michi, non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum, et percussit pontificis seruum: et abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo malchus. Dixit ergo iesus petro. b. Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit michi pater, non vis vt bibam illum? m. Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum comprehenderunt iesum et ligauerunt eum, et adduxerunt eum ad annam primum. Erat enim socer caiphe, qui erat pontifex anni illius. Erat autem caiphas, qui consilium dederat iudeis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem iesum simon petrus, et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici: et introiuit cum iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, et dixit ostiarie: et introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. a. Nunquid et tu ex discipulis es hominis istius? m. Dixit ille. a. Non sum. m. Stabant autem serui et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciebant se. Erat autem cum eis et petrus stans, et calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis: et de doctrina eius. Respondit ei iesus. b. Ego palam locutus sum mundo. Ego sem-

per docui in synagoga, et in templo quo omnes iudei conueniũt: et in occulto locut⁹ sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt que dixerim ego. m. Hec autem cum dixisset: vnus assistẽs ministrorum dedit alapam iesu, dicẽs. a. Sic respondes pontifici? m. Respondit ei iesus. b. Si male locut⁹ sum: testimonium perhibe de malo. Si autem bene: quid me cedis? m. Et misit eũ annas ligatum ad caipham põtificem. Erat autem simon petrus stãs, et calefaciens se. Dixerũt ergo ei. a. Nunquid et tu ex discipulis ei⁹ es? m. Negauit ille, et dixit. a. Non sum. m. Dixit ei vnus ex seruis põtificis cognatus eius, cuius abscidit petrus auriculã. a. Nõne ego te vidi in horto cũ illo? m. Iterũ negauit petrus: et statim gallus cãtauit. Adducunt ergo iesum a caipha in pretoriũ. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in pretorium, vt non contaminarentur: sed manducarent pascha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras, et dixit. a. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? m. Respõderunt et dixerunt ei. a. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissem⁹ eũ. m. Dixit ergo eis pilat⁹. a. Accipite eum vos: et secũdum legem vestram iudicate eum. m. Dixerunt ergo ei iudei. a. Nobis nõ licet iterficere quẽq̃. m. Ut sermo iesu impleretur quẽ dixit: significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterũ in pretorium pilatus: et vocauit iesum, et dixit ei. a. Tu es rex iudeorum? m. Respõdit iesus. b. A temetipso hoc dicis an alij tibi dixerũt de me? m. Respondit pilatus. a. Nunquid ego iudeus sum? Gens tua, et pontifices tui tradiderũt te michi. Quid fecisti? m. Respõdit iesus. b. Regnũ meũ nõ est de hoc mundo. Si ex hoc mũdo esset regnũ meũ: ministri mei vtiq̃ decertarẽt vt nõ traderer iudeis. Nunc aũt regnũ meũ nõ est hinc. m. Dixit itaq̃ ei pilat⁹. a. Ergo rex es tu. m. Respõdit iesus. b. Tu dicis, q2 rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum: vt testimoniũ perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. m. Dixit ei pilatus. a. Quid est veritas. m. Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad iudeos, et dixit eis. a. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis: vt vnum dimittam vobis in pascha. Uultis ergo dimittã vobis regẽ iudeorum? m. Clamauerũt rursũ oẽs, dicẽtes. a. Nõ hũc, sed barabbã. m. Erat aũt barabbas latro.



Tunc apprehendit pilatus iesum, et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: et veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebãt. a. Aue rex iudeorum. m. Et dabãt ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras, et dixit eis. a. Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis q2 nullã inuenio in eo causam. m. Exiuit ergo iesus portans spineam coronam, et purpureum vestimentum. Et dixit eis pilatus. a. Ecce homo. m. Cum er-





go vidissent eum pontifices et mini-
stri, clamabāt dicentes. a. Crucifige,
crucifige eū. m. Dixit eis pilatus. a.
Accipite eum vos, et crucifigite: ego
enī non inuenio in eo causam. m. Re-
sponderunt ei iudei. a. Nos legē ha-
bemus, et secūdum legem debet mo-
ri: quia filium dei se fecit. m. Cum er-
go audisset pilatus hunc sermonem
magis timuit. Et ingressus est preto
rium iterum, et dixit ad iesum. a. Un-
de es tu? m. Jesus autem responsum
non dedit ei. Dixit ergo ei pilatus. a.
Michi nō loqueris? Nescis quia po-
testatem habeo crucifigere te: et pote
statem habeo dimittere te? m. Respō
dit iesus. b. Nō haberes potestatem
aduersam me vllam: nisi tibi datum
esset desuper. Propterea qui tradidit
me tibi: maius peccatū habet. m. Et
exinde querebat pilat⁹ dimittere eū.
Judei autem clamabāt, dicentes. a.
Si hunc dimittis, non es amicus ce-
saris. Omnis enim qui se regē facit,
cōtradicit cesari. m. Pilatus ergo cū
audisset hos sermones, adduxit fo-
ras iesum: et sedit pro tribunali, in lo
co qui dicitur lithostratos, hebraice
autem gabatha. Erat autē parasce-
ue pasche, hora quasi sexta, et dixit
eis. a. Ecce rex vester. m. Illi autē cla
mabant. a. Tolle, tolle: crucifige eū.
m. Dixit eis pilatus. a. Regē vestrū
crucifigam? m. Responderunt ponti
fices. a. Nō habem⁹ regē, nisi cesarē.
m. Tunc ergo tradidit eis illum: vt
crucifigeretur. Susceperunt autem
iesum, et eduxerunt. Et baiulans sibi
crucem, exiuit in eum qui dicit calua
rie locū, hebraice autē golgotha vbi
crucifixerūt eū. Et cū eo alios duos
hinc et hinc: medium autem iesum.
Scripsit autem et titulum pilatus:
et posuit super crucem. Erat autem
scriptū. Jesus nazarenus rex iudeo-
rum. Hunc ergo titulum multi lege-
runt iudeorum: quia ppe ciuitatem
erat loc⁹ vbi crucifixus est iesus. Et
erat scriptum: hebraice, grece, et lati-
ne. Dicebant ergo pilato pontifices
iudeorum. a. Noli scribere rex iudeo-
rū: sed quia ipse dixit, rex sum iudeo-
rum. m. Respondit pilatus. a. Quod
scripsi, scripsi. m. Milites ergo cū cru



cifixissent eum: acceperunt vestimen
ta eius, et fecerunt quatuor partes,
vnicuiqȝ militi partem. Et tunicam.
Erat autem tunica inconsutilis: de-
super contexta per totum. Dixerunt
ergo adinuicem. a. Non scindamus
eam: sed sortiamur de illa cuius sit.

m. Ut scriptura impleretur, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: Hic accedāt duo ministri in superpelliciis: vnus ad dextrū et alius ad sinistrū cornu altaris: et inde duo linteamina amoueant: que ad hoc super altare fuerunt apposita et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe, et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulū stantem quem diligebat, dixit matri sue. v. Mulier, ecce filius tuus. m. Deinde dixit discipulo. v. Ecce mater tua. m. Et ex illa hora, accepit eā discipulus in suam. Postea sciēs iesus quia iā omnia consummata sunt: vt consummaret scriptura, dixit. v. Sitio. m. Uas ergo positum erat: aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponētes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum, dixit. v. Consummatū est. m. Et iclinato capite: tradidit spiritū. Sequatur Pater noster. Aue maria. In man⁹ tuas. m. Iudei ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerēt in cruce corpora sabbato (erat enim magn⁹ dies ille sabbati) rogauerunt pilatum vt frangerent eorum crura, et tollerentur. Uenerūt ergo milites: et primi quidem fregerūt crura: et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum autem cum venissent, vt viderūt eum iam mortuū, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit: et verum est testimonium eius. Et ille scit qz vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt eñ hec: vt scriptura impleretur. Os nō comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Uidebūt in quē transfixerūt. Euāgelium



Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia, eo ꝙ esset discipulus iesu (occultus autē ꝑpter metum iudeorum) vt tolleret corpus iesu. Et permisit pilatus. Uenit ergo, et tulit corp⁹ iesu. Uenit autem et nicodemus, qui venerat ad iesum nocte primum: ferēs mixturam myrrhe et aloes, quasi libras cētum. Acceperunt autem corpus iesu, et ligauerunt eū linteis cū aromatibus, sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus, et in horto monumentum nouum: in quo nondū quisꝗ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorum: quia iuxta erat monumētum: posuerunt iesum. ¶ Sequuntur orationes solennes: et ad vnāquanꝗ illarum dicitur Flectam⁹ gen. nisi ad eam qua oratur ꝓ iudeis. Et primo pro vniuersali statu ecclesie. Oratio.

Oremus dilectissimi nobis ī primis pro ecclesia sancta dei: vt eam deus et domin⁹ noster pacificare, et custodire dignet toto orbe terrarū subiiciēs ei principatus et potestates: detqz nobis quietā et trāquillam vitā degētibus glorificare deū patrē oīpotētē. Deinde dicat sacerd. Oremus. Deinde dicat diacon⁹. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui gloriam tuam omnibus in christo gentibus reuelasti: custodi quesumus opera misericordie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eundem. Chorus respondeat. Amen. et omnes orationes finiantur sub tono predicto. ¶ Pro papa. Oratio.

Oremus et pro beatissimo papa nostro N. vt deus et dominus noster qui elegit eum in ordine episcopatus, saluum atque incolumem custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populum sanctum dei. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: cuius iudicio vniuersa fundantur, respice propitius ad preces nostras: et electum nobis antistitem tua pietate conserua: vt christiana plebs que tali gubernatur authore, sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum nostrum.

¶ Pro vniuersis ordinibus. Oratio.

Oremus et pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, acolytis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, confessoribus, virginibus, viduis: et pro omni populo sancto dei. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum. in vnitate eiusdem. ¶ Pro rege. Oratio.

Oremus et pro christianissimo rege nostro N. vt deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes: ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura regnorum: respice ad christianorum benignus imperium: vt gentes que in sua feritate confidunt, potentie tue dextera comprimantur. Per dominum. ¶ Pro catechumenis. Oratio.

Oremus et pro catechumenis nostris vt deus et dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum, ianuamque misericordie sue: vt per lauachrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum: et ipsi digni inueniantur in christo iesu domino nostro. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas, auge fidem et intellectum catechumenis nostris: vt renati fonte baptismatis adoptionis tue filijs aggregentur. Per dominum.

¶ Pro quacunque tribulatione. Oratio.

Oremus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem vt cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincula dissoluat: peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem, nauigantibus portum salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: mestorum consolatio, laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per dominum. ¶ Pro hereticis. Oratio.

Oremus et pro hereticis et schismaticis: vt deus et dominus noster iesus christus eruat eos ab erroribus vniuersis, et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flecta

mus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui saluas oẽs homines et neminẽ vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita, errãtiũ corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum.

¶ Pro perfidis iudeis. Oratio.

Oremus et pro perfidis iudeis: vt de⁹ & dñs noster auferat velamen de cordibus eorum: vt et ipsi agnoscãt iesum christum dominum nostrum. Oremus. Non dicitur hic Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, q̃ etiã iudaicam perfidiam a tua mia non repellis: exaudi preces nostras quas p illius ppli obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que christ⁹ est, a suis tenebris eruaẽ. Per eundẽ. ¶ Pro paganis. Oõ.

Oremus et p paganis, vt deus oĩpotens auferat iniquitatem de cordibus eorum: vt relictis idolis suis: conuertantur ad deũ viuũ & verum: & vnicũ filiũ eius iesum christũ deum & dñm nostrũ cum quo viuit & regnat cum spiritu sancto deus. Per omnia secula seculoꝝ. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui non vis mortem peccatoꝝ sed vitã semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram: et libera eos ab idolorum cultura: & aggrega ecclesie tue sancte ad laudẽ et gloriã nominis tui. Per do. ¶ Finitis orationibus, exuat sacerdos casulã et in sede sua iuxta altare se reponat cum diacono & subdiacono: & interim alij duo pbri de supiori gradu nudatis pedibus albis induti absq; paratis, tenentes crucẽ coopertã sup brachia solenniter inter eos retro magnũ altare in dextera parte canant hos v. Popule meus. Duo diaconi de secũda forma in cappis suis nigris ad gradum chori ad altare conuersi, dicant Agyos. Chorus respondeat cũ genuflexione, osculãdo formulas trib⁹ vicib⁹ in vna respõsione, vnaquaq; vice resurgẽdo. Sanctus deus. Sacerdotes vero tenentes crucem retro altare, et diaconi ad gradum chori, dicentes Agyos. semper sint stantes. Item sacerdotes loco non mutato, dicant v. Quia eduxi. Diaconi. Agyos. Chorus. Sanctus deus. Item sacerdotes loco non mutato, dicant vs. Quid vltra. Diaconi Agyos. Chorus Sanctus deus. Deinde sacerdotes discooperiẽtes crucem iuxta altare, in dextera parte: canant hanc antiphonam Ecce lignum. Chorus cum genuflexione osculando formulas respondeat ãn. Crucem tuam. ps. De⁹ misereatur nri. Totus ps dicatur sine Gloria patri. a toto choro: et post vnumquẽq; versum repetaẽ ãn. similiter a toto choro cũ genuflexione: et interim ponatur crux solenniter super tertiũ gradum ab altari, iuxta quam sedeant predicti sacerdotes; vnus a dextris & alius a sinistris. Deinde pcedant clerici ad crucem adorandam nudatis pedibus, incipiẽtes a maioribus. Finito psalmo cũ ãn. cantetur sequens hymnus a duobus sacerdotibus interim sedẽtibus iuxta crucẽ modo supradicto. Hy⁹. Crux fidelis. Chorus idem repetat post vnumquemq; versum interim sedendo. Item sacerdotes dicant Pange lingua. v. De parentis. v⁹. Hoc opus. v. Quando venit. v. Lustra sex. v⁹ Hic acetum. v⁹. Flecte ramos. vs⁹. Sola digna. vs⁹. Gloria & honor. His finitis deporte-

tur crux per medium chori a predictis duobus sacerdotib⁹ vbi a populo adoretur ante aliqd altare: et interim canteur hec sequens ãn. in choro cũ suo versu a toto choro interim sedente. Cantor incipiat ãn. **Dum fabricator.** ℣. **O admirabi. Aperto** Adorata cruce, et finita ãn. predicta cũ suo versu: predicti sacerdotes ea reuerentia qua crucem antea exportauerũt: per mediũ chori vsq3 ad summũ altare iterum reportent. Tunc conueniant omnes cleri de choro ad altare: et reinduat sacerdos casulã quã prius exuerat: et accedat ad gradũ altaris cum diacono et subdiacono, et dicat **Confiteor.** et **Misereatur.** et **Absolutionẽ.** cum precibus et oratione **Aufer a nobis dñe.** more solito: tamẽ hic nõ detur osculum pacis. Deinde sacrificio super altare more solito deposito, et incensato cum aque et vini infusione in calicem: scil3 post ablutionem manuũ: dicat cũ humiliatione corã altari. **In spũ humilitatis** &c. osculãdo altare et benedicẽdo sacrificium: et vertat se, dicendo **Orate fratres.** more solito. Postea dicat statim humili voce sine nota **Oremus. Preceptis salutaribus.** cum orõne dñicali sc3 **Pater noster.** Chorus respõdeat. **Sed libera nos a malo.** Deinde dicat **Libera nos qs.** et **Da propitius.** In qua orõne dum dr̃ **Per eundem** frangat corpus domini sicut solet fieri ceteris diebus. Deinde dicat modesta voce: videlicet sine nota. **Per omnia secula seculorũ.** Chorus respondeat. **Amẽ.** Postea demittat in calicem sicut solet partem hostie. Non dr̃ **Pax domini.** nec **Agnus dei.** nec pax detur: sed statim communicet se sacerdos dicendo **Corpus domini.** &c. Ad corp⁹ et sanguine. **Corpus et sanguis dñi nostri iesu christi custodiat nos in vitam eternã. Amẽ.** nulla pcedẽte orõne. Deinde post lotionem manuum dicant vesperas, nõ cantãdo: sed bini et bini priuatim corã altari hoc modo. ãn. **Calicem.** ps. **Credidi ppter qđ.** et cetere añe cum suis psis, sicut in die cene. ãn. **Cenantibus autem.** ps. **Magnificat.** Deide statim dr̃ **Pater noster.** cum ps. **Miserere mei.** Quo finito, dicat sacerdos in audientia, sed sine nota postcõio sine **Dominus vobiscũ.** et sine **Oremus.** hoc modo incipiẽs. **Respice quesumus dñe super hanc familiam.** sine **Qui tecum.** Et sic missa et vespere simul finiatur. Nõ dr̃ **Dñs vobiscũ.** nec **Benedicamus dño.** nec **Ite missa est.** Finitis vesperis exuat sacerdos casulam: et assumẽs secum vnũ de prelatis in superpellicijs ambobus pedibus nudatis, reponat crucem in sepulchrũ pariter cũ corpore dñico, sc3 in pixide: incipiẽs ipse sol⁹ ℟. **Estimatus sum** genuflectendo cum suo socio: quo incepto statim surgãt, similiter fiat in ℟io **Sepulto domino.** Chorus prosequatur cũ suo ℣. genuflectendo continue vsq3 in finem seruitij. Deinde incensato sepulchro, et clauso ostio incipiat idem sacerd. ℟. **Sepulto.** Chorus percantet cũ suo ℣. Ad istas tres añas genuflectãt duo predicti sacerdotes continue. Sacerdos incipiat ãn. **In pace.** Chorus psequatur **in idipsum.** Itẽ sacer. ãn. **In pace factus est.** Chorus prosequatur **locus eius.** Itẽ sacer. ãn. **Caro mea.** Chor⁹ psequatur **requiescet in spe.** His finitis, et dictis orõnib⁹ ad placitũ secrete ab oĩbus cum genuflexione oĩbus alijs ad libitũ recedẽtibus ordine non seruato reinduat sacer. casulã et eodem ordine quo accessit in principio seruitij cum diacono et subdia. et ceteris

ministris altaris abscedat. Exinde
ardebit continue vnus cereus ad mi
nus ante sepulchrum vsqꝫ ad proces-
sionē que fit in resurrec. dñica in die
pasche: ita tamen qꝫ dum ps. **Benedi
ctus.** canit. &c. que sequūtur in sequē
ti nocte extinguat. Sic extiguat in
vigi. pasche dū bñdicit nouus ignis
vsqꝫ dum accendatur cereus pascha.
xxxvj. pedes cōtinēs in longitudine.


Abbato sancto in vi
gil. pasche cōgrega-
tis clericis i choro, di
ctaqꝫ hora nona pri-
mo fiat benedictio
ignis ab executore of
ficij, induto vestib⁹ sacerdotalib⁹ cū
cappa serica: diaconus dalmatica et
subdia. tunica induātur cum ceteris
ministris altaris albis cū amictib⁹
indutis sine lumine cū cereis, et sine
cruce, et sine igne in thuribulo. Qui-
dā etiā de prima forma in superpelli
cio cereū extinctū super hastā quādā
deferens: & processionē precedēs post
portitorē aque bñdicte p mediū cho-
ri ad nouū ignē benedicendū pcessio
naliter eat: choro sequen. habitu nō
mutato: et ad columnā ex parte au-
strali iuxta fontē vbi sacer. executor
officij ignem benedicat: q accēdatur
ibidem: scꝫ in medio inter duas colū-
nas. In eūdo vero dr iste ps. **Dñs il-
luminatio.** sine nota: et sine **Gloria
patri.** Hoc modo fiat statio ad ignē.
Sacerdos iuxta ignē stet ad orientem
cōuersus et ad sinistrū eius stet dia-
co. subdia. vero ad sinistrum diaco.
Ceroferarius vnus stet sacer. oppo-
situs: ad dexterā ceroferarij, puer te-
nens librū primior sacer. Alius aūt
ceroferarius stet retro sacerdotē. Ad
dextrū eiusdem ceroferarij stet porti
tor aque proximior sacerdoti, et vlti-
mo loco retro omnes a parte occidē-
tali stet portitor haste cum cereo. Ex
parte ignis: videlꝫ a parte australi
stet thuribulari⁹ ad accipiendū ignē
in thur. post benedictionem. Quibus
istis ministris ad sacerdotem conuer
sis interim choro circūstante: videlꝫ
ex parte boreali: sequatur benedictio
ignis solenniter a sacerd. ita dicente
Dñs vobiscum. et **Oremus.** Oratio.

DOmine de⁹ noster pater oṗs:
lumen indeficiēs, cōditor oīm
luminū, exaudi nos famulos tuos, &
bene ✠ dic hūc ignē qui tua sctifica-
tione ac bñdictione consecratur. Tu
illuminans omnē hominē venientem
in hūc mundū: illumina cōscientias
cordis nři igne tue charitatis, vt tuo
igne igniti, tuo lumie illuminati: ex-
pulsis a cordib⁹ nřis petōr tenebris:
ad vitā te illustrante puenire merea
mur eternā. Et sicut illumiasti ignē
moysi famulo tuo per colūnā ignis
ambulātē in mari rubro: ita illustra
nostrū lumen et cādelā q de eo fuerit
accēsa, in honorē maiestatis tue sem
per perseueret benedicta: & quicunqꝫ
lumen ex eo portauerit: sit illumina-
tus lumine grē spiritalis. **Per dñm.**
Et omnes orōnes dnr cum **Orem⁹.**
sub tono lectionis. Hic aspergat aq
bñdicta super ignē. Deinde dicatur
Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

DOmine sancte pater oṗs eter-
ne deus, bñ ✠ dicere & sancti-
✠ ficare digneris istum ignē: quem
nos indigni p inuocationē vnigeni-
ti filij tui dñi nři iesu christi bñ ✠ di-
cere presumimus. Tu clementissime
pater eū tua bene ✠ dictione sancti-
fica: et ad pfectum humani generis
peruenire concede. **Per.** Oratio.

CElesti lumine qs domine sem-
per hic et vbiqꝫ nos pueni: vt



mysterium cuius nos participes esse voluisti et puro cernamus intuitu, et digno percipiamus effectu. Per dominum. ℂ Sequatur benedictio thymiamatis siue incensi hoc modo.



Exorcizo te immūdissime spiritus, et omne fātasma inimici: in noīe dei patris oīpotentis, et in nomine iesu christi filij eius, et in virtute spiritus sancti: vt exeas et recedas ab hac creatura thymiamatis, siue incēsi, cū omni fallacia atqꝫ nequitia tua: vt sit hec creatura sancti ✠ ficata in nomīe dñi nostri iesu christi: vt omnes gestātes, tangentes siue odorantes eā, virtutē et auxiliū pcipiant spūs sctī: ita vt vbicūqꝫ hoc incēsum vel thymiama fuerit: ibidem nullatenꝰ appropinquare audeas, aduersa inferre psumas: sed (quicūqꝫ spūs immūde es) cū omni versutia tua pcul inde fugias atqꝫ discedas adiuratus. Per nomen et virtutē dei patris omnipotētis, et filij eius dñi nrī iesu christi: qui vēturus est in spū sancto iudicare viuos et mortuos, et te preuaricatorem, et seculum per ignem. Respōdeatur Amē. Oremus. Orō.


Eternam ac iustissimam pietatem tuā deprecamur dñe sancte pater omnipotēs eterne deus: vt bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris hanc thymiamatis vel incēsi speciem: vt sit incensum maiestati tue in odorem suauitatis acceptum. Sit a te species hec bene ✠ dicta, sit per inuocationē sancti nominis tui sancti ✠ ficata: ita vt vbicūqꝫ fumꝰ eius peruenerit, extricetur et effugetur omne genus demoniorū sicut incenso iecoris piscis quē raphael archangelus tobiam famulū tuum docuit, cum ascendit ad sare liberationem. Per christum. Oremus. Oratio.

Descendat bene ✠ dictio tua dñe super hāc speciē incensi et thymiamatis sicut in illo de quo dauid ppheta tuus cecinit, dicēs. Dirigatur oratio mea, sicut incēsum in conspectu tuo. Sit nobis odor cōsolationis suauitatis et gratie: vt fumo isto effugetur omne fantasma inimici mentis et corporis: vt simꝰ pauli apli vote bonꝰ odor deo. Effugiat a facie incensi huiꝰ siue thymiamatis omnis demonū incursus sicut puluis a facie venti: et sicut fumus a facie ignis: et presta hoc piissime pater boni odoris incensum ad opus ecclesie tue ob causam religionis iugiter permanere: vt mystica nobis significatione spiritualiū virtutū fragrans ostendat odor suauitatem. Tua ergo qs omps deus immensa maiestatis tue dextera hāc creaturā bene ✠ dicere ex diuersarū rerum cōmixtione cōfectam dignare: vt in virtute sctī noīs tui omnes immundorū spirituū fantasticos incursus effugare: omnesqꝫ morbos reddita sanitate expellere vbicūqꝫ fumus aromatū eius efflauerit mirabiliter possit: atqꝫ in odore fragrantissimo tibi perpetua suauitate redolere. Per do. Post benedictionem incēsi, impleatur thuribulū de carbonibꝰ cū incenso: et incensetur nouus ignis. Postea accēdatur solꝰ cereus super hastā de nouo igne ceteris luminaribus ecclesie prius extinctis: et deferatur in processione ad locū vbi cereus paschalis bñdictus est. Deinde redeat processio more solito in chorū. In redeūdo autem duo clerici de scda forma in superpel. cātent Inuentor rutili. Chorus idem repetat post vnūquēqꝫ vsum. Deinde sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso diaco. induto ad pcessionem ad



boreale conuerso ad gradū presbyterij: ceroferarijs diaco. assistentibus vno a dextris. reliquo a sinistris: ad eum cōuersis, cereis extinctis. Subdiaconus vero stet ei oppositus, iuxta quem stet portitor haste eodē modo conuersus. Post diaconum stet thur. diacono canente.


Exultet iam angelica tur-

ba celorum, exultent diuina

mysteria, et pro tan ti re-

gis victo ria tuba intonet

salu ta ris. Gau-

deat se tellus tantis irradiata


fulgo ribus, et eterni regis

splendore illustrata totius or-


bis se sen tiat a-


misis se ca li gi-

nem. Letetur et mater eccle-

si a tan ti luminis adornata

fulgo ribus: et magnis populo-

rum vo cibus hec aula re-

sul tet. Quapropter

astantibus vobis fratres charis-

simi ad tam mirā sancti huius lu-

minis clarita tē vna mecū queso

dei omnipotentis misericordiam

inuo ca te. Ut qui me

non meis meri tis intra leuita-
rum numerum aggregare digna-
tus est luminis sui gratia infun-
dente cere i huius laudem imple
re perfici at. Per dominũ
nostrũ iesum christũ filium tuum.
qui cum e o viuit et regnat deus
in vnita te spiritus sancti.

Per omnia secula seculo rũ.
Amẽ. Dñs vobiscũ. Et cũ spi-
ritu tuo. Sursum corda. Habem⁹
ad dominũ. Grati as agam⁹
domino deo nostro. Dignum
et iustũ est. Ve re quia dignũ
et iustum est inuisibilem deum
omnipotentem patrem filium
q; eius vnigenitum dominum no-
strum ie sum christum cum
sancto spiritu toto cordis ac
mentis affe ctu et vocis mi-
nisteri o persona re.
Qui pro nobis eterno patri ade


debitum soluit: et veteris piaculi cautionē pio cruo re deter sit


Hec sunt enim festa pa scha- lia in quib9 verus il le agnus oc ciditur eiusqȝ sanguine po- stes cōsecran tur. Hec nox est in qua primum patres nostros filios israel eductos de egypto ru brum mare sic co vestigio transi re feci sti.

Hec igitur nox est que peccatorum tenebras columne illuminatio ne purga uit


Hec nox est que hodie per uniuersum mundum in christo cre dentes a vitiis seculi segre gatos et caligi- ne peccatorum reddit gratie, sociat sanctita ti.

Hec nox est in qua destructis vinculis mortis christ9 ab infe-



ris victoꝛ ascen dit. Ni chil



enim nobis nasci pꝛofuit, ni si



redimi pꝛofuis set.



O mi ra circa nos


tue pieta tis digna tio.



O ine stimabi lis


dilectio chari tatis, vt seruū re=


dimeres filium tradidi sti.



O cer te necessarium ade-


peccatū et nostrū, qđ chꝛisti moꝛ-


te dele tum est. O felix



culpa que talem ac tan tum me-


ruit habere redempto-



rem. O certe bea-



ta nox que sola meruit scire tem=


pus et hoꝛam in qua chꝛistus ab



inferis resurrexit. Hec



nox est de


qua scriptum est: et nox vt


dies illuminabitur: et nox il=


luminati o mea in de li=


ciijs me is. Hu ius



igitur sanctificatio noctis fu-




gat scelera, culpas lauat, et red-




dit innocentiam lapsis, et mestis



leticiã, fugat odia, concordiam pa-



rat, et curuat impe ria. In




huius igitur no ctis gratia



su sci pe san cte pater

Hic ponatur incensum a diacono in cereum vel in candelabrum in modum crucis. Similiter et in paruum cereum portitore accendente.



incẽsi hui⁹ sacrificium vespertinũ




Quod ti bi in hac cerei oblatio-



ne so lenni p ministrorũ man⁹




de operibus apũ sacrosãcta reddit



eccle sia. Sed iam colũ-




ne huius pconia nouim⁹ quã ĩ ho




norẽ dei rutilans ignis accendit.

Hic accẽdat cereus de nouo igne, nec extinguat vsq3 post cõple. diei sequẽtis. Et ardebit cereus pasch. cõtinue p hebdo. pasch. ad matu. et ad mis. et ad vesp. Sic fiat in oct. pẽte. Õibus vero do. ab oct. pasch. vsq3 ad ascen. dñi ad mis. tñ. accẽdatur etiã in fest. sancti marci euangeliste, apl'orũ philippi et iaco. ad mis. tñ. In annũcia. btẽ ma. et in inuen. sctẽ crucis sicut in octa. pasch. accẽdatur. Hic ceroferarij cereos suos accendãt per ecclesiã.



Qui licet diuisus in partes mu-



tua ti luminis detrimenta non





nouit. Alitur liquantibus ceris





quas in substantiam precio se



huius lampadis apis ma ter


e duxit. O


bea ta nox que ex-



poli auit egyptios, ditauit he-



breos: nox in qua terrenis cele-



stia iunguntur. O


ramus te do mi ne



vt cereus iste in hono rem


nominis tui con secra tus



ad noctis hu ius caliginem



destruendã inde fi ci ens perse-



ue ret. In odorem



suauitatis accen sus super-



nis luminaribus miscea tur



Flammas eius lucifer matu-


ti nus inue niat.



Il le inquam lucifer


qui nescit oc ca sum.


Il le qui regressus



ab inferis huma no ge-


neri serenus il lu xit.



Pre camur er go


te do mi ne vt nos famulos



tuos, omnem clerum et deuo-



tissi mum populum vna cum



pa tre nostro pa pa


N. atq re ge nostro


N. necnon et epi-


scopo nostro N. quiete



temporum con cessa in his pa-


schalibus gaudijs conser-



ua re digne ris.



Qui sem per viuis, regnas,



impe ras, necnon et glo-


ria ris so lus de us, so lus


al tissi mus ie


su chri ste cum san-


cto spi ri tu in glori a


dei pa tris.


A men

¶ Finita benedictione cerei paschalis, sacerd. completurus officium, indutus casula ad altare autentica assumpta cũ suis ministris ad altare accedat, cõfessiõe iã non dicta: sed tm̃ **Pater noster**, et osculãdo altare cum suis ministris eat sessum. Abscedat cereus sup hastã: minister vero qui alium cereũ defert ad sinistrũ cornu altaris stet supra gradũ ad austrũ conuersus, quousq finiatur septiformis letañ. Debet autẽ candela cũ cereo pasch. amoueri fer. vj. post ascensionem domini. Postea legantur lectiões absq titulis a dignioribus personis ad gradum chori. Lectio.j.

Genes. j.
A

IN principio creauit deus celū et terram. Terra autē erat inanis et vacua, et tenebre erant super faciē abyssi: ⁊ spiritus dñi ferebatur sup aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem ꝙ esset bona: et diuisit lucem a tenebris. Appellauitq; lucem diem: et tenebras noctem. Factumq; est vespere et mane: dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamentum in medio aquarū: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamētum: diuisitq; aquas que erant sub firmamēto, ab his que erant super firmamentū. Et factū est ita. Uocauitq; deus firmamentū, celū: ⁊ factū est vespere ⁊ mane dies secund⁹. Dixit vero deus. Cōgregentur aque q̄ sub celo sunt in locum vnū: ⁊ appareat arida. Factūq; est ita. Et vocauit deus aridā terrā: cōgregationesq; aquarū appellauit maria. Et vidit deus ꝙ esset bonum, ⁊ ait. Germinet terra herbā virentē et facientē semen: et lignū pomiferū faciēs fructū iuxta genus suū, cuius semē in semetipso sit super terrā. Et factū est ita. Et protulit terra herbā virentē et afferētem semen iuxta genus suum: lignūq; faciens fructū, et habēs vnūquodq; sementē scđm speciem suā. Et vidit deus ꝙ esset bonū: factūq; est vespere et mane: dies tertius. Dixit autē deus. Fiāt luminaria in firmamento celi: ⁊ diuidāt diē ac noctem: et sint in signa ⁊ tēpora, ⁊ dies ⁊ annos: vt luceāt in firmamēto celi, ⁊ illuminent terrā. Et factum est ita. Fecitq; deus duo luminaria magna: luminare maius vt preesset diei, ⁊ luminare min⁹ vt p̄esset nocti. Et stellas. Et posuit eas in firmamēto celi, vt lucerent super terrā: et preessent diei ac nocti: ⁊ diuiderēt lucem ac tenebras. Et vidit deus ꝙ esset bonum: ⁊ factū est vespere ⁊ mane: dies quartus. Dixit etiā deus. Producāt aque reptile anime viuentis: ⁊ volatile super terrā sub firmamento celi. Creauitq; deus cete grandia: et omnem animā viuentē atq; motabilem quā p̄duxerāt aque in species suas, et omne volatile scđm genus suum. Et vidit deus ꝙ esset bonum: benedixit eis, dicens. Crescite et multiplicamini, et replete aquas maris: auesq; multiplicentur super terrā. Et factū est vespere ⁊ mane: dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra animam viuentē in genere suo: iumēta et reptilia et bestias terre scđm species suas. Factūq; est ita. Et fecit de⁹ bestias terre iuxta species suas: iumenta et omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus ꝙ esset bonum, et ait. Faciamus hominē ad imaginem et similitudinē nostrā, et presit piscibus maris et volatilibus celi, et bestijs terre: vniuerseq; creature, omniq; reptili qđ mouet̃ i terra. Et creauit deus hominē ad imaginē et similitudinē suā: ad imaginē dei creauit illū, masculum ⁊ feminā creauit eos. Benedixitq; illis deus, et ait. Crescite et multiplicamini: et replete terrā, et subiicite eā: et dñamini piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi: et vniuersis animantibus que mouent̃ super terrā. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis omnē herbā afferētem semē super terrā, et vniuersa ligna q̄ habēt i semetipsis sementē generis sui: vt sint vobis in escam, et cunctis animātibus terre, omniq; volucri celi, et vniuersis que mouentur in terra, et in quibus est anima viuens vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditq; deus cuncta que fecerat, et erant valde bo-

na. Et factū est vespere et mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi ⁊ terra: ⁊ omnis ornatus eorum. Cōpleuitqꝫ deus die septimo opus suū quod fecerat: ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso opere suo quod patrarat. Oēs orationes sine Dn̄s vobiscū. et sine Flectamus genua leuate. dicuntur: sed tantum cum Oremus. Oratio.

Deus qui mirabiliter creasti hominem, et mirabilius redemisti: da nobis q̄sumus contra oblectamēta peccati mentis ratione persistere: vt mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per. Lectio secunda.

Factum est in vigilia matutina, et ecce respiciēs dominus super castra egyptiorum per columnam ignis et nubis: interfecit exercitum eorū, et subuertit rotas curruū: ferebātur qꝫ in profundum. Dixerūt ergo egyptij. Fugiamus israelem: dn̄s enim pugnat pro eis cōtra nos. Et ait dominus ad moysen. Extēde manum tuam super mare: et reuertantur aque ad egyptios super currus et equites eorum. Cūqꝫ extendisset moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorē locū. Fugientibusqꝫ egyptijs occurrerūt aque: et inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerseqꝫ sunt aque: et operuerūt currus et equites cuncti exercitus pharaonis q̄ sequētes ingressi fuerant mare, nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem israel perrexerunt per medium sicci maris: et aque erant eis quasi p̄ muro a dextris et a sinistris. Liberauitqꝫ dominus in die illa israel de manu egyptiorum: et viderunt egyptios mortuos super littus maris, et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Metuitqꝫ populus dominū: et crediderunt domino, et moysi seruo ei⁹. Tunc cecinit moyses et filij israel carmen hoc, dn̄o: ⁊ dixerūt. Oēs tractus dn̄r a choro alternatim preter vltimū tractū, scꝫ Laudate. Ita q̄ primus tractus incipiat ex parte chori legētis lectionē. Deinde incipiatur alternatim. Tractus. Exodi xv. A

Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est, equum ⁊ ascensorem proiecit in mare: adiutor et protector factus est michi in salutem. ℣. Hic deus meus et honorificabo eum: deus patris mei, et exaltabo eum. ℣. Dominus conterens bella: dominus nomen est illi. Oratio. Exodi xv. D

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris seculis coruscare sentimus: dum quod vni populo a persecutione egyptiaca liberando dextere tue potentiā contulisti, id ad salutem gētium per aquam regenerationis operaris: presta quesumus vt et in abrahe filios, et in israeliticam dignitatem totius mundi trāseat plenitudo. Per. Lectio tertia.

Apprehendent septē mulieres virum vnum in die illa: dicentes. Panem nostrum comedemus, ⁊ vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomē tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germē domini in magnificentia et gloria: et fructus terre sublimis, et exaltatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit. Omnis qui relictus fuerit in sion, et residuus in hierusalē: sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in hierusalē. Si abluerit dn̄s sordes filiarū sion: et sanguinem hierusalem lauerit de medio ei⁹ in spiritu iudicij, ⁊ spū ardoris. Et creauit dn̄s super oēm locū montis sion, ⁊ vbi inuocatus est nubem per diem: ⁊ fumū ⁊ splendorem Esaie iiij. A

ignis flāmātis in nocte. Super oēm enim gloriā protectio et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu, et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluuia. Tractus.

Esa. v. A — Vinea facta est dilecto in cornu in loco vberi. V. Et maceriam circundedit et circumfodit & plantauit vineam soreth: et edificauit turrim in medio eius. V. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth domus israel est. Oremus. Oratio.

Deus qui nos ad celebrādum paschale sacramentum vtriusqz testamenti paginis imbuisti, da nobis itelligere misericordias tuas: vt ex perceptione presentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per dominum no. Lectio quarta.

Deute. xxxi. F — Scripsit moyses canticum: et docuit filios israel. Precepitqz dominus iosue filio num, et ait. Confortare et esto robustus: tu enī introduces filios israel in terram quā pollicitus sum patribus eorū, et ego ero tecum. Postqꝫ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine atqz compleuit: precepit leuitis qui portabant arcam federis domini, dicens. Tollite librum istum: & ponite illum in latere arce federis domini dei nostri, vt sit contra te ibi in testimoniū. Ego enim scio contentionem tuam: et ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominum: quāto magis cū mortuus fuero? Congregate ad me oēs maiores natu per trib9 vestras, atqz doctores: et loquar audientibus eis sermones istos, et inuocabo contra eos celum et terram. Noui enim qꝫ post mortem meam inique agetis: et declinabitis cito de via quam precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in conspectu domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo moyses audiente vniuerso cetu filiorum israel verba carminis huius: et ad finem vsqz compleuit. Tractus.

Attende celum et loquar: et audiat terra verba ex ore meo. Vsus. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: et descēdant sicut ros verba mea: sicut imber super gramina. Vsus. Et sicut nix super fenum: quia nomen domini inuocabo. Vsus. Date magnitudinem deo nostro: deus verax: opera eius, et omnes vie eius iudicia. V9. Deus fidelis in quo non est iniquitas: iustus & sanctus dominus. Sequatur oratio.

Deus qui ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas: concede propitius vt quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per. Hac orationem nō sequatur lectio: sed tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. V9. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei? Vsus. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per singulos dies, vbi est deus tuus? Deinde sequantur due orationes sub vno Per dominum. et sub vno Oremus. Oratio.

Concede quesum9 omnipotēs deus: vt qui festa paschalia agimus: celestibus desiderijs accensi, fontem vite sitiamus, Dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat deus.

Omnipotens sempiterne deus, respice propitius ad deuotionem populi renascentis qui sicut ceruus aquarum expetit fontem: et concede propiti9 vt fidei ipsius sitis, ba-

ptismatis mysterio animā corpusq3 sanctificet. Per do. Deinde sequatur septiformis letania, q̄ in medio chori a septem pueris in superpellicijs dicitur: & interim exuat sacerdos casulam & sumat cappam sericā rubeam adhuc stando ante altare, donec percātetur letania. &c. vt in processionalibus continetur. Finita letania sc3 Rex sanctorum. incipiatur missa solenniter a cantore sine regimine chori sic Kyrie eleison. et dicitur cantus de Lux & origo. absq3 v. & interim sacer. assumpta casula ad altare dicat Cōfiteor. Misereatur. et Absolutionem. cum precibus & oratione Aufer a nobis domine. more solito: tamen hic non detur osculum pacis. Deinde thurific. altare: et postea incipiat.



Glo- ria in excelsis de o.

Tunc omnes genuflectāt exuentes cappas nigras: et tūc pulsentur oēs campane in classicum, choro canente Et in terra pax. Sequatur Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimam noctē gloria dominice resurrectionis illustras, cōserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quem dedisti: vt corpore & mēte renouati: puram tibi exhibeāt seruitutem. Per eundem do. in vnitate eiusdem. Sequens epistola legatur in pulpito. Ad Colossenses.

Fratres. Si consurrexistis cū christo, que sursum sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Que sursum sunt, sapite: non que super terrā. Mortui enim estis: et vita vestra abscōdita est cum christo in deo. Cum enim christus apparuerit vita vestra; tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Lecta epistola, duo clerici de secunda forma in cappis sericis in pulpito cantēt hoc Alleluia. Chorus idem repetat: et prosequatur: et clerici. V℣ Confitemini dn̄o quoniā bonus: quoniā in seculū mia ei℣. ps.cxvij

Chorus finiat cum neuma. Item clerici reincipiāt Alleluia. sine neuma. Deinde sequatur tractus qui a duobus de scd'a forma in cappis nigris ad gradū chori totus et integer cantetur choro interim sedente. Tract℣.

Laudate dn̄m oēs gētes, et collaudate eum oēs populi. ps.cxvi. V. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in eternū. Interim vero procedat diaconus cum subdiacono per medium cho. more solito, sine cruce ad legēdum euāgel. quem precedant duo cerofer. cereis extinctis: & legatur in pulpito more dominicali.



Secundum Mattheum.

xxviij. A
Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene, & altera maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus autem dn̄i descendit de celo: & accedēs reuoluit lapidē, & sedebat super eum. Erat autē aspectus eius sicut fulgur: & vestimēta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui. Respondēs autē angelus dixit mulieribus. Nolite

timere vos. Scio enī q iesum q̄ crucifixus est queritis. Nō est hic. Surrexit enī: sicut dixit. Venite, et videte locū vbi positus erat dn̄s. Et cito euntes dicite discipulis eius q surrexit: et ecce precedet vos in galileā. Ibi eū videbitis: ecce predixi vobis. Non dr Credo. sed post euangelium dicitur Dominus vobiscū. et Oremus. Nō dicitur offertorium. Secreta.

Suscipe quesum⁹ domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiate mysteriis: ad eternitatis nobis medelam te operante proficiāt. Per dominum. Prefatio. Et te quidē omni tempore: sed in hac potissimū nocte. et Communicantes et noctem sacratissimam. et Hanc igitur. Hec prefatio dicitur per totam hebdomadā pasche: et in omnib⁹ dominicis vsq ad ascensionem domini quādo de resurrectione agitur. Communicātes. vero, & Hanc igitur. per hebdomadā et in octa. pasche tantum dicuntur. Hac die dicitur Sanctus. solenniter. Sacerdote vero dicente Pax domini sit semper vobiscū. et choro respōdente Et cum spiritu tuo. Non dicitur Agnus dei. nec pax detur: sed facto interuallo, incipiātur vespere festiue sine regimine chori, sine campanarū pulsatione, et sine Deus in adiutorium. a quodā de superiori gradu ex parte cho. sic. Alla. Psalmus.

Laudate dominū omnes gentes: laudate eum oēs populi. Quoniam cōfirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Gloria patri & filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū amen. Tota dicitur antiphona Alleluia alleluia alleluia alleluia.

Qua dicta: statim incipiatur antiphona super Magnificat. ab excellentiore post eum qui celebrauerit: sed non percātetur a choro ante psalmi intonationem. Non thurificetur altare, neq chorus. Antiphona. Vespere autē sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene, et altera maria videre sepulchrum, alleluia. Psalmus. Magnificat anima. Repetita antiphona, dicat sacerdos Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalib⁹ satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum nostrū iesum christum filiū. &c. Et sic missa et vespere simul finiantur: dicente diacono Ite missa est. cū nota de Alleluia.

¶ Oratio dicenda a sacerdote ante missam.



Deus qui de indignis dignos facis, et de peccatoribus iustos et sanctos, & de immūdis mundos: munda cor et corpus meū ab omni contagione et sorde peccati, et fac me dignum atq strenuum sanctis altaribus tuis ministrum, et concede ppitius, vt in hoc altari ad quod indignus accedo hostias acceptabiles atq placabiles offeram pietati tue pro peccatis et offensis meis: et innumeris quotidianisq excessibus meis, atq cunctorum simul christianorum culpis abluendis: et per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi deo patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum viuit & reg.

¶ Oratio dicenda a sacerdote ante missam.

Domine non sum dign⁹ vt intres sub tectum meũ: ʒ cõfisus de tua pietate ad altare tuũ accedo ĩfirm⁹ ad medicũ vite, cecus ad lumẽ claritatis eterne, egenus ad dñm celi et terre, nudus ad regem glorie, ouis ad pastorẽ, figmẽtum ad suum creatorẽ, desolatus ad piũ consolatorẽ, miser ad misericordẽ, criminosus ad venie largitorẽ, ĩpius ad iustificatorẽ, indurat⁹ ad grẽ infusorẽ, rogãs immẽse mĩe tue abundantiã, quatenus meã digneris sanare infirmitatem, lauare feditatẽ, illuminare cecitatẽ, ditare paupertatẽ, vestire nuditatẽ, reducere errãtem, cõsolari desolatũ, reconciliare reum, peccatori dare veniã, misero indulgẽtiam, criminoso vitã, mortuo iustificationẽ: vt te panem angelorum, regem regum & dñm dominatium recipere merear ea corporis castitate et animi puritate, ea cordis contritione & lachrymarum fonte: ea letitia spirituali et celesti gaudio, eo timore et tremore, ea reuerentia & honore, ea fide & humilitate, eo proposito et amore, ea deuotione et gratiarũ actione quibus oportet & decet ita vt prosit michi ad vitã eternam, et in remissionem omnium peccatorum meorum. Amen.

¶ Oro dicẽda a sacerd. post missam.

Omnipotẽs sempiterne deus conseruator animarũ mũdiq; redemptor: me famulũ tuũ ante maiestatẽ tuã pstratũ benignissime respice: et hoc sacrificiũ quod in honore nominis tui p salute fideliũ tam viuorum q̃ mortuorum, ac etiam p peccatis et offensionibus nostris obtuli: piissime respice, iram tuã amoue a me, gratiã et misericordiã tuam michi concede, ianuã paradisi michi pande, et ab omnibus malis me potenter eripe: et quicquid reatu pprio cõmisi indulge: sic in hoc seculo preceptis tuis me fac pseuerare vt dign⁹ efficiar electorum gregi copulari: te prestante deus meus cuius nomẽ benedictum honor atq; regnũ permanet in secula seculorum. Amen.

¶ Oro deuota de sacramẽto altar.

Omnipotẽs et misericors deus, ecce accedo ad sacramentũ corporis et sanguinis vnigeniti filij tui dñi nr̃i iesu xpi, accedo tanq̃ infirmus ad medicũ vite, immũd⁹ ad fontẽ mĩe. Rogo ergo imẽse maiestatis tue abũdantiã quatenus meã digneris sanare ĩfirmitatẽ, ditare paupertatẽ, vt panẽ angelorũ regem regum tãta reuerẽtia et tremore, tãta cõtritione et amore suscipiã sicut expedit aĩe mee. Da michi queso illius dñici corporis et sanguinis non solũ suscipere sacramentum: sed etiã virtutẽ sacramẽti. Dulcissime deus, da michi sic suscipere corpus vnigeniti tui dñi nostri iesu christi: quod traxit de virgine maria: vt corpori suo mystico merear incorporari: ac inter ei⁹ mẽbra cõnumerari. O pater amãtissime cõcede michi dilectũ filiũ tuum quem quidem velatũ suscipere ppono, reuelata tandẽ facie cõtemplari. Qui tecũ et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Oro dicẽda a sacerd. post missam.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ iesu christe dñe esto ppitius peccatis meis: per assumptionẽ corporis et sanguinis tui: tu enim loquẽs dixisti: qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Ideo te supplex deprecor vt in me cor mũdum crees, et spi-

ritum rectum in visceribus meis innoues: et spiritu principali me cōfirmare digneris: atq3 ab omnibus insidijs diaboli ac vitijs emundes, vt gaudiorū celestium merear esse particeps. Qui viuis et reg.

¶ Incipit dictamen beati Augustini, de regimine sacerdotum.



Viri venerabiles sacerdotes dei, pcones altissimi, lucerne fidei, charitatis radio fulgentes et spei: auribꝰ percipite verba oris mei. Uos in sanctuario dei deseruitis. Uos vocauit palmites, christꝰ vera vitis. Cauete ne steriles aut inanes sitis, si cū vero stipite viuere cupitis. Uos estis catholice legis protectores. Sal terre, lux hoim, ouiū pastores. Muri domꝰ israel, mox correctores. Judices ecclesie, gentium doctores. Si cadat ptectio legis: lex labetur. Si sal euanuerit, in quo salietur? Nisi lux appareat via nescietur: nisi pastor vigilet, ouile frangetur. Uos existis vineam dei propagare. Quā doctrine riuulis debetis rigare. Spinas atq3 tribulos pcul extirpate: vt radices fidei possit germinare. Uos estis in area boues triturantes. Prudenter a palea grana separātes. Uos habent in speculo legem ignorantes Laici qui fragiles sunt et incōstātes. Quicquid vidēt laici vobis displicere. Sibi procul dubio dicūt nō licere. Quicquid vos in opere vident adimplere. Credunt esse licitum et culpa carere. Cum pastores ouium sitis constituti. Nō estote desides sicut canes muti. Uobis nō deficiāt latratus veriti. Lupus rapax inuidet ouiū saluti. Grex fidelis duplici cibo sustinetur. Corpore dominico quo salus augetur. Sermonis cōpendio qđ discrete daſ. Mundano cibario ne periclitetur. Quibꝰ tenemini vestris predicare. Sed qđ quibus, qualiter, vbi, quādo, quare Debetis solicite precōsiderare. Ne quis in officio dicat vos errare. Spectat ad officiū vestre dignitatis. Gratie petentibus dona dare gratis. Nec cuiq3 fidei munera vendatis. Incursuros gregibꝰ lepra vos fiatis. Gratis eucharistiā plebi ministrate. Gratis cōfitemini, gratis baptizate. Ut gratis accepistis, sic et gratis date. Solum id quod fuerit vestrū conseruate. Uestra conuersatio sit religiosa. Munda cōscientia virtus virtuosa. Regularis habitꝰ honorosa. Nulla vos coinquinet labes criminosa. Nullus fastus intima premet vestre mentis. Grauis sit intuitꝰ habitus sit testis. Nichil vos illaqueet curis inhonestis. Quibus claues tradite sunt regni celestis. Estote breuiloqui ne vos ad reatum Protrahat loquacitas nutrix vanitatū. Uerbū quod pponitis sit abbreuiatum. Nam in multiloquio non deest peccatū. Estote beneuoli, sobrij, prudentes. Justi, casti, simplices, et compatientes. Hospitales, humiles, subditos docētes. Consulentes miseros, prauos corrigentes. Utinam sic gerere curam pastoralem Possitis: et ducere vitā spiritalem. Ut cum exueritis chlamydē carnalē, Induat vos dominus stolam eternalem. Amen.

¶ Orō diceda a sacerd. post missam.



Gratias tibi ago dn̄e deus oipotēs pater, qui me dignatus es satiare corpore ⁊ sanguine dilecti filij tui domini nr̄i iesu chri-

sti. Deprecor imme̅sam cleme̅tia̅ tua̅ omnipote̅s et misericors domine vt hec sancta co̅munio no̅ sit michi ad iudicium seu ad conde̅nationem: sed sit michi arra fidei et scutu̅ bone voluntatis ad euacua̅das insidias inimici de mente mea. Ad extirpa̅dam superbie pestem, gule libidine̅: et lingue procacitatem, et ad illud introire co̅uiuium vbi lux vera et vbi sunt perpetua gaudia iustorum. Item peto domine vt hec sancta communio sit michi dux et viaticum ad portum salutis eterne. Ipsa sit michi consolatio: du̅ tribulor in cogitationibus, in bono proposito amor suauissim⁹: in tribulatione et angustia patie̅tia, in infirmitate medicina. Per hec sacratissima mysteria que sumpsi: presta michi fidem rectam, spem firma̅, charitatemq̅ perfecta̅, mundi abrenunciationem, desiderij purificationem, mentis dulcedinem, tui ardentem dilectione̅, ad dilecti filij tui passionis memoria̅ ac viscerosam compassionem: vitam meam plena̅ virtutibus in tua laude et sincera fide seruare. Et in hora exitus mei gratiam tanti mysterij cum vera fide, certa spe et sincera charitate percipere: vt te videam sine fine. Amen.

Presbyter in christi me̅sa: quid agis bene pensa.
Aut tibi vita datur: aut mors eterna paratur.
Dum candela luit: se destruit officiando.
Presbyter ita ruit: si sit reus celebrando.
Mors tua, mors christi, fraus mundi, gloria celi.
Et dolor inferni: sunt memoranda tibi.

¶ Missa recollectionis festoru̅ beate marie virginis. Officium.



Gaudeamus omnes in d̅n̅o diem festum celebrantes, sub honore marie virginis: de cui⁹ sole̅nitatib⁹ gaudent angeli, et collauda̅t filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. — Ecclesie vox. — Ps. xliiij.

Oratio.

Deus qui nos co̅ceptionis, natiuitatis, annunciationis, visitationis, purificationis, et assumptio̅is beate et gloriose virginis marie gaudia recolendo letificas: concede nobis sic laudibus eius ꝫ seruitio digne insistere: vt eam in omni necessitate et angustia ꝫ precipue in hora mortis presente̅ et auxiliatricem sentiamus, ꝫ tecum post mortem, per ipsam et cum ipsa gaudere mereamur in celis. Per dominu̅ nostrum.

Lectio libri sapientie.

Surge propera amica mea speciosa mea, et veni colu̅ba mea in foraminibus petre: in cauernis macerie. Oste̅de michi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis est: et facies tua decora. Quam pulchra es amica mea q̅ pulchra es: oculi tui columbarum absq̅ eo q̅ intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum: que asce̅derunt de monte galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum: que ascenderunt de lauacro. Tota pulchra es amica mea, ꝫ macula non est in te. Veni de libano sponsa mea, veni de libano: veni coronaberis. Vulnerasti cor meum soror mea: sponsa vulnerasti cor meum. In vno oculorum — Ca̅tico. ij. A — Ca̅tic. iiij. A

tuorum, et in vno crine colli tui: mel et lac sub lingua tua, et odor vestimētorum tuorū, sicut odor thuris. Gr.

Laus eccl'ie. Luce splendida fulgebis, et omnes fines terre adorabunt te. ℣. Nationes ex longinquo ad te venient, et munera deferētes adorabūt in te dominum, & terram tuam sanctificatio-

Ecclia. nem habebūt. Alleluia. ℣. Beati oēs q̄ diligūt te o virgo: et q̄ gaudēt sup pace tua, benedictus dn̄s q̄ exaltauit te, & posuit super te regnū eius in secula seculoꝝ. Sequētia.

Mittit ad sterilem non quēuis nunciū: sed summi angelum luce refulgētē amatoꝛ hominis. Miratur et credit, et leta concipit dei genitricem: quā gaudēs peperit cūctis amabilē. Uirgo singularis manet in abdito: mente seruit deo cāticis et hymnis, mundo profutura. Castum propositum voto confirmauit, angelos meretur habere cōsortes: nostra reparatrix. A summo cardine mittit archangelum, audit et suscipit puella nuncium credit et concipit. Festinat grauida virgo puerpera visitat sterilem matrem precursoris: res ineffabilis. Mundi redemptorem peperit intacta, gaudiū angelis, preciū hominū victisq; triumphum. Humilis infantem deo representat: illi munus offert quod lex preceperat hoc senex excipit. Mundi dominatrix choros angeloꝝ transcendit assumpta regina celorū, dei mater alma. Illic cōcathedrat virginū filius imponit coronā super caput eius ad gloriam dei. Ista mirifica plebs tua celebrat: tibi mente psallit & voce iubilat mater orphanorum. Pro nobis obtine genitrix veniam et reatū dilue et dona patriam in arce syderum. Amen.

Secundum Lucam.

f. D In illo tempore. Exurgens maria, abijt in mōtana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie: et salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit in gaudio infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sctō elizabeth: et exclamauit voce magna, et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis, exultauit infans in vtero meo. Et beata que credidisti, quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus me⁹ in deo salutari meo. Offr.

Beatam te dicent omnes generationes, quia fecit tibi dominus magna qui potens est, et sanctum nomen eius. Secreta.

Domine iesu christe sanctarū cogitationum suspirator: qui seruos tuos gloriosam matrem tuā honorare docuisti: cōcede propitius ipsius solenni cum sacrificio laudis debita cum deuotione celebrare in terris: vt eius intercessione regnando iubilare mereamur in celis. Qui viuis et regnas deus. Per. Prefatio de beata virgine maria. Cōmunio.

Benedicite deum celi cum timore: et exultate ei cum tremore: quia fecit nobiscum misericordiam: cum in celis matrem pro nobis esse voluit aduocatam. Postcōmunio.

Concede quesumus omnipotens deus sacramenta q̄ sumpsimus in honore beate marie virginis matris immaculato corde seruare: vt nunc festa eius colentes, post excessum huius vite ad ipsius mereamur transire consortium. Per eundem dominum. &c.

¶ Sequitur paschale.



¶ In die sancto pasche, qui est resurrectionis dominice. Officium.

Resurrexi et adhuc tecum sum, alleluia: posuisti super me manū tuā, alleluia: mirabilis facta est scientia tua, alleluia alleluia. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui hodierna die per unigenitū tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra que preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eundem dñm. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios

Fratres. Expurgate vetus fermētum: ut sitis noua cōspersio sicut estis azymi. Etenim pascha nostrū: immolatus est christus. Itaque epulemur. Non in fermento veteri: neque in fermento malitie et nequitie. Sed in azymis sinceritatis, et veritatis. Grad. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. ỽ. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Alleluia. ỽ. Pascha nostrū immolatus est christus. Istud Alleluia. dicitur in loco gradal. in octa. pasche, et omnibus dominicis abhinc usque ad ascensionem domini: ad missam de resurrect. Sequentia. p. cxvij. i. cor. v. ¶

Fulgens preclara rutilat per orbē: hodie dies in qua christi lucida narrātur ouanter prelia. De hoste superbo quem iesus triumphauit, pulchre castra illius perimēs teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus omnes vita. Felix proles marie, qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generans regem spoliātem tartara. Pollentē iam in ethera. Rex in eternū suscipe benignus preconia nostra sedule tibi canētia. Patris sedēs ad dexteram. Victor vbique morte supata atque triūphata: polorum possidēs gaudia. O magna, o celsa, o pulchra clementia christi luciflua o alma. Laus tibi honorque ac virtus: qui nostrā antiquā leuiasti sarcinā. Roseo cruore agni benignissimi ēpta florida micat hec aula. Potenti virtute nostra quod lauit facinora: tribuēs dona fulgida. Stupēs valde in memet iā miror hodierna. Tanta indignis pandere nobis sacramēta. Stirpe dauidica ortus, de tribu iuda leo potēs surrexisti in gloria: agnus visus es in terra. Fundens olim arua, regna petis supera: iustis reddens premia: in secula dignāter ouātia. Dic impie zabule: quid valet nunc fraus tua? Igneis nexus

loris a christi victoria. Trib⁹, lingue admiramini: quis audiuit talia miracula? Ut mors mortem superaret: rei perciperent talem gratiã. Judea incredula cur manes adhuc inuerecunda? Perspice christicolas qualiter leti canunt inclyta. Redemptori carmina. Ergo pie rex christe nobis dans premia. Solue nexorum vincula. Electorum agmina. Fac tecum resurgere ad beatam gloriam. Digna rependens merita. Paracliti sancti consolationem piam. Expectamus secũdum promissionem tuam. Peracta ascensionis sacra solẽnia. Qua es regressus ad celos nube tect⁹ clara. Pollens laude eterna.



Secundum Marcum.

xvj. A In illo tẽpore. Maria magdalene, et maria iacobi, ꝛ salome emerunt aromata: vt venientes vngerẽt iesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumẽtum: orto iam sole. Et dicebãt adinuicem. Quis reuoluet nob lapidẽ ab ostio monumenti? Et respiciẽtes, viderũt reuolutũ lapidem: erat quippe magnus valde. Et introeũtes in monumẽtum: viderunt iuuenẽ sedẽtem in dextris: coopertũ stola cãdida, et obstupuerũt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesum qritis nazarenum crucifixum: surrexit, nõ est hic. Ecce locus vbi posuerũt eum. Sed ite, dicite discipulis eius ꝛ petro: quia precedet vos in galileã. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offert. Terra tremuit et quieuit: dum resurgeret in iudicio deus, alleluia. Secreta.

Suscipe quesumus dñe preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiate mysterijs, ad eternitatis nobis medelam te operãte pficiant. Per do. Prefa. Et te quidẽ. infra canonẽ. Cõmunicãtes. et Hanc igitur. Cõio. Pascha nostrũ immolatus est christus alleluia: itaq epulemur in azymis sinceritatis et veritatis, alleluia alleluia alleluia. Postcõmunio.

Spiritũ nobis domine tue charitatis īfunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominũ. in vnitate eiusdem spiritus sancti.

Feria. ij. post pascha. Officium.



Introduxit vos dominus in terram fluentẽ lac et mel alleluia: et vt lex domini semp sit in ore vro, alleluia alleluia. ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Kyrie eleison. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui solennitate paschali mundo remedia cõtulisti: populũ tuũ qs dñe celesti dono psequere: vt ꝛ pfectã libertatẽ consequi mereatur, et ad vitã proficiat sempiternam. Per. Lectio actuũ apostolor.

In diebus illis. Stans petrus in medio plebis, dixit. Uiri fratres, vos scitis quod factum est verbum per vniuersam iudeã. Incipiẽs enim a galilea post baptismũ quod predicauit ioãnes iesum a nazareth: quomodo vnxit eũ deus spũ sancto et virtute, q pertrãsiuit benefaciẽdo et sanando oẽs oppressos a diabolo,

quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorum et hierusalem: quem occiderūt suspendētes in ligno. Hūc deus suscitauit tertia die, et dedit eū manifestum fieri non omni populo: sed testib⁹ preordinatis a deo nobis, q̄ manducauimus et bibimus cū illo postq̄ resurrexit a mortuis. Et precepit nobis p̄dicare pp̄lo et testificari: q2 ip̄e est q̄ cōstitut⁹ est a deo iudex viuorum et mortuor. Huic omnes prophete testimonium perhibent: remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credūt in eum.

Gr. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. V⁹. Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Alleluia. V̄sus. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu: dum loqueretur nobis in via. Sequentia. Zima vetus expurgetur. quere post cōmune sanctorum. Secundum Lucam



In illo tempore. Exeuntes duo ex discipulis iesu ibant ip̄a die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab hierusalem: nomine emaus. Et ipsi loq̄bātur adinuicē, de his omnibus que acciderāt. Et factum est dum fabularentur, et secum quererent: et ipse iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autē eorum tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicē ambulantes: et estis tristes? Et respondens vnus cui nomē cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem: et non cognouisti q̄ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerūt. De iesu nazareno, qui fuit vir propheta: potens in opere et sermone coram deo et omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis: et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ip̄e esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia, tertia dies est hodie q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres quedā ex nostris terruerūt nos, que ante lucem fuerūt ad monumentum: et non inuento corpore eius venerunt, dicentes se etiam visionē angelorum vidisse, qui dicūt eum viuere. Et abierūt quidam ex nostris ad monumētū: et ita iuenerūt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, et tardi corde ad credēdum: in omnibus que locuti sunt prophete. Nōne hec oportuit pati christum: et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a moyse et omnibus pphetis: interpretabatur illis in omnibus scripturis, que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes. Mane nobiscum quoniam aduesperascit: et inclinata est iam dies. Et intrauit cum eis. Et factum est dum recumberet cum illis: accepit panem, et benedixit, ac fregit: et porrigebat illis. Et statim aperti sunt oculi eorum, et cognouerunt eū: et ipse euanuit ex oculis eorū. Et dixerunt adinuicem. Nōne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu, dum loqueretur nobis in via: et aperiret no-

bis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalē: et inuenerunt congregatos vndecim, et eos qui cum ipsis erant: dicentes ꝙ surrexit dominꝰ vere, et apparuit simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerũt eum, in fractione panis. ¶ Credo.

Marc. xvi. B Offert. Angelus domini descendit de celo: et dixit mulieribus, quem queritis surrexit sicut dixit, alleluia. Secreta.

Paschales hostias immolātes quesumꝰ domine: vt quod frequētamus actu, comprehendamus effectu. Per resurgentem a mortuis dñm nostrũ iesum xpm filium tuum.

Luce xxiiii. Qui tecum. ℞. Cōio. Surrexit dominꝰ, et apparuit petro, alleluia. Postcōio.

Impleatur in nobis q̄s dñe sacramēti paschalis sancta libatio: nosq; de terrenis affectibus ad celeste transferat institutũ. Per dñm.

¶ Feria. iij. post pascha. Officium.

Eccli. xvi. B 

Aqua sapientie potabit eos all'a: firmabitur in illis, et non flectetur all'a: et exaltabit eos in eternũ alleluia all'a. Ps. Cōfitemini dño quoniā bonus:

ps. cxvii. quoniam in seculũ misericordia eius. Orō.

Deus qui ecclesiā tuam nouo semper fetu multiplicas: concede famulis tuis vt sacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per. Lectio actuum apłor.

iij. D In diebus illis. Surgens paulus: & manu silentiũ indicens, ait. Viri fratres filij generis abrahā et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant hierusalē & principes eiꝰ: ignorantes iesum, et voces prophetaꝝ que per omne sabbatũ leguntur, iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo: petierunt a pilato vt interficerent eum. Cumq; cōsummassent omnia que de eo scripta erant: deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitauit eũ a mortuis tertia die, qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilea in hierusalem, qui vsq; nũc sunt testes eius ad plebē. Et nos vobis annũciamꝰ eā que ad p̄res nr̄os remissio facta est, quoniā hanc deus adimpleuit filijs vestris. Resuscitans iesum christum dominũ nr̄m. Gr. Hec est dies quā fecit dominus: exultemus et letemur in ea. ℣. Dicant nũc qui redempti sunt a dño: quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos. Alleluia. ℣. Surgēs iesus dominꝰ noster, stetit in medio discipulorũ suorum, et dixit: pax vobis. Sequentia.

Prome casta concio cātica: organa subnectēs hypodorica. Regi claustra deo tartarea, rumpenti decanta nunc symphonia. Morte qui victa resurgens gaudia mundo gestat colenda. Ac insolita morātes perdita cocyti confinia. Aspectāt lumina intrāte illo vita beata. Terrore percussa tremescit demonũ plebs valida. Dant suspiria. Fletuũ alta. Repagula q̄s sic audax fregerit mirātur tunc fortia. Sic ad supera. Redit cum turma Gloriosa: & timidā refouet discipulorũ corda. Precelsa huius trophea admirātes: flagitemus nunc voce decliua. Virginum inter agmina mereamur preciosa colere, vt pascha. Galilea inq; sacrata: prefulgida contueri lucis exordia.

Secundum Lucam.

In illo tempore Stetit iesus in medio discipulorum suorum,



et dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero et cõterriti: existimabãt se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, et cogitationes ascẽdũt in corda vestra? Uidete manus meas et pedes meos: quia egoipse sum. Palpate & videte: quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus pre gaudio, dixit, Habetis hic aliquid qđ mãducetur? At illi obtulerũt ei partẽ piscis assi, et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumẽs reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba q̃ locutus sum ad vos, cũ adhuc essem vobiscum: quoniã necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi, et pphetis, et psalmis: de me. Tũc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quoniã sic scriptũ est: et sic oportebat pati christum, et resurgere a mortuis die tertia. Et predicari in noĩe eius penitentiã et remissionẽ pctõꝝ: in oẽs gẽtes. Credo. Offer. Intonuit de celo dñs: et altissimus dedit vocem suam: et apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Secreta.

Suscipe dñe p̃ces ecclesie tue redemptionis sue gratia exultãtis: vt presentium munerum fide, et tue resurrectionis credulitate pascatur. Qui viuis. Cõio. Si consurrexistis cũ christo, que sursum sunt querite alleluia: vbi christus est in dextera dei sedens: que sur sum sunt sapite, alleluia. Colos. iii. A Postcõmunio.

Sanctificẽt nos domine quesumus sumpta mysteria: et paschalis obseruantie sufficientem nobis tribuant facultatem. Per dñm.

Feria quarta post pascha. Offm.

Uenite benedicti patris mei, percipite regnum alleluia: qđ vobis paratũ est ab origine mũdi, alleluia alleluia alleluia. Ps. Cãtate domino canticũ nouum: quia mirabilia fecit. Matth. xxv. C ps. xcvij.

Oratio.

Deus q̃ nos resurrectionis dominice annua solennitate letificas: cõcede propitius vt per temporalia festa que agimus, peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Aperiẽs petrus os suum, dixit. Uiri israelite, et qui timetis deũ: audite. Deus abraham, et deus isaac, et deus iacob: deus patrum nostroꝝ glorificauit filium suum iesum, quem vos quidem tradidistis, et negastis ante faciem pilati: iudicante illo dimitti. Uos autem sanctũ et iustum negastis: et petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vite interfecistis. Quem deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus. Et nũc fratres scio qr per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem qui prenũciauit per os omnium prophetarum pati christum suum: sic impleuit. Penitemini igit̃ et conuertimini: vt deleant̃ peccata vr̃a. Gr. Hec dies quam fecit dñs, exultemus et letemur in ea. V. Dextera dñi fecit virtutẽ, dextera dñi exaltauit me. Alleluia. V. Surrexit dñs, et occurrens mulieribus, ait: auete, tunc accesserunt iij. C ps. cxvij. Matth. xxviij B

et tenuerunt pedes eius. Sequentia.

C
Oncinat orbis cunctus alta. Uotis voce solēnia. Celebrando paschalia. Insontum tenera congaudeat turma: sacro fonte niuea. Spernens flegetontis vndas. Nos quoqꝫ laxas aptem⁹ fibras arte musica. Uoce sonora modificantes psis pneumata. Uoce satis tinnula. Christus nanqꝫ mitis hostia Factus: nr̄a ob remedia. Crucis pertulit probra. Et iugis vita manens subijt letalia. Fellis amara passus prelibare pocula. Uulnera satis tolerauit dira: trās fixus clauis et lancea. Sic patiendo mala gerens nostra: descēdit ad ima tartarea. Hostis antiqui quo defringens arma: reuehit potens ampla ouando trophea. Sicqꝫ deuicta morte: ac resumpta carne resurgit victor die in tertia. Unde iam iocūdas ipsi canamus odas. Per quem nobis vita plausit eterna: et celi clara nobis patescit aula. Cui sit laus preclara.



Secundum Joannem.

xxi. A In illo tempore. Manifestauit se iterum iesus discipulis suis ad mare tyberiadis, manifestauit autem sic. Erant simul simon petrus et thomas, qui dicitur didymus: et nathanael, qui erat a chana galilee, et filij zebedei, et alij ex discipulis eius duo. Dixit eis simon petrus. Uado piscari. Dicūt ei. Uenimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderūt in nauim: et illa nocte nichil prendiderūt. Mane autem facto, stetit iesus in litore: non tamen cognouerūt discipuli quia iesus est. Dixit ergo eis iesus. Pueri, nunquid pulmētarium habetis? Responderūt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete, et inuenietis. Miserūt ergo rete: et iam non valebant illud trahere, pre multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quem diligebat iesus, petro. Dominus est. Simon petrus cū audisset, quia domin⁹ est: tunica succinxit se (erat enim nudus) et misit se in mare. Alij autem discipuli: nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram: viderunt prunas positas, et piscem superpositū, et panem. Dixit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon petrus: et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centū quinquaginta tribus. Et cum tanti essent: non est scissum rete. Dixit eis iesus. Uenite, prandete. Et nemo audebat discumbētium interrogare eū tu quis es, sciētes quia dominus est. Et venit iesus, et accepit panem, et dedit eis: et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis: cū resurrexisset a mortuis.

Credo. Offertorium. Portas celi aperuit dominus: et pluit illis manna vt ederēt: panem celi dedit illis: panem angelorū manducauit homo, alleluia. Secreta.

S
Acrificia domine paschalib⁹ gaudijs immolata, nobis tue propitiationis munus obtineāt: quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur et nutritur. Per dominum nr̄m.

Cōio. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur alleluia: mors illi vltra non do-

minabitur alleluia alleluia. Postcõio.

Ab omni nos quesum⁹ dñe vetustate purgatos: sacramẽti tui veneranda perceptio, in nouam transferat creaturam. Per dominũ.

¶ Feria quinta post pascha. Offm.



Victricem manũ tuã domine laudauerũt pariter alleluia, qꝛ sapientia aperuit os mutũ: et linguas infantiũ fecit disertas, alla alla. ps. Confitemini dño qm̃ bonus: quoniam in seculum mĩa eius. Oratio.

Deus qui diuersitatem gentiũ in cõfessione tui nominis adunasti: da vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentium, et pietas actionum. Per dominum nostrum.

Lectio actuum apostolorum.

In dieb⁹ illis. Angelus domini locutus est ad philippũ, dicens. Surge, et vade contra meridianum: ad viam que descendit ab hierusalem in gazam, hec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce vir ethiops eunuch⁹ potens candacis regine ethiopum, qui erat super oẽs gazas eius: venerat adorare in hierusalem: et reuertebatur sedens super currũ suũ: legensqꝫ esaiam prophetã. Dixit autem spiritus philippo. Accede, et adiunge te ad currum istum. Accurrẽs autem philippus: audiuit eum legẽtem esaiam prophetam, et dixit. Putasne itelligis que legis? Qui ait. Et quomodo possum intelligere, si non aliquis ostenderit michi? Rogauitqꝫ philippum vt ascẽderet, et sederet secum. Locus autem scripture quam legebat: erat hic. Tanqꝫ ouis ad occisionem ductus est: et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic nõ aperuit os suũ. In humilitate iudicium eius sublatũ est. Generationẽ eius, quis enarrabit? quoniã tolleẽ de terra vita eius. Respondens autem eunuch⁹, dixit philippo. Obsecro te, de quo ppheta dicit hoc: de se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suum: ꝛ incipiens a scriptura ista euangelizauit illi iesum. Et dũ irent per viam: venerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua: quis phibet me baptizari? Dixit autem philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait. Credo filiũ dei esse iesum christũ. Et iussit stare currum. Et descenderũt vterqꝫ in aquam philippus et eunuchus, ꝛ baptizauit eum. Cum aũt ascendissent de aqua: spiritus domini rapuit philippum: et amplius non vidit eũ eunuchus. Ibat aũt per viam suã gaudens: philippus autem inuentus est in azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis (donec veniret cesaream) nomẽ domini nostri iesu christi. Gr. Hec dies quam fecit dominus, exultemus et letemur in ea. V. Lapidẽ quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli: a domino factũ est istud, et est mirabile in oculis nostris. Non repetatur grad. hac die post suum v. nec in sequenti die. Alleluia. V. In die resurrectionis mee (dicit dominus) precedam vos in galileam. Sequentia. p. cxvij. Marc. xiiij. C

Dic nobis quibus e terris noua Cuncto mundo nunciãs gaudia. Nostram rursus visitas patriam. Respondẽs placito vultu: clara voce dixit alleluia. Angel⁹ michi de christo, idicauit pia miracula. Resurrexisse dominum syderum cecinit voce laudanda. Mox ergo pẽnas volucris vacuas dirigens leta per auras. Rediit famulis, ꝛ dixit vacuatã legem veterẽ: ꝛ nouam regnare gra-

tiam. Itaq; plaudite famuli voce clara: christus hodie redemit nos a morte dira. Pater filium tradidit seruis vt interimerent: pro salute nr̄a. Spō te subijt filius mortem, vt nos redimeret morte ab eterna. Nunc requiē capere licet omnibꝰ, et vita frui perpetua. Nūc colite pariter meum famuli celebri laude sanctum pascha. Christus est pax nostra.



Secundum Joannem.

xx. C In illo tempore. Maria stabat ad monumētum foris, plorās. Dum ergo fleret: inclinauit se, ⁊ prospexit in monumētū. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput, et vnum ad pedes, vbi positū fuerat corpus iesu. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Dixit eis. Quia tulerunt dominum meum, ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset, conuersa est retrorsū: et vidit iesum stantem, et nesciebat quia iesus est. Et dixit ei iesus. Mulier qd ploras? Quē queris? Illa existimans quia hortulanus esset, dixit ei. Domine, si tu sustulisti eum: dicito michi vbi posuisti eum, et ego eum tollā. Dixit ei iesus. Maria. Conuersa illa, dixit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dixit ei iesus. Noli me tangere: nondū enim ascendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres meos, ⁊ dic eis. Ascendo ad patrē meum ⁊ patrē vestrum, deū meū et deum vestrū. Uenit ergo maria magdalene, annuncians discipulis, qr vidi dominum: et hec dixit michi. Credo. Offr. In die solēnitatis vestre (dicit dominus) inducā vos in terram fluentem lac et mel, alleluia. Exodi iij. A

Secreta.

Suscipe quesumꝰ domine munera populorum tuorum propitius: vt confessione tui nominis et baptismate renouati, sempiternam beatitudinē cōsequātur. Per. Cōio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alleluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, alla. i. Pet. B

Postcōio.

Exaudi domīe preces nostras: vt redemptionis nostre sacrosancta commercia, et vite nobis conferant presentis auxilium: et gaudia sempiterna concilient. Per dominū.

¶ Feria. vj. post pascha. Officium.

Eduxit eos dominꝰ in spe alleluia: et inimicos eorū operuit mare alleluia alleluia alleluia. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurē vestrā in vba oris mei. Oro. ps. lxxx

Omnipotens sempiterne deus: qui paschale sacramētum in reconciliationis humane federe ꝯtulisti: da mētibus nr̄is vt quod ꝓfessione celebramus, imitemur effectu. Per dnm.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

Charissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustꝰ pro iniustis: vt nos offerret deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo et his qui in carcere conclusi erāt spiritibus veniēs, predicauit: qui increduli fuerāt aliquando: quando expectabant dei patientiā in diebus noe cū fabricaretur arca, in qua pauci id est octo anime salue facte sunt per aquā. Quod et vos nunc similis forme saluos fa- i. iij.

cit baptisma: non carnis depositio sordium, sed cōscientie bone interrogatio in deum. Per resurrectionem dñi nr̃i iesu christi: qui est in dextera dei. Gr. Hec dies quā fecit dñs, exultemus et letemur in ea. ỽ. Bñdictus q̄ venit in noīe dñi: deus dñs, et illuxit nobis. Non repetatur grad. Alleluia. ỽ. Dicite in gētibus quia dñs regnauit a ligno. Sequētia.

Victime paschali laudes imolant christiani. Agnus redemit oues, christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando: dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis maria, quid vidisti in via? Sepulchrum christi viuētis: et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes: sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra: precedet suos in galileā. Credēdum est magis soli marie veraci: q̄ iudeorū turbe fallaci. Scimus christum surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere.



Secundum Mattheum.

In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in galileam: in montem vbi constituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autē dubitauerunt. Et accedēs iesus locutus est eis, dicens. Data est michi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes: baptizantes eos in noīe patris, et filij, et spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quecunq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiscū sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi. Credo. Offertoriū. Erit vobis hic dies memorialis alleluia: et diem festum celebrabitis solennem domino in progenies vestras: legitimum sempiternū diem alleluia alleluia alleluia. Secreta. — Leuit. xxiij. D

Hostias quesumus dñe placatus assume: quas et pro renatorū expiatione peccati deferimus: et pro acceleratione celestis auxilij. Per dñ. Cōio. Data est michi oīs potestas in celo et in terra allā: euntes docete oēs gentes, baptizātes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti alleluia alleluia. Postcōio. — Matth. xxviij. D

Deus qui adoptionis tue sobolem peccatorum remissiōe genuisti: da vt cuncti fideles tui veraciter apprehendāt, que presentibus susceperunt sacramentis. Per dñm.

¶ Sabbato post pascha. Officium.

Eduxit dominus populum suum in exultatione allā: et electos suos in letitia allā allā. psal. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annūciate inter gentes opera eius. Kyrie eleison. Oratio. — Ps. ciiij.

Concede q̄s umus omnipotens deus: vt qui festa paschalia venerando egimus, per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per d.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

Charissimi. Deponētes igitur omnem malitiā, et omnem dolum, et simulationes, et inuidias, et omnes detractiones: sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem. Si tamē gustastis quoniā dulcis est dominus. Ad quē accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum: a deo autē ele- — j. Pe. ij. A

ctum et honorificatum. Et ipsi tanq̄ lapides viui supedificamini domos spirituales, in sacerdotium sanctū: offerētes spiritales hostias acceptabiles deo, per iesum christū. Propter quod cōtinet scriptura. Ecce ponam in sion lapidem summum, angularem, probatum, electum, preciosum: et omnis qui crediderit in eum non cōfundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credētibus autem lapis quem reprobauerunt edificātes, hic fact⁹ est in caput anguli, et lapis offensionis, et petra scādali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo et positi sunt. Uos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit i admirabile lumē suū. Qui aliquādo non populus dei: nūc autem populus dei. Et qui non consecuti misericordiā: nunc autem misericordiā consecuti. Duo pueri in superpelliciis in pulpito dicant Alla.

ps. cxvij. V. Hec dies quā fecit dñs, exultemus et letemur in ea. Non repetatur Alla. Nūq̄ enim repetitur primū Alla. post suū V. quādo duo Alla. habent: sed scdm Alla. semper repetitur post suum V. Similiter fiet quando vnum solum Alla. habetur. Deinde alij duo pueri ad gradum chori in superpelliciis

ps. cxij. cātent hoc Alla. V. Laudate pueri dñm laudate nomen dñi. et finiatur a choro. Statim sequatur alius vsus ab eisdem pueris. V. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsq; in seculū. Similiter finiatur a choro. Deinde repetat Alleluia. sine neuma. Sequentia.

Mane prima sabbati: surgens fili⁹ dei, nostra spes et gloria. Victo rege sceleris, redijt ab inferis: cum summa victoria. Cuius resurrectio, omni plena gaudio: consolatur omnia. Resurgētis itaq; maria magdalene, facta est prenuncia. Ferens christi fratribus eius morte tristib⁹, expectata gaudia. O beati oculi: quibus regem seculi morte iā deposita, prima est intuita. Hec est illa femina: cuius cuncta crimina, ad christi vestigia eius lauit grā. Que dum plorat, et mens orat: facto clamat quod cor amat: iesum super omnia. Nō ignorat quē adorat quid precetur, sed deletur quod mēs timet conscia. O maria mater pia: stella maris appellaris operum per merita. Matri christi coequata, dū fuisti sic vocata: sed honore subdita. Illa mundi imperatrix, ista btā peccatrix, letitie primordia fuderūt i eccłia. Illa enī fuit porta, per quā fuit lux exorta: hec resurgentis nuncia, mundū replet letitia. O maria magdalena, audi vota laude plena: apud christum chorū istum clementer concilia. Ut fons summe pietatis q̄ te lauit a peccatis: seruos suos atq; tuos, mundet data venia. Amen dicant omnia.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Una sabbati maria magdalene venit mane cū adhuc tenebre essent ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo, et venit ad simonem petrum: et ad alium discipulum quē amabat iesus, et di-

xit eis. Tulerunt dñm meum de monumẽto: et nescio vbi posuerũt eum. Exijt ergo petrus, et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentũ. Currebãt autẽ duo simul: et ille ali⁹ discipulus precucurrit citius petro, et venit primus ad monumẽtum. Et cum se inclinasset: vidit linteamina posita, non tamẽ introiuit. Uenit ergo simon petrus sequens eum: et introiuit in monumentũ. Et vidit linteamina posita: et sudariũ quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positũ, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: et vidit, et credidit. Nondũ enim sciebant scripturas: quia oportebat eũ a mortuis resurgere. Credo. Offert. Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: deus dominus, et illuxit nobis, alleluia alleluia. Secreta.

Concede quesum⁹ domine semper nos p h ec mysteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparatiõis operatio, perpetue nobis fiat cause letitie. Per dominũ. Cõio. Omnes qui in christo baptizati estis, christũ induistis, alleluia. Postcõmunio.

Redẽptionis nostre munere vegetati quesumus domine: vt hoc ppetue salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per dominum.

¶ Dñica in octa. pasche. Officium.

Resurrexi et adhuc tecum sum, alleluia: posuisti super me manũ tuã, alleluia: mirabilis facta est scientia tua, alleluia alleluia. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui hodierna die per vnigenitũ tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra que preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eũdem dñm. Nulla fiat memo. de do. Epla. Expurgate vetus. quere supra in die pasche. fo. xcj. loco gr.

Alleluia. V. Pascha nostrũ immolatus est christus. Scdm Alleluia. V. Angel⁹ domini descẽdit de celo: et accedens, reuoluit lapidem, et sedebat super eum. Sequẽtia. — j. cor. v. A / Matth. xxviij A

Laudes saluatori voce modulemur supplici. Et deuote melodijs: celesti dño iubilemus messie. Qui seipsum exinaniuit: vt nos perditos liberaret homines. Carne gloriam deitatis occulens. Pãnis tegit in presepe: miserãs precepti trãsgressorem pulsum patria paradisi nudulum. Joseph marie simeoni subdit. Circunciditur: et legali hostia mundat vt peccator: nostra qui solet relaxare crimina. Serui subit man⁹ baptizandus: et perfert fraudes temptatoris, fugit persequentium lapides. Famem patitur, dormit et tristatur: ac lauat discipulis pedes de⁹ homo summus humilis. Sed tamen inter hec abiecta corporis, Eius deitas nequaquam quiuit latere: signis varijs et doctrinis predita. Aquã nuptijs dat saporis vinei. Cecos oculos claro lumine vestit. Lepram luridam tactu fugat placido. Plures suscitat mortuos: membraque curat debilia. Fluxum sanguinis cõstringit: et saturat quinque de panib⁹ quina milia. Stagnum peragrat fluctuãs ceu siccum littus: ventos sedat. Linguam reserat constrictã: recludit aures priuatas: vocib⁹ febres depellit. Post hec

mira miraculaq; talia, Sponsa sua cõprehẽditur et dãnatur. Et se crucifigi non desperit. Sed sol eius morte nõ asperit. Illurit dies: quã fecit dominus. Hostẽ deuastãs: & victor suis apparẽs dilectoribus viuus. Primo marie: dehinc apl'is. Docens scripturas cor aperiẽs: vt clausa de ipso reseraret. Fauẽt igitur resurgẽti christo cuncta gaudijs. Flores segetes rediuiuo fructu vernant: et volucres gelu tristi terso, dulce iubilant. Lucent clarius sol et luna: morte christi turbida. Tellus herbida resurgẽti xpo plaudit: q̃ tremula ei⁹ morte se casurã nũciat. Ergo die ista exultemus: qua nobis viã vite resurgẽs patefecit iesus. Astra, solũ, mare iocũdent: et cuncti gratulentur in celis spiritales chori trinitati. Euangel. Maria magdalene. vt supra in die pasche.

Ps.lxxv. Offert. Terra tremuit et quieuit: dum resurgeret in iudicio deus, alleluia. Secreta.

Suscipe quesumus dñe preces populi tui cum oblationibus hostiar: vt paschalibus initiate mysterijs, ad eternitatis nobis medelã te operante proficiant. Per dominũ. Prefat Et te quidẽ. Infra canonem. Cõmunicantes. et Hãc igitur. Cõio.

j.cor.v. C Pascha nostrum immolatus est christus alleluia: itaq; epulemur in azymis sinceritatis et veritatis, alleluia all'a all'a. Postcõio.

Spiritũ nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos sacramẽtis paschalib⁹ satiasti, tua facias pietate cõcordes. Per do. in vni. eiusdẽ.

C Missa dñical'. p hebdo. dr. Officiũ.

j.Pe.ij. A



Uasi modo geniti infãtes alleluia: rationabiles sine dolo lac concupiscite, all'a all'a all'a. psal.

Ps.lxxx. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Non dicit Gloria in excelsis. in ferijs per totum annum quãdo de ferijs agitur: nec Ite missa est. Oratio.

Presta quesumus omnipotẽs de⁹: vt q̃ paschalia festa peregimus, hec te largiẽte moribus & vita teneamus. Per dñm. In omnib⁹ ferijs pascha. tempore & in omnibus festis. iij. lect. sine regi. chori dicuntur tres collecte, sicut in prima dñica aduentus domini prenotatũ est. C Lectio epistole beati Joannis apostoli.

Charissimi. Omne quod natũ est ex deo, vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est autem qui vincit mũdum: nisi qui credit quoniam iesus est fili⁹ dei. Hic est qui venit per aquam & sanguinem: iesus christus. Non in aqua solũ: sed in aqua & sanguine. Et spirit⁹ est qui testificatur: quoniã christus est veritas. Quoniã tres sunt qui testimonium dãt in celo: pater, verbum, et spiritus sanct⁹: et hi tres vnũ sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnũ sunt. Si testimoniũ hominũ accipimus: testimonium dei maius est. Quoniã hoc est testimonium dei quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimoniũ dei i se. Loco grad. dicat hoc All'a. v. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorum suorum, & dixit: pax vobis. All'a. v. Angel⁹ domini descendit de celo: & sedebat super eum. Ali⁹ v. Respondens angelus dixit mulieribus, que queritis: ille autẽ dixerunt: iesum nazarenũ. Isti duo v'sus dicuntur per hebdom. alternis vicibus: ita tamen q' v'sus Respondens. primo dicitur quando de feria agitur. Et si nulla feria p hanc j.v.

hebdom.ad hoc vacauerit: tunc ulti mus vsus eo anno omnino pretermittatur.
¶ Et notandum est, quod omni die per hoc idem tempus dicuntur duo Alleluia. ad missam de quocunque fiat seruitium: exceptis vigilijs pasche, ascensionis, et pentecostes: et nisi in missis que in processione dicuntur.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Cum esset sero die illo vna sabbatorum, et fores essent clause vbi erant discipuli congregati propter metum iudeorum: venit iesus, et stetit in medio, et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli: viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cum dixisset, insufflauit, et dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didymus, non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, et mittam digitum meum in locum clauorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo: iterum erant discipuli eius intus, et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit in medio, et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuum huc, et vide manus meas: et affer manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit thomas, et dixit ei. Dominus meus, et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt: vt credatis quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis, in nomine eius. Offertorium. Angelus domini descendit de celo, et dixit mulieribus: quem queritis: surrexit sicut dixit, alleluia. Marci xvj. B

Secreta.

Suscipe munera quesumus domine exultantis ecclesie: et cui causam tanti gaudij contulisti, perpetuum fructum concede letitie. Per do.

Communio. Mitte manum tuam, et cognosce loca clauorum alleluia: et noli esse incredulus, sed fidelis, alleluia alleluia. Joan. xx. G

Postcommunio.

Quesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remedium esse facias et futurum. P.

¶ Feria.iiij. Epistola. Ad Corinthios.

Fratres. Si christus predicatur quod resurrexit a mortuis: quomodo quidam in vobis dicunt, quoniam resurrectio mortuorum non est. Si autem resurrectio mortuorum non est: neque christus resurrexit. Si autem christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis est et fides vestra. Inuenimur autem et falsi testes dei: quoniam testimonium diximus aduersus deum quod suscitauerit christum, quem non suscitauit si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque christus resurrexit. Quod si christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et j. Cor. xv. B

qui dormierunt in christo, perierunt. Si in hac vita tantum in christo sperantes sumus: miserabiliores sumꝰ oībus hoībus. Nūc autē christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: qm̄ quidē per hominē mors, et per hominē resurrectio mortuorꝝ. Et sicut in adam oēs moriūtur: ita et in christo oēs viuificabūt. Unusquisqꝫ autē in suo ordine. Per iesum christū dn̄m nostrum. Scdm Marcum



xvj.B In illo tempore. Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene, de qua eiecerat septē demonia. Illa vadens nunciauit his qui cū eo fuerāt: lugentibus et flentibꝰ. At illi audientes quia viueret, et visus esset ab ea: non crediderunt. Post hec autē duobus ex his ambulantibus: ostensus est in alia effigie, eūtibus in villam. Et illi euntes nunciauerunt ceteris: nec crediderunt illis.

¶ Feria.vj. Epistola. Ad hebreos.

xiij.C Fratres. Obedite ꝓpositis vestris, et subiacete eis. Ipsi eñ peruigilāt quasi rationē pro animabus vestris reddituri: vt cū gaudio hoc faciāt, et non gementes. Hoc eñ non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus eñ qꝛ bonā conscientiā habemꝰ: in omnibꝰ bene volētes conuersari. Amplius autē deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus aūt pacis, q̄ eduxit de mortuis pastorem magnū ouium, in sanguine testamenti eterni dn̄m nostrū iesum christū: aptet vos in omni ope bono, vt faciatis voluntatē eius: faciēs in vobis qđ placeat corā seper iesum xp̄m. Cui est gloria, in secula seculorꝝ amen. Secundū Mattheum



In illo tpe. Exierunt mulieres de monumento, cum timore et gaudio magno: currentes nunciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis, dicens. Auete. Ille autem accesserunt, et tenuerūt pedes eius: ⁊ adorauerunt eum. Tunc ait illis iesus. Nolite timere. Ite, nunciate fratribꝰ meis vt eant in galileam, ibi me videbunt. Que cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem: et nunciauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerāt. Et congregati cum senioribus: consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes. Dicite qꝛ discipuli eius nocte venerunt: ⁊ furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside nos suadebimus ei: et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerūt sicut erāt edocti. Et diuulgatum est verbū istud apud iudeos, vsqꝫ in hodiernum diem. ¶ Sciendum est qꝛ in omni festo cum regimine chori ab octa.pasche vsqꝫ ad ascensionem dn̄i scdm Alleluia. erit vnum de subscriptis: quibus dictis reincipiātur illa

de hebdo. in. pasche: videlicet de tertia quarta et quinta ferijs per ordinem, quibus dictis reincipiantur subscripta: et sunt nouem in numero. Alleluia. ℣. Mane nobiscum domine: quia declinata est iam dies ad vesperum. Alleluia. ℣. Oportebat pati christum, et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriã suam. Alleluia. ℣. Christus resurgens ex mortuis iã non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Alleluia. ℣. Surrexit altissimus de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. Alleluia. ℣. Surrexit christus et illuxit populo suo: quem redemit ipse sanguine suo. Alleluia. ℣. Christus mortuus est propter delicta nostra: et surrexit propter iustificationem nostram. Alleluia. ℣. Surgens iesus dominus noster stetit in medio discipulorum suorum, et dixit: pax vobis. Alleluia. ℣. Surrexit dominus: et occurrens mulieribus ait, auete: tunc accesserunt, et tenuerunt pedes eius. Alleluia. ℣. In die resurrectiõis mee (dicit dominus) precedam vos in galileam. Si in hac dñica, vel in sequẽtibus fiat seruitium de aliquo festo: cum regimine cho. tunc ad missam: scdm Alla. non erit de dñica: sed vnum de nouẽ predictis per ordinẽ.

¶ Dñica scda post pascha. Hac die et omnibus dñicis diebus vsqꝫ ad ascẽsionem dñi: si a festo cum regimine chori vacauerit: dicatur missa de resurre. sicut in die pasche preter grad. et Communicantes. et Hanc igitur sed nulla fiat memo. de dñica ad missam de resurrectione. Et semper dicitur sequentia. Victime paschali lau. Et si festum alicuius sancti cum regi. cho. in do. euenerit: tunc de sancto dicitur missa: et memo. de resurr. sed non de do. ¶ Notãdum est ꝙ in omnibus dñicis a pascha vsqꝫ ad ascẽsionem domini erit primũ Alleluia ℣. Pascha nostrũ. et scdm Alla. de sua dñica: scꝫ quod plus facit mẽtionẽ de resurrectione: quod est vltimũ. Et semper infra predictũ tẽpus (de quocũqꝫ dr missa) fiat mẽo. de resurre. cũ hac oõne Deus qui per vnigenitũ. nisi in inuẽtione sancte crucis. Missa vero dñicalis p hebd. dr cũ prefa. quoti. Et si nulla feria per hebdo. vacaue. a festo: tunc in dñica in capł̃o dicitur.

¶ Missa dominicalis hebdomade secunde post pascha. Officium.


Misericordia dñi plena est terra alleluia: verbo domini celi firmati sũt alla alla. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oro. Ps. xxxij.

Deus qui in filij tui humilitate iacentem mũdum erexisti, fidelibus tuis perpetuam concede leticiam: vt quos perpetue mortis eripuisti casibus: gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eũdem dominũ.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

Charissimi. Christus passus est pro nobis: vobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cũ malediceretur non maledicebat: cum pateretur non comminabatur. Tradebat aũt iudicanti se iniuste. Qui peccata nrã ipse pertulit in corpore suo sup lignũ: vt pctis mortui iustitie viuamus, cuius liuore sanati sumus. Erratis enĩ sicut oues errãtes: sed conuersi estis nunc ad pastorẽ et episcopũ animarũ vestrarũ. Alleluia. ℣. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et cognoscũt me mee. Alleluia. ℣. Surrexit pastor bonus: qui posuit animã suam pro grege suo. j. Pe. ij. Joan. x. C

Secundum Joannem.



x. B In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouib⁹ suis. Mercenarius autem et q̃ non est pastor, cuius nõ sunt oues proprie: videt lupum veniẽtẽ, et dimittit oues et fugit, et lupus rapit et dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: et nõ pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pat̃, et ego agnosco prẽm: et animã meã pono pro ouib⁹ meis. Et alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere, et vocem meã audiẽt. Et fiet vnũ

ps.lij. ouile, et vnus pastor. Offer. Deus deus meus, ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia. Secreta.

Benedictionẽ nobis dñe conferat salutarẽ sacra semp oblatio: et qđ agit mysterio, virtute perficiat. Per do. Cõio. Ego sum pastor bon⁹ alleluia: et cognosco oues meas, ⁊ cognoscũt me mee, alleluia alleluia. Postcõmunio.

Presta nobis quesumus oĩps et misericors de⁹: vt viuificationis tue gratiam consequẽtes, in tuo semper munere gloriemur. Per do.

¶ Fer.iiij. Lectio ep̃le bti petri ap̃li.

j.Pet.j. Charissimi. Sciẽtes q̃ non corruptibilibus argẽto vel auro redempti estis de vana vestra cõuersatione paterne traditiõis: sed p̃cioso sanguine quasi agni incõtaminati et immaculati christi. Precogniti quidem ante mundi cõstitutionem: manifestati aũt nouissimis tẽporib⁹, propter vos q̃ per ipsum fideles estis in deum. Qui suscitauit eum a mortuis, et dedit ei gloriã: vt fides vestra et spes esset in deo. Animas vestras castificãtes in obediẽtia charitatis, in fraternitat; amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili, per verbũ dei viui et p̃manentis in eternũ. Qr oĩs caro fenũ: et omnis gloria ei⁹ tanq̃ flos feni. Exaruit eñ fenũ: et flos eius decidit. Verbum autem dñi, manet in eternum.

Secundum Lucam.

In illo tẽpore. Vna sabbati valde diluculo venerũt mulieres ad monumentum: portantes que parauerant aromata. Et inuenerũt reuolutum lapidẽ a monumẽto: et ingresse nõ inuenerũt corpus dñi iesu. Et factum est dum mẽte consternate essent de isto: ecce duo viri steterũt iuxta illas, in veste fulgẽti. Cum timerent autem, ⁊ declinarent vultum in terrã: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentẽ cum mortuis? Nõ est hic, s; surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cũ adhuc in galilea esset, dicẽs. Qr oportet filiũ hoĩs tradi in manus hoim peccator, et crucifigi: et tertia die resurgere. Et rememorate sunt verbor eius: et regresse a monumẽto nunciauerunt hec omnia illis vndecim: et ceteris omnib⁹. Erat autẽ maria magdalene, ⁊ iohãna, et maria iacobi, ⁊ cetere q̃ cum eis erant: q̃ dicebãt ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista: et non credebant illis. Petrus autem surgens, cucurrit

ad monumentum: et procumbēs vidit linteamina sola posita. Et abijt secum mirans quod factum fuerat.

¶ Feria sexta. Ad Romanos.

Fratres. Sicut per vnius delictū in omnes homines in condemnationem: sic et per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationē vite. Sicut enim per inobedientiā vnius hoīs peccatores constituti sunt multi: ita et per vnius obedientiā iusti cōstituētur multi. Lex autē subintrauit: vt abūdaret delictum. Ubi aūt abūdauit delictū: superabūdauit ⁊ grā. Ut sicut regnauit peccatum in mortē: ita ⁊ grā regnet per iustitiā in vitā eternā. Per iesum xp̄m dn̄m nostrum. Scd̄m Mattheum



In illo tp̄e. Accesserūt ad iesum discipuli ioānis dicētes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequēter: discipuli autem tui non ieiunāt? Et ait illis iesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere quādiu cū illis est sponsus? Uenient autem dies cū auferetur ab eis spōsus: et tūc ieiunabūt. Nemo autē immittit cōmissurā pāni rudis: in vestimētū vetus. Tollet eni plenitudinē eius a vestimento, et peior scissura fit. Neq̧ mittunt vinū nouū in vtres veteres: alioquin rūpuntur vtres, et vinū effunditur, et vtres pereūt. Sed vinū nouū i vtres nouos mittunt: et ambo seruantur.

¶ Missa dn̄icał. hebd. iij. Officium. Sar.



Iubilate deo oīs terra alłā: psalmū dicite nomini eius alłā: date gloriā laudi eius alleluia alleluia alłā. ps. Dicite deo q̄ terribilia sunt opa tua dn̄e: in multitudine virtutis tue. Ps.lxv.

Oro.

Deus qui errātibus vt in viā possint redire iustitie, veritatis tue lumen ostendis: da cūctis qui christiana professione cēsentur: ⁊ illa respuere q̄ huic inimica sūt nomini, et ea que sunt apta sectari. Per dn̄m.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

Charissimi. Obsecro vos tanq̄ aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs: que militāt aduersus animā. Conuersationem vestrā inter gentes habētes bonā: vt in eo quod detractant de vobis tanq̄ de malefactorib⁹, ex bonis operibus vos considerantes, glorificēt deū in die visitationis. Subiecti igit estote oī humane creature: propter deū. Siue regi, quasi p̄cellēti: siue ducibus tanq̄ ab eo missis ad vindictā malefactorū: laudem vero bonoꝝ. Qꝛ sic est voluntas dei: vt benefaciētes obmutescere faciatis imprudētium hoīm ignorātiam. Quasi liberi, ⁊ non quasi velamen habentes malitie libertatē. Sed sicut serui dei omnes honorate: fraternitatem diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dn̄is: nō tātum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. Hec est enim grā. In christo iesu, dn̄o nr̄o. Alłā. j.Pet.ij. C

V. Modicum et non videbitis me, dicit dn̄s: iterum modicum et videbitis me: qꝛ vado ad patrem. Alłā. V⁹. Iterum autem videbo vos, et gaudebit coꝛ vestrum: ⁊ gaudium ve- Ioā.xvi

strum nemo tollet a vobis. Alleluia. ℣. Surrexit christus qui creauit omnia: et misertus est humano generi. In hac hebdo. ad missam in dieb⁹ profestis primū Alla. scꝫ Modicum. ꝙ per totā hebdo. loco grad. ⁊ alia duo dñr alternis vicibus in ferijs, et in festis triū lect. qđ etiā in proxima sequēti hebdo. obseruandum est. ¶ Secundū Joannem.



xvi. D In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Modicū et iā nō videbitis me: et iterū modicū et videbitis me, qꝛ vado ad patrē. Dixerūt ergo discipuli eius adinuicē. Quid est hoc quod dicit nobis, modicum ⁊ nō videbitis me: et iterum modicū ⁊ videbitis me, qꝛ vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicū? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem iesus qꝛ volebant eum interrogare, et dixit eis. De hoc queritis inter vos, qꝛ dixi modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis qꝛ plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiā habet: qꝛ venit hora eius. Cum autē peperit puerum: iam nō meminit pressure ꝓpter gaudium, qꝛ natus est homo in mūdum. Et vos igitur nunc quidē tristitiam habetis. Iterum autē videbo vos, et gaudebit cor vestrū. Et gaudium vestrū nemo tollet a vobis. Offert. Lauda aīa mea dñm, laudabo dñm in vita mea: psallā deo meo quādiu ero, alla. Ps. Secreta.

His nobis quesum⁹ dñe mysterijs cōferatur: quo terrena desideria mitigātes, discamus amare celestia. Per. Cōio. Modicū ⁊ nō videbitis me alla: iterum modicum ⁊ videbitis me, quia vado ad patrem, alla alla. Jo. xvi. Postcōio.

Respice q̄s dñe populū tuum: et quē eternis dignatus es renouare mysterijs, a tēporalibus culpis dignāter absolue. Per. ¶ Feria. iiij. Lectio epl'e beati Joannis apostoli.

Charissimi. Hec scribo vobis vt non peccetis. Sed et si q̄s peccauerit, aduocatum habemus apud patrē iesum christū iustum: et ipse est propitiatio pro peccatis nr̄is. Nō p nr̄is autē tātum: sed etiā pro totius mūdi. Et in hoc scimus q̄m cognouimus eū: si mādata eius obseruam⁹. Qui dicit se nosse deum, et mandata eius non custodit: mendax est, ⁊ veritas in eo non est. Qui autem seruat verbū eius: vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus q̄m in eo sumus: si in ipso perfecti fuerimus. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. Charissimi, non mādatum nouū scribo vobis: sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatū vetus, est verbū quod audistis. Iterum mādatū nouum scribo vobis: quod verum est ⁊ in ipso, et in vobis. Quoniā tenebre transierunt: ⁊ verū lumē iam lucet. Per iesum christum dñm nostrum. Secundū Joannem.

In illo tēpore. Facta est questio ex discipulis ioannis cum iudeis de purificatione. Et venerūt ad ioannem, et dixerunt ei. Rabbi, qui erat tecum trans iordanem, cui testi-



monium perhibuisti: ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eũ. Respondit ioãnes & dixit. Non potest homo accipere quicq̃: nisi illi datum fuerit de celo. Ipsi vos michi testimonium perhibetis q̃ dixerim, non sum ego christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam spõsus est. Amicus autem sponsi, qui stat et audit eum: gaudio gaudet ꝓpter vocẽ spõsi. In hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere: me autem minui. Qui desursum venit, super omnes est. Qui de terra est, de terra est: et de terra loquitur. Qui de celo venit: super om̃es est. Et quod vidit et audiuit, hoc testatur: & testimoniũ eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium, signauit: quia deus verax est. Quem enim misit deus: verba dei loquitur. Non enim ad mensurã dat deus spiritum. Pater diligit filium: & oĩa dedit in manu eius. Qui credit in filiũ, habet vitam eternam. Qui autẽ incredulus est filio, nõ videbit vitam: sed ira dei manet super eum.

¶ Feria sexta. Ad thessalonicenses.

FRatres. Omnes enim vos filij lucis estis, et filij diei. Non sumus noctis neq̃ tenebrarum. Igitur nõ dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus, et sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiũt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autẽ qui diei sumus, sobrij simus: induti loricam fidei et charitatis, & galeã spem salutis. Quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionẽ salutis per dominum nostrum iesum christum qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter qđ cõsolamini inuicẽ: et edificate alterutrum. In christo iesu, dño nostro.



Secundum Joannem.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si q̃s audierit verba mea & nõ custodierit ea: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mũdum: sed vt saluificẽ mundum. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet q̃ iudicet eũ. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eũ in nouissimo die. Quia ego ex meipso nõ sum locutus: sed q̃ misit me pater, ipse michi mandatũ dedit quid dicam & quid loquar, & scio, quia mãdatum eius vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater, sic loquor. ¶ Missa dñicalis hebdo.iiij. post pascha. Officium. xij.G



CAntate domino cãticum nouum alla: q̃ mirabilia fecit dominus alla: ante cõspectum gentium reuelauit iustitiã suã, p.xcvij.

alla alla. ps. Saluauit sibi dextera eius, et brachium sanctum eius. Oratio.

Deus qui fideliũ mẽtes vnius efficis volũtatis: da populis tuis id amare quod precipis, id desiderare quod promittis: vt inter mũdanas varietates, ibi nr̃a fixa sint corda vbi vera sunt gaudia. Per do.

f. C Lectio epistole bti Jacobi apostoli.

Charissimi. Omne datum optimum, et omne donũ perfectũ, desursum est: descendens a patre luminum. Apud quem non est trãsmutatio: nec vicissitudinis obũbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autẽ omnis homo velox ad audiẽdum: tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram. Ira em̃ viri, iustitiã dei non operat̃. Propter quod abiicientes omnẽ immunditiam, et abundantiam malitie: in mansuetudine suscipite insitum verbum. Quod potest saluare, animas vestras. Alleluia. ỽ. Uado ad eum qui

Joan. xvj. B misit me: sed quia hec locutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrum. Alleluia. ỽ. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Alleluia. ỽ. Surrexit dominus vere, et apparuit petro. Et dñr sicut notatur in prima dñica precedenti.



xvj. B Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uado ad eũ qui me misit: & nemo ex vobis iterrogat me, quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadã. Si enim non abiero, paraclitus nõ veniet ad vos. Si autem abiero, mittã eum ad vos. Et cum venerit ille: arguet mũdum de peccato, et de iustitia, et de iudicio. De peccato quidem: q2 non crediderũt in me. De iustitia vero: quia ad patrem vado, et iam non videbitis me. De iudicio autem: q2 princeps huius mũdi iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Nõ em̃ loquetur a semetipso, sed quecunq3 audiet loquetur: et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: q2 de meo accipiet: & annũciabit vobis. Omnia quecunq3 habet pater, mea sunt. Propterea dixi quia de meo accipiet, et annunciabit vobis. Offert. Jubilate deo vniuersa terra, iubilate deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite et audite, et narrabo vobis omnes qui timetis deum: quanta fecit dominus anime mee, alleluia. Secreta.

Deus q̃ resurgens a mortuis, passione cessata potentiorem te tuis discipulis reddidisti: concede propitius, vt nos quoq3 maiestati tue hoc paschale sacrificium conciliet: et ad gratiam tuam promerendam: in bonis operib9 efficiat promptiores. Qui viuis et reg. Cõmunio. Dum venerit paraclitus spiritus veritatis: ille arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio, alleluia alleluia. Postcõmunio.

Adesto nobis domine deus noster: vt p hec q̃ fideliter sumpsimus: & purgemur a vitijs, & a pericu

lis omnibus eruamur. Per dñm.

A ¶ Fer. iiij. Lctō epl̄e bti iacobi apl̄i.

Charissimi. Nolite in personarū acceptiōe habere fidem domini nostri iesu christi glorie. Etenī si introierit vir in conuentū vestrū, anulum aureū habens in veste candida: introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eū qui indutus est veste preclara, et dixeritis ei. Tu sede hic bene. Pauperi autem dicatis. Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum. Nōne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis cogitationum iniquarum iudices? Audite fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni quod repromisit deus diligētibus se? Uos autem exhonorastis pauperē. Nonne diuites per potentiam opprimūt vos: et ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemāt bonum nomen quod inuocatum est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: diliges proximum tuū sicut teipsum, benefacitis. Si autem personas accipitis, peccatū operamini: redarguti a lege quasi transgressores. Quicūq; autem legem totam seruauerit, offendat autem in vno: factus est omnium reus. Qui enim dixit, non mechaberis: dixit et non occides. Quod si nō mechaberis, occides autem: factus est trāsgressor legis. Sic loquimini et sic facite: quasi per legem libertatis incipiētes iudicare. Judicium enim sine misericordia: illi qui nō facit miam. Superexaltat autem mia iudicium.

B Secundum Joannem.

In illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos, dixit. Pater sancte, serua eos in noīe tuo



quos dedisti michi: vt sint vnū sicut et nos. Cum essem cū eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, et hec loquor in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: et mūdus eos odio habuit: q2 non sunt de mundo: sicut et ego non sum de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo.

¶ Fer. vj. Lctō epl̄e bti iacobi apl̄i. ij. D

Charissimi. Uidetis quoniam ex operib9 iustificatur homo: et non ex fide tantum. Similiter autem et raab meretrix: nonne ex operibus iustificata est suscipiēs nūcios, & aliā via eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Filioli, adhuc modicum tempus vobiscum sum. Que- xiij. D

ritis me: et sicut dixi iudeis, quo ego vado, vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscẽt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Dixit ei simon petrus. Domine, quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado, nõ potes me modo sequi: sequeris autem postea.

¶ Missa dominicalis hebdomade quinte post pascha. Officium.

ps. lxv.



Vocem iocũditatis annũciate, et audiatur alleluia: nunciate vsq; ad extremũ terre, liberauit dñs populum suũ alleluia alleluia. ps. Iubilate deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Oratio.

Deus a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirãte que recta sunt, et te gubernãte eadẽ faciamus. Per dominũ nostrum iesum christũ.

f. D Lectio epistole beati iacobi apostoli.

Charissimi. Estote factores verbi, et non auditores tantũ: fallentes vosmetipsos. Quia si quis est auditor verbi, et non factor: hic comparabitur viro consideranti vultũ natiuitatis sue in speculo. Cõsiderauit enim se, et abijt: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui aũt perspexerit in lege perfecte libertatis, et permanserit in ea nõ auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suũ: huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deum et patrem, hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. Et immaculatum se custodire, ab hoc seculo. Alleluia.

Joan. xvi. ℣. Usq; modo non petistis quicq; in nomine meo: petite et accipietis. Alleluia. ℣. Surrexit christus, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Sc̃dm Joannem.

Rom. vi.

Joan. xvi.



In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si qd petieritis patrem in nomĩe meo, dabit vobis. Usq; modo nõ petistis quicq; in nomine meo. Petite, et accipietis: vt gaudiũ vestrũ sit plenum. Hec in prouerbijs locutus sum vobis. Uenit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre meo annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos: quia vos me amastis, et credidistis qr ego a deo exiui. Exiui a p̃re, et veni in mũdum. Iterum relinquo mundum, et vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palã loqueris: et prouerbium nullum dicis. Nũc scimus quia scis omnia: et non opus est tibi vt qs te interroget. In hoc credimus, quia a deo existi. Offer. Benedicite gentes dominum deum nostrum: et obaudite vocem laudis eius: qui posuit animã meam ad vitã, et non dedit cõmoueri pedes meos: bñdictus dñs qui non amouit deprecationẽ meã: et miam suam a me, alleluia. Secreta.

ps. lxv.

Suscipe q̃s dñe fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hec pie deuotionis officia, ad celestem gloriã transeamus. Per. Cõio.

Cantate dño all'a: cantate dño et benedicite nomen eius, bene nunciate de die in diem salutare eius, alleluia alleluia. Postcōio.

Tribue nobis domine q̄sum⁹ celestis mēse virtute satiatis, et desiderare que recta sunt: ⁊ desiderata percipere. Per dominum nr̄m.

¶ Feria scd̄a in rogationibus, si a festo cū regimīe cho. vacauerit, dr̄ post sertā p̄ro magna missa: scilʒ Uocē iocunditatis. vcs in dñica. Et in processione dicitur hec missa. Officium.

Exaudiuit de tēplo sācto suo vocem meam all'a: et clamor me⁹ in conspectu eius introiuit ī aures eius alleluia all'a. ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dn̄s firmamentū meum ⁊ refugiū meum, et liberator meus. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidim⁹: contra aduersa omnia, tua semper ꝓtectione muniamur. Per dominum. Scd̄a oratio de sancto de quo est ecclesia illa: tertia oratio de omnibus sanctis, scʒ Concede quesumus omp̄s deus.

Lectio epistole beati iacobi apostoli.

Charissimi. Confitemini alterutrum peccata vestra: ⁊ orate pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: et oratione orauit vt nō plueret super terram: ⁊ non pluit annos tres, et mēses sex. Et rursum orauit: et celum dedit pluuiam: ⁊ terra dedit fructum suum. Si quis autem ex vobis errauerit a veritate, et conuerterit quis eum: scire debet quoniā qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue, saluabit animam eius a morte. Et operuit multitudinē peccatorum. Alleluia. ℣ Confitemini dño ꝑ. c. xvij. quoniā bonus: quoniā in seculū mīa eius.



Secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Quis vestrū habebit amicum: ⁊ ibit ad illum media nocte, et dicet illi. Amice, cōmoda michi tres panes: quoniā amicus me⁹ venit de via ad me, ⁊ nō habeo quod ponā ante illum. Et ille deintus respondēs, dicat. Noli michi molestus esse, iam ostium clausum est: et pueri mei mecum sunt in cubili: nō possum surgere, et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico vobis et si non dabit illi surgens eo q̄ amicus eius sit: propter improbitatem tamē eius surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico: petite, et dabitur vobis. Querite, et inuenietis. Pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpētem dabit illi? Aut si petierit ouum: nūquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vr̄is: quanto magis pater vester de celo dabit spiritū bonum petētibus se. Offc̄. Confitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorū laudabo eum: qui astitit ad dexteram pauperis, vt saluam faceret a persequentibus ani-

mam meam, alleluia. Hic fiat sermo ad populum si placuerit. Secreta.

Hec munera dñe q̃sum⁹ et vincula nostre prauitatis absoluant: et tue nobis mĩe dona cõciliẽt.

Luc. xi. B Per do. Cõio. Petite, et accipietis: querite, et inuenietis: pulsate, et aperietur vobis: omnis eñi qui petit, accipit: ꝛ qui querit, inuenit: et pulsanti, aperietur, alla. Postcõio.

Uota nostra quesumus domine pio fauore ꝓsequere: vt dũ dona tua in tribulatione percepim⁹, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dñm. in vni. eiusdẽ.

¶ Feria. iij. dicitur magna missa de sancta maria: nisi aliquod fest. cũ regi. cho. in eadem contige. ꝛ missa Salus populi. dicitur in processione vbi fit statio, ad quã missam vnũ tãtum Alla. dicitur. et in vigilia ascẽsionis dicitur missa de pace in ꝓcessione: tamen si festum alicuius sancti cum regi. cho. in scda fer. contige. tunc dr missa dñicalis in. iij. fer. vel in vigi. ascẽsiõis in processione vbi fit statio. Similiter quãdo festum cum regi. cho. in vigi. ascensionis euenerit: tunc dr missa de vigil. in ꝓcessione: ꝛ fiat statio. Et semper in his predictis trib⁹ diebus dicitur magna mis. in choro post sextã: et post illã missam statim dr hora nona: ꝛ tunc exeat processio.

¶ In vigilia ascẽsionis dñi. Officiũ

ps. xlvi.



Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo i voce exultationis alla alla. ps. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

Presta q̃s oĩps pater, vt nostre mentis intentio: quo vnigenitus filius tuus dñs noster vẽture solennitatis gł̃iosus auctor ingressus est, semper intẽdat: et quo fide pergit conuersatione perueniat. Per eũdẽ.

Memoria de sctã maria, et de oĩbus sanctis. Lectio actuũ apostoloꝝ.

iiii. In diebus illis. Multitudinis autẽ credẽtium erat cor vnum et anima vna. Nec quisq̃ eoꝝ q̃ possidebat aliq̃d suũ esse dicebat: sed erãt illis oĩa ꝯmunia. Et virtute magna reddebãt apł̃i testimonium resurrectionis iesu christi dñi nr̃i: et gr̃a magna erat in oĩbus illis. Neq3 eñi q̃sq̃ egẽs erat inter illos. Quotquot eñi possessores agroꝝ aut domoꝝ erant, vendẽtes afferebãt precia eoꝝ q̃ vendebãt: et ponebãt ante pedes apł̃oꝝ. Diuidebat autẽ singulis: ꝓut cuiq3 opus erat. Alla. V. Omnes gẽtes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultatiõis.

Secundum Joannem.

xvii. In illo tpe. Subleuatis iesus oculis in celũ, dixit. Pater, venit hora, clarifica filiũ tuũ, vt ꝛ filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis: vt omne qđ dedisti ei, det eis vitã eternã. Hec est aũt vita eterna, vt cognoscãt te solũ veꝝ deum, et quẽ misisti iesum christum. Ego te clarificaui super terrã: opus ꝯsummaui qđ dedisti michi vt faciã. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipm̃, claritate quã habui priusq̃ mundus esset apud te. Manifestaui nomẽ tuum hoĩbus quos dedisti michi de mundo. Tui erãt, et michi eos dedisti: et sermonẽ tuũ seruauerunt. Nunc cognouerũt quia omnia que dedisti michi abs te sunt: q2 verba q̃ dedisti michi dedi eis, et ipsi acceperunt. Et cognouerũt vere q2 a te exiui: et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: nõ pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti michi, q2 tui sunt. Et mea oĩa tua sunt: et tua

mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et iã nõ sum in mũdo: et hi in mũdo sunt: et ego ad te venio. Offer. Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum? hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum, alleluia. Secreta.

Sacrificium domine pro filij tui supplices venerabili quã preuenimus nũc ascensione deferimus: presta quesumus vt et nos per ipsum his sacrosanctis commercijs, ad celestia cõsurgamus. Qui tecum viuit. Prefatio quotid. Cõio. Pater cũ essem cum eis ego seruabã eos quos dedisti michi alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo, alleluia alleluia. Postcommunio.

Tribue q̃sum⁹ dñe vt per hec sacramẽta que sumpsimus, illuc tẽdat nostre deuotionis affect⁹: quo tecum est nostra substãtia, iesus christus dñs noster. Qui tecum.



¶ In die ascensionis dñi. Officium.



Viri galilei, quid admiramini aspicientes in celũ alleluia: quẽadmodum vidistis eũ ascendentem in celum ita veniet alla alla alla. Ps. Cumqȝ intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterũt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerũt. Kyrie eleison. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Concede quesumus ops deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuũ redemptorem nostrũ ad celos ascẽdisse credimus, ipsi quoqȝ mẽte in celestibus habitemus. Per eũd.

Lectio actuum apostolorum.

Primum quidem sermonẽ feci de omnib⁹ o theophile, que cepit iesus facere et docere: vsqȝ in diem qua precipiens apostolis per spiritũ sanctum, quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuum post passionem suã in multis argumentis: per dies quadraginta apparẽs eis, et loquẽs de regno dei. Et cõuescẽs, precepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris: quã audistis inquit per os meum. Quia ioãnes quidem baptizauit aqua: vos autẽ baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum dicentes. Dñe, si in tẽpore hoc restitues regnũ israel? Dixit autem eis. Non est vestrũ nosse tẽpora vel momenta que pater posuit i sua potestate: sed accipietis virtutem superueniẽtis spiritus sancti in vos. Et eritis michi testes in hierusalem, et in omni iudea et samaria, et vsqȝ ad vltimum terre. Et cum hec dixisset, videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Cumqȝ intuerentur in celum eũtem illum: ecce duo viri astiterũt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerũt. Viri galilei, quid statis aspiciẽtes in celum? Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quẽadmodum vidistis eum euntem in celum.

Alleluia. V. Ascẽdit deus in iubilatione: Ps. xlvj.
et dominus in voce tube. Hac die, et in oct. etiã si dupl. festũ ibidẽ celebret, dicit

Ephes. iiij. Alleluia ℣. Ascendẽs christus in altum: captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quotidie per oct. nisi in dñica ꝛ in oct. siue fiat seruitiũ de ascen. siue de aliquo festo cum regi. cho. nisi in fest. philippi ꝛ iacobi, et in inuẽtione sctẽ crucis: erit scdm Alla ℣. Do-
p. lxviij. minus in Sinai in sancto: ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem. Sequentia.

Rex omnipotens die hodierna. Mũdo triumphali redempto potentia. Victor ascendit celos vnde descẽderat. Nã quadraginta postꝙ surrexerat Diebus sacris: cõfirmãs pectora Apostolorũ, pacis chara relinquens oscula. Quibus ꝛ dedit potestatẽ laxandi crimina. Et misit eos in mundum baptizare cunctas animas. In patris et filij ꝛ spiritus sancti clementia. Et cõuescens precepit eis ab hierosolymis Ne abirent: sed expectarent promissa munera. Non post multos enim dies mittã vobis spiritum paraclitum in terra. Et eritis michi testes in hierusalem, iudea, siue samaria. Et cum hoc dixisset, videntibus illis eleuatus est: et nubes clara Suscepit eum ab eorũ oculis: intuentibus illis ethera. Ecce stetere amicti duo viri in veste alba. Iuxta dicentes quid admiramini celorũ alta? Jesus enim hic qui assumptꝰ est a vobis ad patris dexterã. Vt ascendit ita veniet: querens talenti cõmissi lucra. O deus celi maris arui: hominẽ quem creasti, quem fraude subdola. Hostis expulit paradiso: ꝛ captiuatum secum traxit ad tartara. Sãguine proprio quem redemisti deus. Illuc et reuehis vnde prius corruit: paradisi gaudia. Iudex cũ veneris iudicare secula. Da nobis petimꝰ sẽpiterna gaudia in sanctorũ patria. In qua tibi cantemus oẽs alleluia.



Secundum Marcum.

In illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis iesus, et exprobrauit incredulitatem illorum et duritiã cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse nõ crediderũt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum: predicate euangeliũ omni creature. Qui crediderit, et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit, cõdemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequẽtur. In nomine meo demonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit. Super egros manus imponẽt, et bene habebunt. Et dominus quidem iesus postꝙ locutus est eis, assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerũt vbiꝗ domino cooperante: et sermonem cõfirmante, sequẽtibꝰ signis. ℂ redo.
Offert. Ascendit deus in iubilatione: et dominus in voce tube, alleluia. Secreta.

Suscipe domine munera ꝙ pro filij tui gloriosa ascensione deferimꝰ: et concede propitius, vt a presentibus periculis liberemur, ꝛ ad vitam perueniamꝰ eternã. Per eundẽ. Prefac. Qui post resurrectionem. et Cõmunicãtes. Et dñr ꝑ totas octa. ꝛ etiã in dñica qñ de ascẽsione dicitur. Cõio Psallite domino qui ascẽdit super celos celorũ ad orientem, alleluia. Postcõio.

Presta nobis qs omps et misericors de9: vt que visibilibus mysteriis sumeda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per. Per totas oct. dr eadem missa nisi festum cum regi. chori intercurrat: et nisi in dñica: sed sine sequentia et Credo.

Dñica infra oct. ascẽsionis. Offi.

xvj. 
Exaudi domie vocem meã qua clamaui ad te alleluia, tibi dixit cor meũ, qsiui vultũ tuũ, vultũ tuum dñe requirã: ne auertas faciẽ tuam a me alle alle. ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo? Deinde dr Kyrie eleison. de. iiij. die infra octa. cum regi. cho. licet in. vj. fer. vel in sabbato precedẽte aliqđ festũ cum regi. cho. celebratum fuerit. Oratio.

Omps sempiterne deus, fac nos tibi semp et deuotã gerere voluntatem: et maiestati tue sincero corde seruire. Per. Memo. fiat de ascen.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

iiij Charissimi. Estote prudentes: et vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismet ipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicẽ: sine murmuratiõe. Unusquisq sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si qs loquitur, quasi sermones dei. Si qs ministrat, tanq ex virtute quam administrat deus: vt in omnibus honorificetur deus. Per iesum christum, dominum nostrum. Alleluia. ℣. Regnabit dominus super omnes gentes: deus sedet super sedem sanctã suam. Alleluia.

℣. Non vos relinquam orphanos: vado et ve nio ad vos, et gaudebit cor vestrum. Nulla dicitur sequentia. Scdm Joannem Joan. xiiij.



In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre, spiritũ veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: qr ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absq synagogis faciẽt vos. Sed venit hora: vt ois qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrẽ neq me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum, reminiscamini quia hec dixi vobis. xv. D xvj. A

Offertorium. Lauda anima mea dominum: laudabo dñm in vita mea, psallam deo meo quandiu ero, alleluia. ps. cxlv. Secreta.

Presta quesumus omps deus, vt hanc tibi hostiã in eius corpus et sanguinem placabiliter offeram9: quem sedẽtem a dextris virtutis tue etiam pro nobis interpellare confidim9 dñm nostrũ iesum christũ filiũ tuũ. Qui te. Cõio. Pater cũ essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti michi alleluia: nunc autem ad te venio non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo, alleluia alleluia. Joan. xvij. C Postcõmunio.

Presta quesumus omnipotẽs de9: vt per hec sacrosancta cõmercia in totius ecclesie cõfidamus

corpore faciendum: quod eius precessit in capite. Per eundem. Si aliquod festū cum regi. cho. in hac dñica euen. totum seruitium fiat de festo: et missa de do. in caplo dicitur: cum cantu super Kyrie eleison. Gloria in excel. Sanctus. et Agnus. sicut in fest. triū lec. sine regi. cho. cum vno All'a. ℣. Regnabit. Et tūc ad mis. de fest. erit scdm All'a. ℣. Non vos, nisi in festo sancte crucis. Et etiam erit scdm All'a. in crastino octa. ascen. licet de sancta maria fiat plenum seruitium. ¶ In octa. ascen. dñi ad mis. omnia fiāt sicut in die more simplicis festi: nisi dupl'. fes. impediat, sine sequentia et Credo. ¶ Fer. vi. totū fiat seruitiū de sancta maria. si a fes. cū regi. cho. vacauerit. ¶ In vigilia pentec. cātata hora nona, accedat sacerd. ad altare cum diaco. et subdiaco. et ceteris ministris altaris in solēni apparatu, sicut in vigi. pasche: cōfessiōe iā nō dicta: sed tm̄ Pater noster. et legātur lectiones a dignioribus psonis in superpelliciis ad gradū chori sine titulis. Lectio. i.

Genes. xxii. A — Tentauit deus abraham: et dixit ad eū. Abraham abrahā. At ille respōdit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum quem diligis isaac: et vade in terram visionis, atque offeres eum ibi in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. Igitur abrahā de nocte consurgens strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes, et isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum: abiit ad locum quem preceperat ei deus. Die autē tertio, eleuatis oculis vidit locum procul: dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego et puer illuc vsque properātes, postquam adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, et imposuit super isaac filiū suum: ipse vero portabat in manib⁹ suis ignē et gladiū. Cumque duo pergerēt simul: dixit isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi est victima holocausti? Dixitque abraham. Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebāt ergo pariter: venerūtque ad locum quē ostenderat ei deus. In quo edificauit altare: et desup ligna composuit. Cumque alligasset isaac filium suū: posuit eum in altari super struem lignorū. Extenditque manū: et arripuit gladium, vt immolaret filium suum. Et ecce angelus dñi de celo clamauit, dicens. Abraham abraham. Qui respōdit. Adsum. Dixitque ei. Ne extendas manum tuam super puerum: neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas deū: et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit abrahā oculos suos: viditque post tergū arietē inter vepres herentem cornibus. Quem assumens, obtulit holocaustum pro filio: appellauitque nomē loci illius: dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: in monte dominus videbit. Vocauit autem angelus domini abraham secūdo de celo, dicens. Per memetipsum iuraui, dicit dominus: quia fecisti rem hanc, et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, et multiplicabo semē tuum sicut stellas celi: et velut arenam que est in littore maris. Possidebit semen tuū portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gētes terre: quia obedisti voci mee. Reuersus est abraham ad pueros suos: abieruntque bersabee simul, et habitauit ibi. Sequatur oratio sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus. Oratio.

Deus qui es glorificatio fidelium, et vita iustorum: qui per moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: universis gentibus misericordie tue munus operare, tribuendo beatitudinem auferendo terrorem: ut quod prenunciatum est ad supplicium, in remedium transferatur eternum. Per dominum.

Lectio tertia. Apprehendent septem mulieres. Et tractus Vinea facta. quere supra in vigil. pasche. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandam hanc presentem festiuitatem utriusque testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordias tuas: ut ex perceptione presentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per dominum.

Audi israel mandata vite: auribus percipe ut scias prudentiam. Quid est israel, quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum descendentibus in infernum: dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via dei ambulasses: habitasses utique in pace super terram. Disce ubi sit sapientia, ubi sit virtus, ubi sit prudentia, ubi sit intellectus: ut scias simul ubi sit longiturnitas vite et victus, ubi sit lumen oculorum et pax. Quis inuenit locum eius: et quis introiuit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentium: qui dominantur super bestias que sunt super terram? Qui in auibus celi ludunt, qui argentum thesaurizant et aurum in quo confidunt homines: et non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant, et soliciti sunt: nec est inuentio operum illorum. Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt: et alij loco eorum exurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen: et habitauerunt super terram. Viam autem discipline ignorauerunt: neque intellexerunt semitas eius. Neque susceperunt eam filij eorum: a facie eorum longe facta est. Non est audita in terra chanaan: neque visa est in theman. Filij quoque agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est: negociatores terre et theman, et fabulatores, et exquisitores prudentie et intelligentie. Uiam autem sapientie nescierunt, neque meminerunt semitarum eius. O israel, quam magna est domus dei: et ingens locus possessionis eius. Magnus et non habet consummationem: excelsus et immensus. Ibi fuerunt gygantes nominati: illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit dominus, neque viam discipline inuenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam: interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celum, et accepit eam: et eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare: et inuenit eam: et attulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias eius: neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit universa nouit eam: et adinuenit illam prudentia sua. Qui preparauit terram in sempiterno tempore: et adimpleuit eam bipedibus et quadrupedibus. Qui emittit lumen et vadit et vocauit illud: et obedit illi in tremore. Stelle autem dederunt lumen in custodijs suis: et letate sunt. Uocate sunt: et dixerunt, ecce adsumus. Et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Hic est deus noster: et non estimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam discipline: et dedit illam iacob puero suo et israel dilecto suo. Post hec in terris visus est: et cum hominibus conuersatus est. Oratio.

Deus qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinquere, atque ad eterna festinare: da fa-

mulis tuis vt que a te iussa cognoui‑ mus, implere celesti inspiratione va‑ leamus. Per dominum. Tractus.

Ps. xli. Sicut ceruus desiderat ad fontes a‑ quarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Vsus. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quando veniam et apparebo ante fa‑ ciem dei mei? Vs. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per singulos dies, vbi est deus tuus? Deinde he due orationes dicuntur sub vno Per dominum. et sub vno Oremus. Oratio.

Concede quesumus omnipo‑ tens deus: vt qui solennita‑ tem doni sancti spiritus colimus, ce‑ lestibus desideriis accensi fontem vi‑ te sitiamus: dominum nostrum ie‑ sum christum filium tuum.

Alia oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui paschale sacramentum quin‑ quaginta dierum voluisti mysterio contineri: presta quesumus, vt gen‑ tium facta dispersio diuisione lingua‑ rum ad vnam confessionem tui no‑ minis celesti munere congregetur. Per dominum. Deinde sequantur letanie, et benedictio fontium sicut in vigilia pasche: eodem videlicet mo‑ do et ordine in eundo et redeundo, et in statione. In redeundo dicitur Rex sanctorum. et postea incipiatur missa. Kyrie eleison. et interim dicat sacer‑ dos Confiteor. et cetera more solito. Se‑ quatur Gloria in excelsis. Tunc om‑ nes genuflectant exuentes cappas ni‑ gras: et pulsantur omnes campane. Deinde dicitur Dominus vobiscum. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus, vt claritatis tue super nos splen‑ dor effulgeat: et lux tue lucis corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratione con‑ firmet. Per do. in vnitate eiusdem.

Lectio actuum apostolorum. xix. A.

In diebus illis. Factum est cum apollo esset corinthi, paulus per‑ agratis superioribus partibus veni‑ ret ephesum: et inueniret quosdam di‑ scipulos. Dixitque ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui di‑ xerunt. In ioannis baptismate. Di‑ xit autem paulus. Joannes baptiza‑ uit baptismo penitentie populum: do‑ cens in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in iesum. His auditis: baptizati sunt in nomi‑ ne domini iesu. Et cum imposuisset il‑ lis manus paulus: venit spiritus sanctus super eos: et loquebantur linguis, et prophetabant. Erant autem omnes viri, fe‑ re duodecim. Introgressus autem pau‑ lus synagogam, cum fiducia loque‑ batur per tres menses disputans et sua‑ dens de regno dei. Lecta epistola duo clerici de secunda forma in cappis sericis in pulpito cantent hoc Alleluia. Chorus idem prosequatur. Clerici. V. Confite‑ mini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Chorus finiat cum neuma. Item cle‑ rici reincipiant Alleluia. sine neuma. De‑ inde sequatur tractus, qui a duobus de secunda forma in cappis nigris ad gradum chori totus et integer cantetur choro interim sedente. Tractus.

Ps. cxvi. Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. Vs. Quoniam confirmata est super nos miseri‑ cordia eius: et veritas domini manet in eternum. Iterum vero precedat diaconus cum subdiacono per medium chori more solito sine cruce ad legendum euange‑ lium: quem precedant duo ceroferarii cereis extinctis: et legatur in pulpito more dominicali euangelium sequens.

Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternum. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eũ: quia apud vos manebit, et in vobis erit. Non vos relinquã orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, et mũdus me iam non videt. Vos autem videbitis me: quia ego viuo, et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo: et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandata mea, et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Non dicitur Credo. Offert. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre: sit gloria domini in secula, alleluia. Secreta.

Hostias populi tui quesumus domine miseratus intende: et vt tibi reddantur accepte, conscientias nostras sancti spiritus salutaris emundet aduẽtus. Per dominũ. in vnitate eiusdem. Prefatio quotid. hac die Sanctus. et Agnus. solenniter dicuntur. Cõio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus: qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum, alleluia alleluia. Postcõmunio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt spiritus sanctus adueniens maiestatem nobis filij tui manifestando clarificet. Per eũdem. in vnitate eiusdem.

¶ In die sancto pentecostes. Ad missam. Officium.





Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia: et hoc quod continet omnia, sciẽtiam habet vocis alleluia alleluia alleluia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderũt eum a facie eius. Oratio. Sap. j. B

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratiõe docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de eius semper cõsolatiõe gaudere. Per. in vni. eius.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Dum complerentur dies pentecostes: erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repẽte de celo sonus tanq̃ aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totam domũ vbi erãt sedẽtes. Et apparuerunt illis dispartite lingue tanq̃ ignis: seditq; supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sctõ, et ceperunt loqui varijs ij. A

linguis: prout spiritus sanct⁹ dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce cōuenit multitudo, et mēte confusa est: quoniā audiebat vnusquisqꝫ lingua sua illos loquentes. Stupebāt autem oēs: et mirabātur adinuicem, dicentes. Nōne ecce oēs isti qui loquūtur galilei sūt: et quomodo nos audiuimus vnusquisqꝫ linguam nostram in qua nati sumus? Parthi, et medi, et elamite, et qui habitant mesopotamiā, iudeam et cappadociā, pontū et asiam, phrygiam et pamphiliam, egyptū ꝛ partes libye que est circa cyrenē: et aduene romani. Iudei quoqꝫ et proselyti, cretes et arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis: magnalia dei. Alleluia. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciē terre. Alleluia. ℣. Spiritus sctūs procedens a throno: apostolorum pectora inuisibili hodie perlustrauit potentia. Ps. ciij.

Sequentia.

Sancti spūs adsit nobꝭ gratia. Que corda nostra sibi faciat habitacula. Expulsis inde cūctis vitijs spiritalibus. Spiritus alme illustrator omniū. Horridas nostre mentis purga tenebras. Amator sctē sensator semper cogitatuum. Infunde vnctionē tuā clemēs nr̄is sensibus. Tu purificator oīm flagitiorum spiritus. Purifica nr̄i oculū interioris hominis. Ut videri suprem⁹ genitor possit a nobis. Mūdi cordis quē soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti: vt preconia christi pcinuissent inclyta. Apostolos ꝯfortasti: vti tropheū christi per totū mūdū veherent. Quando machinā p verbū suū fecit deus: celi, terre, mariū. Tu sup aquas foturus eas: numē tuum expādisti spūs. Tu aīabus viuificādis aquas fecundas. Tu aspirādo das spiritales esse hoīes. Tu diuisum p linguas mundum et ritus: adunasti domine. Idolatras ad cultum dei reuocas: magistrorum optime. Ergo nos supplicātes tibi: exaudi propiti⁹ sancte spiritus. Sine quo preces oēs casse credūtur: et indigne dei aurib⁹. Tu q̄ oīm seculorū sāctos. Tui nois docuisti instinctu amplectēdo spūs. Ipse hodie apl̄os christi donās munere insolito: et cunctis inaudito seculis. Hunc diem gloriosum fecisti.



Secundum Joannem.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū veniemus, ꝛ mansionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonē quē audistis nō est me⁹: sed eius q̄ misit me patris. Hec locut⁹ sum vobis, apud vos manēs. Paraclitus autē spiritus sctūs quem mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīnia, et suggeret vobis oīa quecūqꝫ dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Nō quomō mūdus dat, ego do vobis. Nō turbetur cor vestrum, neqꝫ formidet. Audistis qꝛ ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiqꝫ qꝛ vado ad patrē: qꝛ pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄

fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicq̃. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrē: et sicut mandatum dedit michi pater, sic facio. ¶ Credo. Offertorium. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis, a templo tuo quod est in hierusalem: tibi offerent reges munera, alleluia. Secreta.

Munera nostra quesumus dñe oblata scitifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emūda. Per. eiusdem. Prefat. Qui ascen. Hec pfat. dr quotidie per hāc hebdo. et in omnib⁹ missis de sctō spiritu per totum annum. Sed extra hanc hebdo. non dicuntur hec duo verba hodierna die. in prefa. Cōicantes. et Hāc igitur. vsq ad fes. sancte trini. tm̄ dicuñ. Cōio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erāt sedentes alla: et repleti sunt oēs spū sancto, loquētes magnalia dei, alleluia alleluia. Postcōio.

Sancti spūs dñe corda nr̄a mūdet infusio: et sui roris intima aspersione fecūdet. Per. in vni. eiusd.

¶ Feria. ij. post pētecosten. Officiū.



Cibauit eos ex adipe frumenti alleluia: et de petra melle saturauit eos alleluia alleluia alleluia. psal. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio.

Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: cōcede plebi tue pie petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris et pacem. Per dominum. in vni. eiusdem.

Lectio actuum apostolorum.

In dieb⁹ illis. Aperiēs petrus os suum, dixit. Viri fratres et patres, nobis pcepit dñs populo predicare et testificari: qz ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes pphete testimonium perhibent: remissionem peccatorum accipere per nomē eius, omnes qui credūt in eum. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit spiritus sctūs super omnes qui audiebāt verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles q̃ venerāt cū petro: qz et in natiōes gr̄a spūs scti effusa est. Audiebāt enim illos loquentes linguis: et magnificātes deū. Tunc respondit petrus. Nūquid aquā quis prohibere potest: vt non baptizētur hi, q̃ spm̄ sctm̄ acceperūt sicut et nos? Et iussit eos baptizari in noīe dñi nostri iesu christi. Alleluia. ℣. Emitte spiritum tuum et creabūtur: et renouabis faciē terre. Alla. ℣. Paraclitus spiritus sanctus quem mittet pater in noīe meo: ille vos docebit omnem veritatem. Sequentia.

Resonet sacrata iam turma diua symphonia. Repleta gaudia pmissa e celo reddita. In vnum congregata apostoloz phalanx: preclara expectās munera. Repēte vox diuina paraclitum nunciat decorās sanctorum viscera. Fātur omni lingua nōnulla mysteria: deicq magnalia. Cātica diuina non cessat reboare eius quocq caterua. O deus oīs arui te laudat sol et luna: concrepat vsia cuncta celica et pfunda flumina. Te psallit tellus alma, sydera cūcta clara: iubilat, adorat, amat redempta omnis quocq anima. Stupēs iudea hec inquit execrāda concio ista vino est repleta mustiq crapula: baccho plenos deputat repletos gratia. Sumens hec petrus diuina mysteria superat obdurata corda illa: et ore affirmat vaticinia iohelis de hoc predicta. Ouans anima nunc nostra boat

Margin notes: lxxvj. (beside "Confirma"); ps. ciij. (beside "Emitte"); Joan. xiiij. (beside "Paraclitus")

carmina deuota: quo suscipiat celestia habitacula. Pāgat omnis chorda nostra sācta preconia: tua vt semper pia percipiat charismata. Omnē hanc merā suscipe melodiā: vt queamus scandere luciflua ad tua celsa & decora vranica. Dudum sacrata imbuisti pectora: nunc nos reple lumine: polorumve gaudia cedas perpetua atqz regna. Te decet laus per tēpora: et gloria sydera o sanctū pneuma. Tu animas et corpora nr̄a christe possideas in sempiterna dora.

Secundum Joannem.

iij. B In illo tēpore. Dixit iesus cuidam pricipi phariseorum. Sic deus dilexit mundum, vt filiū suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam eternam. Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundū: sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autē iudicium: qz lux venit in mūdum, & dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem. Et non venit ad lucē, vt nō arguantur opera eius. Qui autē facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestētur eius opera, qz in deo sunt facta. Credo. Offer. Intonuit de celo domi-

ps. xvij. nus, et altissimus dedit vocem suam: et apparuerunt fontes aquarū, alleluia. Secreta.

Presta quesum⁹ domine vt secūdum promissionem filij tui domini nostri iesu christi, spirit⁹ sanctus et huius nobis sacrificij copiosius reuelet arcanum: & omnem reseret propitius veritatem. Per eundē. in vnita. eiusdē. Prefatio. Qui ascendēs. et Cōicātes. et Hāc igitur. Cōio. Sps̄s sctūs docebit vos alleluia: quecunqz dixero vobis alleluia alleluia. Postcōio.

Plenum in nobis domie quesumus remediū nostre redemptionis operare: vt habitatione sancti spiritus digni effici valeamus. Per dominum nostrum iesum christum. in vnitate eiusdem spiritus. &c.

Fer. iij. post pētecosten. Officium.



Accipite iocunditatē glie vestre alleluia: gratias agētes deo allā, qui vos ad celestia regna vocauit, alleluia alleluia alleluia. ps. Attēdite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Assit nobis domine quesum⁹ virtus spiritus sancti, que et corda nostra clementer expurget, et ab oībus tueatur aduersis. Per do. in vnit. eiusdē. Lectio actuū aplor.

In diebus illis. Cū audissent apostoli qui erant hierosolymis, quia recepisset samaria verbū dei, miserunt ad eos petrum et ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenq̄ illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu. Tunc imponebāt manus super illos, et accipiebāt spiritum sanctum. Alla. V. Emitte spiritum tuum & creabuntur: & renouabis faciem terre. Alla. V. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Eia musa dic queso preclara trophea. Blandificaqz libens perstrepe organa. Ast modulans tibia resultet plectro laudum leta carmina. Nostraqz caterua huius diei

euprepia. Paracliti charisma: hac die alumnos christi plene intrat. Facto repente sono linguis christi fantur magnalia. Vesano plena ructu perfidia: musto alūnos madere putat, spirit⁹ gratia ardentes quos reddidit feruida. Anastasi peracta quinquagena: mysticus penetrat spirit⁹ pectorum intima oppido reddēs flāmantia. Mox egressi omnes vna: tetra peragrant arua infundētes verbi semina. Mystica patrātes signa: superno rore noua bibula madidāt intima. Ecce christe nūc caterua tua. In hac aula decantat cantica. Ut celesti pmixta agmini indiscrete: dicat noua tibi promēs cantica. Sit perennis domino gloria. Decus, honor, potestas per secula. Qui tribuit spirit⁹ gratiā omnib⁹ per arua: qui sequuntur eius monita. Poscimus omnes vna supplices magnalia. Ut sanct⁹ nostra spiritus emundans intima. Illustret clare sophia, alleluia.

Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascēdit aliunde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: et oues vocē ei⁹ audiūt. Et pprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum pprias oues emiserit: ante eas vadit. Et oues illū sequuntur: qr sciunt vocem eius. Alienum autē non sequuntur, sed fugiūt ab eo: quia non nouerūt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis iesus. Illi autem non cognouerunt qd loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū iesus. Amen amen dico vobis: qr ego sum ostium ouiū. Omnes quotquot venerunt: fures sunt et latrones, sed

non audierunt eos oues. Ego sum ostiū. Per me si qs introierit saluabitur, & ingredief, & egredief: et pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur, et mactet, et perdat. Ego veni vt vitam habeant: et abundantius habeant. Credo. Offert. Portas celi aperuit dominus: et pluit illis manna vt ederēt: panem celi dedit eis: panem angelorum manducauit homo, alleluia. p. lxxvij.

Secreta.

Descendat qs dñe spiritus sanctus super hoc altare: q et dona populi tui sanctificet, et sumentiū corda placatus emūdet. Per. eiusdē.

Cōio. Spūs qui a patre procedit alla: ille me clarificabit alleluia alleluia. Joan. xv. D

Postcōio.

Mentes nr̄as qs domine spūs sanct⁹ diuinis reparet sacramentis: quia ipse est remissio omniū pctōr. Per dñm. in vnitate eiusdem.

Feria. iiij. quatuor temporum, nō dicitur alia magna missa q̄ de ieiunio: nec in. vj. feria, nec in sabbato: secūdū vsum Sar. Ad missam. Offiñ.



Deus cum egredereris coram populo tuo alleluia: iter faciens eis alleluia: habitans in illis alleluia alleluia. p. lxvij.

Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie ei⁹. Kyrie eleison. cum suis v̄. dicitur. Statim sequatur Gloria in excelsis. Non dicitur Dñs vobiscum, sed tantum Oremus.

Oratio

Presta quesumus omnipotēs deus: vt a nr̄is mentibus carnales amoueat spiritus sanctus effectus: et spiritualia nobis dona potēter infundat. Per do. in vnita. eiusd.

Lectio libri sapientie.

Diligite iustitiam: qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: et in simplicitate cor- j. A

dis querite illum. Quoniam inueni-
tur ab his qui non tentant illum: ap
paret autem eis qui fidem habent in
illum. Peruerse enim cogitationes:
separant a deo. Probata autem vir-
tus, corripit insipientes. Quoniam
in maliuolam animam nõ introibit
sapiētia: nec habitabit i corpore sub-
dito peccatis. Spirit⁹ enim sanctus
discipline effugiet fictum: et auferet
se a cogitationibus que sunt sine in-
tellectu: et corripietur a superuenien
te iniquitate. Benignus est enim spi
ritus sapientie: et non liberabit ma-
ledictum a labijs suis. Quoniam re-
nū illius testis est deus: et cordis eius
scrutator est verus: et lingue eius au
ditor. Quoniam spiritus domini re-
pleuit orbem terrarum: et hoc qđ con
tinet oia, sciētiam habet vocis. Et le-
gatur ab acolyto superpellicio indu
to in pulpito. Deīde tres clerici de se-
cūda forma in cappis sericis ibidem
Ps. ciij. dicant Allia. ℣. Emitte spiritum tuum
et creabūtur: et renouabis faciem terre. Nõ
repetatur Alleluia. Sequatur Dñs
vobiscum. et Oremus. Oratio.

Mentes nostras quesumus do
mine spiritus sanctus para-
clitus qui a te pcedit, illuminet: et in-
ducat in omnem (sicut tuus pmisit
fili⁹) veritatē. Qui tec. in vni. eiusdē.

Lectio actuum apostolorum.

ij. B In diebus illis. Stans petrus
cum vndecim: eleuauit vocem
suam et locutus est eis. Viri iudei et
qui habitatis hierusalem vniuersi:
hoc vobis notum sit, et auribus per-
cipite verba mea. Non enī sicut vos
estimatis hi ebrij sunt: cum sit hora
diei tertia. Sed hoc est quod dictum
est per prophetam iohel. Et erit in no
uissimis dieb⁹, dicit dominus: effun-
dam de spiritu meo super omnē car-
nem. Et prophetabunt filij vestri et fi
lie vestre: et iuuenes vestri visiones
videbunt, et seniores vestri somnia
somniabūt. Et quidem super seruos
meos et super ancillas meas, in die-
bus illis effundam de spiritu meo: et
prophetabunt. Et dabo prodigia in
celo sursum: et signa in terra deorsū:
sanguinem, et ignem, et vaporem fu
mi. Sol cōuertetur in tenebras, et lu-
na in sanguinem: anteq̄ veniat dies
dñi magnus et manifestus. Et erit.
Oīs quicūq; inuocauerit nomē dñi,
saluus erit. Allia. ℣. Loquebantur va-
rijs linguis apostoli magnalia dei. Repeta
tur Allia sine pneumate. Sequētia.

Lux iocunda lux insignis: qua
de throno missus ignis i chri-
sti discipulos. Corda replet, linguas
ditat: ad concordes nos inuitat, lin-
gua cordis modulos. Christus misit
quod promisit, pignus sponse quam
reuisit, die quiquagesima. Post dul-
corem melleum: petra fudit oleum,
petra iam firmissima. In tabellis sa
xeis, nõ in linguis igneis, lex de mon
te populo. Paucis cordis nouitas: et
linguarum vnitas, datur in cenacu-
lo. O q̄ felix q̄ festiua dies in qua pri
mitiua, fundatur ecclesia. Viue sunt
primitie: nascentis: ecclesie, tria pri-
mum milia. Panes legis primitiui:
sub vna sūt adoptiui, fide duo popu
li. Se duob⁹ interiecit: sicq; duos vnū
fecit, lapis caput anguli. Utres noui
non vetusti: sunt capaces noui mu-
sti: vasa parat vidua. Liquorē dat
heliseus: nobis sacrum rorem deus
si corda sint congrua. Non hoc mu-
sto vel liquore non hoc sumus digni
rore, si discordes moribus. In obscu-
ris et diuisis: non potest hec paracli-
sis, habitare cordibus. Cōsolator al-
me veni, linguas reple, corda leni, ni-

chil fellis aut veneni sub tua presentia. Nil iocundum, nil amenū: nil salubre nil serenum: nichil dulce, nichil plenū: sine tua gratia. Tu lumen es et vnguentum: tu celeste cōdimentū, aque ditans elementum: virtute mysterij. Noua facti creatura: te laudamus mēte pura: gratie nunc, sed natura pri⁹ ire filij. Tu qui dator es et donum: nostri cordis omne bonum: cor ad laudem redde pronum: nostre lingue formans sonum: in tua preconia. Tu purga nos a peccatis: auctor ipse pietatis: et in xpo renouatis: da perfecte nouitatis: plena nobis gaudia.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis, et turbis iudeorum. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit, venit ad me. Non quia patrem vidit quisq̄: nisi is qui est a deo, hic videt patrē. Amen amē dico vobis: qui credit in me, habet vitam eternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerunt manna in deserto: et mortui sūt. Hic est panis de celo descendens: vt si quis ex ipso māducauerit, non moriat. Ego sum panis viuus, qui de celo descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quē ego dabo, caro mea pro mūdi vita. Credo. Offer. Meditabor in mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi, alleluia. Ps. cxviij

Secreta.

Oblata tibi domine quesumus munera spiritus sanctus sanctificet: et eorum nos participatio ab omnium peccatorum contagione custodiat. Per eundem. eiusdem Cōio.

Pacem meam do vobis alleluia; pacē relinquo vobis, alleluia alleluia. Joan. xiiij. D

Postcōio.

Per huius domine virtutē mysterij tue nos claritatis perpetuus splendor illustret, et consubstantialis tibi et filio gratia spiritus sancti illuminet. Qui te. ¶ Feria. v. post pentecost. Officium. vt s̄ in die pentecost. fo. cvj. sine versibus. Oratio.

Presta q̄s omnip̄s et misericors deus: vt spirit⁹ sanctus adueniens tēplū nos glorie sue dignāter inhabitādo pficiat. Per dn̄m. in vnitate eiusdē. Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem samarie predicabat illis christum. Intēdebāt autem turbe his que a philippo dicebantur vnanimiter audientes: et videntes signa q̄ faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immūdos: clamātes voce magna exibant. Multi autem paralytici, et claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum: in illa ciuitate. Alleluia. viij. A

V⁹. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Alleluia. V. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Ps. ciij. Actuū ij. A

Sequentia.

Alma chorus domini nūc pāgat noīa summi. Messias, soter, emmanuel, sabaoth, adonai. Est vnigenit⁹, via, vita, manus, homousion. Principiū, primogenitus, sapientia, virt⁹. Alpha, caput, finisq̄

simul vocitatur, et est oo. Fons ꝫ ori
go boni, paraclitus ac mediator. A-
gnus, ouis, vitulꝰ, serpens, aries, leo
vermis. Os verbum splēdor, sol, glo
ria, lux, et imago. Panis, flos, vitis,
mons, ianua, petra, lapisqꝫ. Angelꝰ,
et sponsus, pastorqꝫ, propheta, sacer-
dos. Athanatos, kyrios, theos: ꝫ pā
ton craton, isus. Saluificet nos: sit
cui secla. Per omnia doxa.



Secundum Lucam.

ix. A
IN illo tempore. Conuocatis ie
sus duodecim apostolis, dedit
illis virtutem et potestatē super om-
nia demonia: et vt languores cura-
rēt. Et misit illos predicare regnum
dei: ꝫ sanare īfirmos. Et ait ad illos.
Nichil tuleritis in via: neqꝫ virgā,
neqꝫ peram, neqꝫ panē, neqꝫ pecuniā,
neqꝫ duas tunicas habeatis. Et in
quancunqꝫ domum intraueritis, ibi
manete: ꝫ inde ne exeatis. Et quicūqꝫ
non receperint vos: exeuntes de ciui
tate illa, etiam puluerem pedum ve-
strorum excutite in testimonium su-
pra illos. Egressi autem circuibant
per castella euangelizantes, et curan
ps. lxvij tes vbiqꝫ. Credo. Offr. Confirma hoc
deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo
quod est in hierusalē: tibi offerent reges mu-
nera, alleluia. Secreta.

VIrtute sancti spiritus domine
munera nostra cōtinge: vt qđ
solennitate presenti tuo nomini dedi
camus, ꝫ intelligibile nobis faciat, ꝫ
eternū. Per do. in vni. eiusđ. Cōio. Fa
ctus est repente de celo sonus: aduenietis spi Act.
ritus vehementis: vbi erant sedentes all'a: ꝫ
repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes
magnalia dei, alleluia alleluia. Postcōio.

SAcrificijs celestibus quesumꝰ
domine operante spū sancto,
vitia nostra purgentur: vt muneri-
bus tuis semꝑ possimus aptari. Per
dominum. in vnitate eiusdem. ¶ Fe-
ria. vj. quatuor tēporum. Officium.



REpleatur os meū lau ps. lx
de tua alleluia: vt
possim cantare al-
leluia: gaudebunt
labia mea dum cā-
tauero tibi all'a al-
leluia. ps. In te domi
ne speraui non confundar in eternum: in iusti
tia tua libera me, et eripe me. Oratio.

DA quesumus ecclesie tue mise-
ricors deus: vt spiritu sancto
cōgregata, hostili nullatenus incur-
sione turbetur. Per do. in vni. eiusđ.

Lectio actuum apostolorum.

IN diebꝰ illis. Aperiēs petrus ij.
os suū, dixit. Viri israelite: au-
dite verba hec. Jesum nazarenum vi
rum approbatū a deo in vobis: vir-
tutibus et prodigijs et signis que fe-
cit per illum deus in medio vestri si-
cut vos scitis: hunc definito consilio
ꝫ prescientia dei traditū per manus
iniquorum affligentes interemistis.
Quem deus suscitauit, solutis dolo-
ribus inferni: iuxta quod impossibi-
le erat teneri illū ab eo. Dauid enim
dicit in eum. Prouidebam dn̄m in cō
spectu meo semper: quoniā a dextris
est michi ne cōmouear. Propter hoc
letatum est cor meū, et exultauit lin-
gua mea: insuper et caro mea requie
scet in spe. Quoniā non derelinques
animā meam in inferno: nec dabis

sanctum tuum videre corruptionē. Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocunditate, cum facie tua. Alla. V. Emitte spiritū tuū ꝛ creabuntur et renouabis faciem terre. Alla. V. Spūs dn̄i repleuit orbem terrarum: et hoc qđ continet oīa, scientiam habet vocis. Sequētia.

Laudes deo iam deuota. Dulci voce ac sonora. Plebs resonet catholica. Spirit⁹ sancti gratia. Apostolis die hodierna. In igneis linguis est infusa. Paracliti pñsentia. Emundet nos a peccati macula. Pura sibi aptans habitacula. Charismatum ac munera. Pectoribus nostris pius īfundat. Vita nostra ei vt complaceat. Per seculorū secula. Cōclamemus alleluia. Sit deo laus, potestas, honor, virtus et gloria.



Secundum Lucam.

In illo tempore. Factum est in vna dierū: et iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedentes, ꝛ legis doctores qui venerāt ex omni castello galilee, et iudee, et hierusalem: et virtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portātes in lecto hominem qui erat paralyticus: et querebāt eum inferre, et ponere ante eū. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba: ascenderunt supra tectum: et per tegulas summiserunt illum cum lecto in medio ante iesum. Quorum fidem vt vidit, dicit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare scribe ꝛ pharisei, dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata: nisi sol⁹ deus? Vt cognouit autem iesus cogitationes eorum respondēs dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid est facilius dicere, dimittunt tibi peccata: an dicere, surge et ambula? Vt autem sciatis qꝛ filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata: ait paralytico. Tibi dico surge tolle lectum tuum, et vade in domū tuam. Et confestim surgens, corā illis tulit lectū in quo iacebat: et abijt in domum suam magnificās deum. Et stupor apprehendit omnes: et magnificabant deum. Et repleti sunt timore, dicētes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda anima Ps. cxlv.
mea dominū: laudabo dn̄m in vita mea: psallam deo meo quandiu ero, alla. Secreta.

Sacrificia domine tuis oblata cōspectibus, ille ignis diuin⁹ absumat: qui discipulorū christi tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eūdem. in vnitate eiusdem.

Cōmunio. Spiritus vbi vult spirat: et vo Ioā. iij.
cem ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat aut quo A
vadat, alleluia alleluia. Postcōmunio.

Concede q̄s omnps deus: vt huius perceptione sacramēti ita nostre fragilitatis vitia expurgent: quatenus per spiritum sanctū repromissum in nobis donum tue grē sentiamus. Per do. in vnitate eiusdem.

¶ Sabbato quatuor tēpoꝝ. Officiū



Charitas dei diffusa Rom. v.
est in cordib⁹ vestris A
alla: per inhabitantē
spiritū eius in vobis
alla alla. Ps. Dn̄e deus. Psalm⁹
salutis mee: in die clama- lxxxvij.
ui et nocte coram te. Kyrie eleison. Solen-

niter dicitur absq; V. Sequatur Gloria in excel. sicut infra oct. cum regi. cho. Omnes orones sine Dñs vobiscum. dicũtur, preter vltimam que est ante epist. sed tãtum cum Oremus. Et omnes lectiones cum suis titulis legantur ad grad. cho. in superpelliciis. Prima vero lectio ab acolyto, et alie a clericis de scda forma legãtur: tñ. v. lect. ab aliquo de supiori gradu legat. Et singula Alla. a duob⁹ pueris in suppelliciis ibidẽ cantẽtur sine repetitione Alla. post suũ V. Oratio.

MEntib⁹ nostris q̃s dñe spiritũ sctm̃ benignus infunde: cui⁹ et sapiẽtia cõditi sumus: et prouidentia gubernamur. Per do. in vnitate eiusdem. Lectio Iohelis prophete.

ij. G HEc dicit dñs deus. Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem: et prophetabunt filij vestri, et filie vestre. Senes vestri somnia somniabũt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos et ancillas meas, in diebus illis effundã de spiritu meo. Et dabo prodigia in celo sursum: et signa in terra deorsum, sanguinẽ et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinẽ: anteq̃ veniat dies domini magn⁹ et horribilis. Et erit. Omnis quicũq; inuocauerit nomen

ps. ciij. domini, salu⁹ erit. Alleluia. V. Emitte spiritum tuum et creabũtur: et renouabis faciem terre. Non repetitur Alla. post V. sed dicitur Oremus. Oratio.

ILlo nos igne q̃s dñe spũs sanctus inflãmet: quẽ dñs noster iesus christus misit in terrã: et voluit vehemẽter accendi. Qui tecũ. in vni. eiusdem. Lectio libri Leuitici.

xxiij. B IN dieb⁹ illis. Locutus est dominus ad moysen, dicens. Loquere filijs israel, et dices ad eos. Cũ ingressi fueritis terrã quã ego dabo vobis: et messueritis segetẽ: feretis manipulos spicarũ: primitias messis vestre ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum coram dño vt acceptabilis sit p vobis, altero die sabbati: et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipo die in quo obtulistis manipulos primitiarũ: septẽ hebdomadas plenas vsq; ad alteram diem expletiõis hebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiũ nouum domino: ex omnibus habitaculis vestris. Panes primitiarum duos de duab⁹ decimis simile: quos eleuabit sacerdos coram domino. Et vocabitis hunc diem celeberrimũ, atq; sanctissimũ. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, et generationibus vestris. Dicit domin⁹, omnipotens. Alleluia. V⁹. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Oratio.

DEus qui ob animarum medelam, ieiunij deuotiõe castigari corpora precepisti: cõcede nobis ppitius et mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per dominũ nostrum.

Lectio libri Deuteronomij.

IN dieb⁹ illis. Dixit moyses filijs israel. Audi israel que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terrã quã dominus deus tuus daturus est tibi possidendã: et obtinueris eam, atq; habitaueris ĩ ea: tolles de cũctis frugibus tuis primitias, et pones in chartallo. Pergesq; ad locum quem elegerit dominus deus tuus: vt ibi inuocet nomen eius. Accedesq; ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis: et dices ad eum. Profiteor hodie coram domino deo tuo, qui exaudiuit nos: et respexit humilitatem no-

stram, et laborē nostrum, atq; angustias: et eduxit nos de egypto in manu forti, et brachio extento, in ingēti pauore, in signis atq; portentis: et introduxit nos ad locum istum: et tradidit nobis terram lacte et melle manantem. Et idcirco nūc offero primitias frugum terre: quam dominus deus tuus dedit michi. Et dimittes eas in cōspectu domini dei tui: et adorato domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis que dñs deus tuus dederit tibi. Alla. V. Loquebantur varijs linguis apostoli, magnalia dei. Orō.

Presta q̄s omps deus: vt salutarib9 ieiunijs eruditi: ab omnibus etiam vitijs abstinentes: propitiationem tuam facilius impetremus. Per. Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Loquere filijs israel: et dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis, et mandata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tēporibus suis. Et terra gignet germē suum: et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam: et vindemia occupabit sementem. Et comedetis panem vestrum in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra vrā. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, et nō erit qui exterreat. Auferam malas bestias a vobis: et gladi9 nō trāsibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: et corruēt coram vobis. Persequentur quinq; de vestris centum alienos: et centum de vobis decem milia. Cadent inimici vestri in cōspectu vestro, gladio. Respiciam vos: et crescere faciam. Multiplicabimini: et firmabo pactū meū vobiscū. Comedetis vetustissima veterum: et vetera nouis superuenientibus proicietis. Ponā tabernaculum meū in medio vestri: et nō abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, et ero vester deus: vosq; eritis popul9 meus. Dicit dñs ops.

Alla. V. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Oratio. — Actuū ij. A

Presta q̄s ops deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunem9. Per. Lectio Danielis prophete. — iij. E

Angelus dñi descendit cū azaria et socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacē cubitis quadragintanouem, et incendit quos reperit iuxta fornacē de chaldeis, ministros regis qui eā incendebāt. Illos autē omnino non tetigit ignis, neq; contristauit: nec quicq; molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant deum in fornace, dicentes. Benedictus es dñe deus patrū nostrorum, et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Et benedictū nomen glorie tue quod est sanctū, et laudabile et superexaltatū in oib9 seculis. Benedict9 es in tēplo sancto glorie tue: et superlaudabilis et supergloriosus in secula. Bñdictus es in throno regni tui, et suplaudabilis et superexaltatus in secula. Hic finatur in quadragesima. Benedict9 es super sceptrū regni diuinitatis tue: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es qui itueris abyssos, et sedes sup cherubin: et laudabilis et supexaltat9 in secula. Bñdictus es qui ambulas super pēnas ventorum et sup vndas maris: et superlaudabilis et superexaltatus in sc̄la. Bñdictus es in

firmamento celi: et laudabilis & glo riosus in secula. Benedicite oĩa opa dñi dño: benedicite celi dño, benedici te angeli dñi dño. Hymnum dicite: et superexaltate eum in secula. Bñdici te aque oẽs que super celos sunt do mino: benedicite oẽs virtutes domi ni dño, benedicite sol et luna dño. Hy mnum dicite: et superexaltate eũ in secula. Benedicite stelle celi dño, bene dicite imber et ros dño, bñdicite om nis spũs dei dño. Hymnũ dicite: et su perexaltate eũ in secula. Benedicite ignis et estus dño: benedicite noctes et dies dño, benedicite tenebre & lumẽ dño. Hymnũ dicite: et superexaltate eum in secula. Bñdicite frigus & cau ma dño: bñdicite pruina et niues do mino, benedicite fulgura & nubes do mino. Hymnũ dicite: & superexaltate eũ in secula. Bñdicat terra dñm: be nedicite montes & colles dño, benedi cite oĩa nascẽtia terre dño. Hymnum dicite: et superexaltate eũ in scl'a. Be nedicite maria et flumina dño: bene dicite fontes dño, bñdicite cete et oĩa que mouẽtur in aquis dño. Hymnũ dicite: & superexaltate eum in secula. Benedicite volucres celi domino: be nedicite bestie et vniuersa pecora do mino, benedicite filij hominum dño. Hymnũ dicite: et superexaltate eũ in scl'a. Benedicat israel dñm: benedi cite sacerdotes domini dño, benedici te serui domini dño. Hymnũ dicite: & superaltate eũ in secula. Benedicite spiritus et anime iustorum domino: benedicite sancti & humiles corde do mino. Hymnũ dicite & superexaltate eũ in secula. Benedicite anania, aza ria, misael domino. Hymnum dicite: et superexaltate eum in secula.

¶ In vigilia sancte trinitatis, et in mense septẽbris tota legatur lectio. Duo clerici de secunda forma in su perpelliciis ad gradum chori dicant Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Daniel iij. C

Non repetatur Alleluia. Sequatur Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus qui trib⁹ pueris mitiga sti flammas ignium: concede propitius vt adueniente spiritu san cto, nos famulos tuos nõ exurat flã ma vitiorũ. Per do. in vnit. eiusdem. F

Lectio actuum apostolorum.

In dieb⁹ illis. Cõuenit vniuer sa ciuitas audire verbũ dei. Vi dẽtes autẽ turbas iudei: repleti sunt zelo, et cõtradicebãt his q̃ a paulo di cebant blasphemãtes. Tũc cõstãter paulus & barnabas dixerũt. Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei: sed qm̃ repulistis illud, et indignos vos iudicastis eterne vite; ecce conuerti mur ad gentes. Sic eñ nobis p̃cepit dñs. Posui te in lucẽ gẽtibus: vt sis in salutẽ vsq; ad extremũ terre. Au dientes autem gentes, gauisi sunt: & glorificabãt verbum dñi, et credide runt quotquot erant preordinati ad vitã eternã. Disseminabatur autem verbũ dñi per vniuersam regionem. Judei autem cõcitauerũt religiosas mulieres & honestas, et primos ciui tatis: et excitauerũt persecutionẽ in paulũ et barnabam, et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulue re pedum in eos: venerunt iconium. Discipuli quoq; replebãtur gaudio, et spiritu sancto. Et legatur in pulpi to: qua lecta, duo clerici de superiori gradu in cappis sericis ibidẽ dicant Alla. ℣. Laudate dñm omnes gentes, et collaudate eum omnes populi. Repetatur Alla. sine pneu. sequatur Alma cho rus. vt s. fer. v. precedente. fol. cix. Ps.

Secundum Lucam.



In illo tpe. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domū simonis. Socrus autē simonis tenebat magnis febrib⁹: et rogauerūt illū p ea. Et stās super illā iperauit febri, et dimisit illā. Et cōtinuo surgēs ministrabat illis. Cū sol aūt occidisset: oēs q̄ habebāt ifirmos varijs lāguorib⁹, ducebāt illos ad eū. At ille singulis man⁹ iponēs: curabat eos. Exibant autē demonia a multis: clamātia et dicētia, q2 tu es filius dei. Et increpās nō sinebat ea loq̄: q2 sciebāt ipm esse xpm. Facta aūt die: egressus ibat in desertū locū et turbe reqrebāt eū. Et venerūt vsq3 ad ipm: et detinebāt illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Q2 et alijs ciuitatib⁹ oportet me euangelizare, regnū dei. Credo.

Offr. Dn̄e deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine, alleluia. Secreta.

Mitte domine q̄s spiritum sanctum: qui et hec munera p̄sentia tuum nobis efficiat sacramentū: et ad hoc percipiēdū nostra corda purificet. Per dn̄m. in vnitate eiusdem.

Cōio. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum alleluia, et gaudebit cor vestrum, alleluia alleluia. Postcōmunio.

Prebeant nobis dn̄e diuinum tua sancta feruorem: quo eorū pariter et actu delectemur et fructu. Per dominum. in vnitate eiusdem.



In die sancte trinitatis. Officiū.



Benedicta sit sancta trinitas, atq3 indiuisa vnitas: cōfitebimur ei q2 fecit nobiscū misericordiā suam. Ecclia.

P̄s. Benedicam⁹ patrē et filiū: cū sancto spiritu. Non dicitur vlterius. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessiōe vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate, ab oībus semp muniamur aduersis. Qui viuis et regnas deus. etc. Lectio libri apocalypsis bti ioānis apostoli.

In diebus illis. Vidi ostiū apertum in celo: et vox prima quam audiui, tanq̄ tube loquentis mecū, di iiij. A

cens. Ascende huc: et ostendam tibi que oportet fieri cito post hec. Stati fui i spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardinis. Et iris erat i circuitu sedis, similis visiōi smaragdine. Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor. Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circūamicti vestimentis albis: et in capitibus eorum coronas aureas. Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua. Et septem lāpades ardentes ante thronum, que sunt septē spiritus dei. Et in cōspectu sedis: tanꝗ mare vitreum simile crystallo. Et in medio sedis et in circuitu sedis: quatuor animalia plena oculis ante ⁊ retro. Et animal primum, simile leoni. Et scdm animal, simile vitulo. Et tertium animal, habens faciē quasi hominis. Et quartū animal, sile aquile volāti. Et quatuor animalia, singula eorum habebāt alas senas. Et in circuitu et intus plena sunt oculis: ⁊ requiem non habebant die ac nocte, dicentia. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotēs: qui erat, et qui est, et q̄ venturus est. Et cū darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorū: procidebāt vigintiquatuor seniores ante sedētē in throno. Et adorabant viuentem, in secula seculorum. Gr.

Daniel. iij. C Benedictus es dn̄e qui intueris abyssos ⁊ sedes super cherubin. V. Benedicite deum celi:
Tobie xij. B quia fecit nobiscum mīam suam. Alla. V.
Daniel. iij. C Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Sequentia.

Benedicta sit btā trinitas, deitas eterna, pariter coequalis gloria. Deus genitor, nat⁹ genitus cum sacro pneumate permanens super omne quod extat. Quib⁹ est vna semp volūtas, et a se discrepat haud vnꝗ triplicata persona. Nam cōstat deitas vna, non in tres deos diuisa: quod fides fatetur a christo orthodoxe edita. Hec nanqꝫ pellit delicta, patriam reddit serenā: quā dulcem iubilant agmina symphoniam celica. Alti throni vestigia: imitātur stolis cādidata. Operiūturqꝫ binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei supera: demus nostra debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoqꝫ peracto discrimine, possimus alto perfrui mox palatio. Quo perspicua flagrat lux accēsa cōstanti flamma que deus est, visio nostra et salus eterna. Angelorum que illustrat fortiter pectora. Ut i christo solo sua defigant lumina. Hec nanqꝫ est sitis illa flagrans: qua tunc sitiēt anime sanctorum vel corpora. Cum fuerint data perpetua eis pro bonis a iudice premia. Scdm Joannem.



In illo tempore. Erat homo ex phariseis, nicodem⁹ noīe: princeps iudeorū. Hic venit ad iesum nocte, et dixit ei. Rabbi, scimus qꝛ a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respōdit iesus ⁊ dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis

renatus fuerit denuo, nō potest vide re regnum dei. Dixit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci, cū sit senex? Nunqd potest in vētrem matris sue iterato itroire, & renasci? Respōdit iesus. Amen amē dico tibi, nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua et spiritu sctō, nō potest introire in regnum dei. Qō natū est ex carne, caro est. Et quod natū est ex spū, spūs est. Nō mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: et vocē eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oīs qui natus est ex spū. Respōdit nicodemus, et dixit ei. Quomodo possūt hec fieri? Respondit iesus, & dixit ei. Tu es magister i israel, et hec ignoras? Amē amē dico tibi: qz quod scim⁹ loquimur: et quod vidim⁹ testamur, & testimoniū nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, et nō creditis: quomodo si dixero vobis celestia, credetis? Et nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo: filius hominis q̄ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hois. Ut omnis q̄ credit in ipsum nō pereat: sed habeat vitā eternam.

Offer. Benedictus sit deus pater, vnigenitusqz dei filius, sanctus quoqz spiritus: qz fecit nobiscum misericordiā suam. Secreta.

Sanctifica q̄sum⁹ dn̄e deus trinitas sctā: per tui scti nois inuocationē hui⁹ oblationis hostiā: et per eā nosmetipsos tibi pfice munus eternū. Qui vi. Prefatio. Qui cum vnigenito. Cōio. Benedicimus deum celi: & corā oībus viuentibus confitebimur ei: qz fecit nobiscum miam suam. Postcōio.

Proficiat nobis ad salutē corporis & aīe dn̄e de⁹ noster huius sacramenti susceptio: & sempiterne sancte trinitatis eiusdemqz indiui due vnitatis cōfessio. In qua viuis. Per totā hebdo. fiat memo. de trinitate ad mis. de die: nisi in fes. corporis christi: & dr̄ missa de trini. qn̄ de trini. fit seruitiū: nisi missa Salus populi. dicenda fuerit per hebdomadam.

Urbanus quintus papa concessit oībus christi fidelibus vere contritis & confessis, missam de corpore christi dicentibus: aut deuote audientibus, centum dies indulgentiarum.



In festo corporis christi. Officium



Cibauit eos ex adipe frumēti alleluia: & de petra melle saturauit eos alleluia alła alła. ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. ps. lxxx.

Et dicatur Kyrie fons boni. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue q̄s ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tue

fructum in nobis iugiter sentiam9.
Qui viuis et reg. Ad Corinthios.
j.Cor. FRatres. Ego eñ accepi a do-
xj. E mino, quod et tradidi vobis:
quoniã dñs iesus, in qua nocte tra-
debatur: accepit panẽ, ⁊ grãs agens
fregit, et dixit. Accipite, et mãducate:
hoc est corpus meũ, qđ pro vobis tra
detur. Hoc facite in meã cõmemora-
tionẽ. Similiter et calicẽ postq̃ cena-
uit, dicẽs. Hic calix nouũ testamentũ
est, in meo sanguine. Hoc facite quo-
tienscũq3 sumetis, in meã cõmemora
tionẽ. Quotienscũq3 eñ mãducabi-
tis panem hũc, et calicẽ bibetis: mor-
tem dñi annũciabitis, donec veniat.
Itaq3 quicũq3 mãducauerit panem,
vel biberit calicem domini indigne:
reus erit corporis et sanguinis dñi.
Probet autẽ seipsum homo: et sic de
pane illo edat, et de calice bibat. Qui
enim manducat et bibit indigne: iu-
diciũ sibi manducat ⁊ bibit. Non di-
ẜ.cxliiij. iudicans, corpus domini. Gr. Oculi
omnium in te sperant domine: et tu das illis
escam in tempore opportuno. V9. Aperis tu
manum tuam: et imples omne animal bene-
Joan. dictione. Alleluia. V9. Caro mea vere est
vj.F cibus: et sanguis meus vere est potus: q̃ man
ducat meam carnem, et bibit meum sangui-
nem: in me manet, et ego in eo. Sequẽtia.
LAuda sion saluatorem, lauda
ducem ⁊ pastorẽ, in hymnis ⁊
canticis. Quantũ potes, tãtum gau
de, q2 maior omni laude: nec laudare
sufficis. Laudis thema specialis, pa-
nis viuus et vitalis, hodie proponi-
tur. Quem in sacre mẽsa cene, turbe
fratrum duodene, datum non ambi-
gitur. Sit laus plena sit sonora, sit
iocunda sit decora, mentis iubilatio.
Dies enim solẽnis agit: in qua men-
se prima recolitur, huius institutio.
In hac mẽsa noui regis: nouum pa-
scha, noue legis: phase vetus termi-
nat. Vetustatem nouitas, vmbrã fu-
gat veritas, noctem lux illuminat.
Quod in cena christus gessit, faciẽdũ
hoc expressit, in sui memoriam. Do-
cti sacris institutis, panem vinum in
salutis, consecramus hostiam. Do-
gma datur christianis, q᷑ in carnem
transit panis, ⁊ vinũ in sanguinem.
Qđ non capis qđ non vides, animo-
sa firmat fides: preter rerũ ordinem.
Sub diuersis speciebus, signis tãtũ
et non rebus, latẽt res eximie. Caro
cibus, sanguis potus: manet tamen
christus totus sub vtraq3 specie. A su
mente non cõcisus, nõ cõfractus, nõ
diuisus, integer accipit. Sumit vn9,
sumunt mille, quantũ isti tantũ ille,
nec sumptus consumitur. Sumunt
boni, sumũt mali, sorte tamẽ inequa
li, vite vel interitus. Mors est malis,
vita bonis: vide paris sumptionis
q᷑ sit dispar exitus. Fracto demum
sacramento, ne vacilles sed memen-
to: tantum esse sub fragmento quan
tum toto tegitur. Nulla rei fit scissu-
ra, signi tãtum fit fractura: qua nec
stat9 nec statura, signati minuitur.
Ecce panis angelorũ, factus cibus
viatorum, vere panis filiorum, non
mittendus canibus. In figuris pre-
signatur, cum isaac immolat, agn9
pasche deputatur, datur manna pa-
tribus. Bone pastor panis vere, iesu
nr̃i miserere, tu nos pasce nos tuere,
tu nos bona fac videre in terra vi-
uentium. Tu qui cuncta scis et va-
les: qui nos pascis hic mortales, tu
nos ibi commensales, coheredes ⁊ so
dales fac sanctorum ciuium.
Secundum Joannem.
IN illo tẽpore. Dixit iesus disci vj.
pulis suis, et turbis iudeorũ.
Caro mea vere est cibus: et sanguis



meus vere est potus. Qui mādu cat meā carnē et bibit meū sanguinē: in me manet, et ego in illo. Sicut misit me viuēs pater: & ego viuo ꝓpter pa trē. Et q mādu cat me, & ipse viuet ꝓ pter me. Hic est panis q de celo descen dit. Nō sicut mādu cauerūt prēs ve stri māna, & mortui sunt. Qui mādu cat hunc panē, viuet in eternū. Cre do. Offr. Sacerdotes dñi incensum et pa nes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomen eius alla. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis et pacis propitius dona cōcede: que sub oblatis muneribus mystice designantur. Per. Prefa. Qr p incar nati. Hec pfa. dr p totas oct. quādo de octa. fit seruitiū: & in cōmemo. eiusdē per totum annum. Cōio. Quotienscūqz manducabitis panem hunc, et calicem bibe tis: mortem dñi annunciabitis donec veniat: itaqz quicunqz manducauerit panem vel bi berit calicē domini indigne: reus erit corpo ris et sanguinis domini alla. Postcōio.

Hac nos q̄s domie diuinitatis tue sempiterna fruitione re pleri: quā preciosi corporis et sangui nis tui tēporalis pceptio prefigurat. Qui vi. Per totā hebdo. dr eadē mis. qn de oct. fit seruitiū: sed sine sequē. & Credo. vbi fiūt oct. cū regi. cho. dr se quētia Ecce panis angelorū. quoti. d. per octa. et in oct. qn de oct. fit missa.

¶ Dominica prima post festum san cte trinitatis. Ad missam. Officium.



Domine ī tua mi sericordia spera ui: exultauit cor meum in saluta ri tuo: cātabo do mino q bona tri buit michi. psal. Usquequo dñe obli uisceris me in finē: vsquequo auertis faciem tuam a me. Kyrie eleison. Oratio. Ps. xij.

Deus in te sperātiū fortitudo, adesto propitius inuocationi bus nostris: et qr sine te nichil potest mortalis infirmitas: presta auxiliū gratie tue: vt in exequēdis mādatis tuis, et voluntate tibi et actione pla ceamus. Per. Mēo. de trini. fiat oibus dñicis vsqz ad aduētū dñi: nisi qn ali qua do. oino differatur. ¶ Notādū est ꝙ qn dupl. fes. per estatē in do. cōti ge. nulla de dñica fiet memo. ad miss. licet aliqn pro necessitate facta fuerit memo. ad ves. & ad matu. sub silētio: vt alias dictū est: sed qn fit de aliquo fes. ix. lect. in dñicis, semp fiat mēo. de do. & de tri. ad mis. qn ad ves. & ad ma tu. facta fuerit memo. nisi mis. dñica lis debeat cātari ipsa dñica in capl'o.

¶ Lectio ep'le beati Joannis ap'li.

Charissimi. Deus charitas est. J. iiij. B In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniā filium suum vnige nitum misit deus in mundū, vt viua mus per eū. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deū: sed qm ipse prior dilexit nos: et misit filium suum ppitiationē pro peccatis nr̄is. Charissimi, si sic deus dilexit nos, et nos debemus alterutrū diligere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diliga mus inuicem, deus in nobis manet: & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus qm in eo mane mus, et ipse in nobis: qm de spū suo

dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: quoniã pater misit filium suũ saluatorẽ mundi. Quisquis confessus fuerit qm̃ iesus est filius dei: de⁹ in eo manet, ⁊ ipse in deo. Et nos cognouimus et credimus charitati: quã habet deus in nobis. Deus charitas est. Et q manet in charitate, in deo manet: ⁊ deus in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscũ: vt fiduciam habeam⁹ in die iudicij: qꝛ sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor nõ est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: qm̃ timor penam habet. Qui autẽ timet: nõ est ꝑfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ: qm̃ ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit qm̃ diligo deum, ⁊ fratrẽ suum oderit, mendax est. Qui enim nõ diligit fratrẽ suum quem videt: deum quẽ nõ videt, quomodo potest diligere? Et hoc mãdatum habemus a deo: vt q diligit deũ

ps.xl. diligat et fratrẽ suũ. Gr. Ego dixi dñe miserere mei: sana animã meã, quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum et pauperẽ: in die mala liberabit eum dñs.

ps.v. Alla. ℣. Uerba mea auribus ꝑcipe dñe: intellige clamorẽ meũ. Nulla dr̃ sequen. quãdo de do. agitur vsq͡z ad aduẽ. do.



Secundum Lucam.

xvj.E In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Homo quidã erat diues, et induebaꝛ purpura ⁊ bysso: ⁊ epulabaꝛ quotidie splendide. Et erat quidam mendicus noie lazarus, q iacebat ad ianuã ei⁹ vlceribus plenus, cupiẽs saturari de micis q̃ cadebãt de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebãt, et lingebant vlcera eius. Factum est autẽ vt moreretur mẽdicus: et portaretur ab angelis ĩ sinũ abrahe. Mortuus est autẽ et diues: et sepultus est in inferno. Eleuãs autẽ oculos suos cũ esset in tormentis: vidit abrahã a longe, ⁊ lazarũ in sinu ei⁹. Et ipse clamans, dixit. Pater abrahã miserere mei, ⁊ mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguã meam: qꝛ crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham. Fili, recordare, quia recepisti bona ĩ vita tua, et lazarus siꝛe mala. Nunc autẽ hic consolaꝛ, tu vero cruciaris. Et in his oĩbus inter nos ⁊ vos chaos magnũ firmatũ est: vt hi q volunt hinc transire ad vos non possint, neq͡z inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domũ patris mei (habeo enim quinq͡z fratres) vt testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abrahã. Habent moysen et ꝓphetas, audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Ait autẽ illi. Si moysen et prophetas nõ audiunt: neq͡z si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Offert. Intende voci orationis mee, rex me⁹ et deus meus: quoniam ad te orabo domine. ps.v.

Secreta.

Deus qui nos ad imaginem tuam conditos, et sacramentis renouas et preceptis: supplicum preces et munera benignus accepta: vt quod fiducia non habet meritorum: placationes obtineãt hostiarũ. Per dñm. Cõio. Narrabo omnia mira- p.c.

bilia tua : letabor et exultabo in te : psallam
nomini tuo altissime. Postcommunio.
Tantis domine repleti mune-
ribus: presta qs vt et salutaria
dona capiamus : et a tua nunq̄ lau-
de cessemus. Per dñm. ¶ Feria.iiij.
Lectio epistole beati Petri apostoli.
Charissimi. Notū fecimus vo- j.D
bis domini nostri iesu christi
virtutem et presciētiam: sed specula-
tores facti ipsius magnitudinis. Ac
cipiens enim a deo patre honorem et
gloriam: voce delapsa ad eum huius
cemodi a magnifica gloria. Hic est fi-
lius meus dilectus, in quo michi cō-
placuit: ipsum audite. Et hāc vocem
nos audiuimus de celo allatā: cum
essemus cum ipso in mōte sancto. Et
habemus firmiorem propheticū ser-
monem cui benefacitis attendentes:
quasi lucerne lucēti in caliginoso lo-
co. Donec dies illucescat, et lucifer o-
riatur: in cordibus vestris.

Secundum Mattheum.

In illo tēpore. Dixit iesus disci
pulis suis. Nolite putare qr
veni soluere legē: aut pphetas. Non
veni soluere: sed adimplere. Amen
quippe dico vobis: donec transeat ce
lum et terra, iota vnū aut vnus apex
non preteribit a lege donec oīa fiant.
Qui ergo soluerit vnū de mandatis
istis minimis, et docuerit sic hoīes:
minimus vocabitur in regno celorum.
Qui autē fecerit et docuerit: hic ma-
gnus vocabitur in regno celorum.
¶ Dñica.ij.post trinitatē. Officiū.



Factus est domi-
nus protector meus,
et eduxit me in la
titudinem: saluū
me fecit quoniā
voluit me. ps Di
ligam te dñe fortitu-
do mea: dominus firmamentum meum et re-
fugium meum et liberator meus. Oratio.
Sancti nominis tui dñe timorē
pariter et amorem fac nos ha-
bere perpetuum: quia nunq̄ tua gu-
bernatione destituis, quos in solidi-
tate tue dilectionis instituis. Per do.
Lectio epistole bti ioannis apostoli.
Charissimi. Nolite mirari si o- j.iij.C
dit vos mūdus. Nos scimus qm̄
trāslati sumus de morte ad vitā: qm̄
diligimus fratres. Qui nō diligit: ma
net in morte. Oīs q̄ odit fratrē suū:
homicida est. Et scitis qm̄ oīs homi-
cida: non habet vitā eternā in se ma-
nentē. In hoc cognoscimus charita-
tē dei, qm̄ ille p nobis animā suā po-
suit: et nos debemus p fratribus aīas po
nere. Qui habuerit substātiam huius
mūdi, et viderit fratrē suū necessita-
tem patientē, et clauserit viscera sua
ab eo: quō charitas dei manet in eo?
Filioli mei, nō diligamus verbo neq;
lingua: sz ope et veritate. Gr. Ad dñm ps.cxix.
cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. V.
Dñe libera animā meā a labijs iniqs: et a lin
gua dolosa. Alla. V. Deus iudex, iustus, for ps.vij.
tis et patiēs: nunqd irascit per singulos dies.



Secundum Lucam.

In illo tēpore. Dixit iesus disci xiiij.D
pulis suis parabolā hanc. Ho-
mo quidā fecit cenā magnā, et voca-
uit multos. Et misit seruum suū ho-
ra cene dicere inuitatis vt venirent:
qr iā parata sunt omnia. Et ceperūt

simul oẽs excusare. Primus dixit illi. Villam emi: ⁊ necesse habeo exire et videre illã. Rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit. Iuga boum emi quinqꝫ: ⁊ eo probare illa. Rogo te, habe me excusatũ. Et alius dixit. Uxorem duxi, et ideo non possum venire. Et reuersus seruus nũciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles, cecos ⁊ claudos itroduc huc. Et ait seruus. Domine factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias ⁊ sepes: ⁊ compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autẽ vobis ꝙ nemo virorum illorum qui vocati sunt, gu

ps.vj. stabit cenam meam. Offr. Domine cõuertere et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

OBlatio nos dñe tuo nomini dicanda purificet: et de die in diẽ ad celestis vite transferat actionem.

ps.xij. Per. Cõio. Cãtabo dño ꝗ bona tribuit michi, et psallam noĩ dñi altissimi. Postcõio.

SUmptis dñe munerib⁹ sacris ꝗs vt cũ frequẽtatione mysterij, crescat nr̃e salutis effectus. Per d.

¶ Feria.iiij. Ad Ephesios.

iiij. D FRatres. Hoc dico, et testificor in domino: vt iam nõ ambuletis sicut ⁊ gentes ambulãt. In vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habẽtes intellectum, alieni a via dei per ignorantiam que est in illis: propter cecitatem cordis ipsorum. Qui desperãtes semetipsos tradiderunt impudicitie: in opationẽ immũditie oĩs in auaritiã. Vos autẽ non ita didicistis christũ si tamẽ illũ audistis: ⁊ in ipso edocti estis, sicut est veritas in iesu. Deponite vos scdm pristinã conuersationem veterem hominem: qui corrũpitur scdm desideria erroris. Renouamini autẽ spũ mẽtis vestre: et induite nouũ hominẽ, ꝗ scdm deũ creatus est in iustitia ⁊ sanctitate veritatis. In christo iesu dño nr̃o.



Secundum Mattheum.

xxi. c IN illo tempore. Cum venisset iesus in tẽplum: accesserũt ad eum principes sacerdotũ ⁊ seniores populi, dicẽtes. In qua potestate hec facis: ⁊ ꝗs dedit tibi hanc potestatẽ? Respondẽs iesus, dixit eis. Interrogabo vos ⁊ ego vnũ sermonẽ: quẽ si dixeritis michi, et ego vobis dicã in qua potestate hec facio. Baptismus ioãnis vnde erat: de celo, an ex hominibus? At illi cogitabãt intra se, dicẽtes. Si dixerim⁹ de celo, dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autẽ dixerim⁹ ex hoĩb⁹, timem⁹ turbã. Oẽs eñ habebãt ioannẽ sicut prophetã. Et respondẽtes iesu, dixerũt. Nescimus. Ait illis ⁊ ipse. Neqꝫ ego dico vobis i qua potestate hec facio.

¶ Dñica.iij.post trinitatẽ. Officiũ.



ps.xx RESpice ĩ me, ⁊ miserere mei domine quoniam vnicus et paup sum ego: vide humilitatẽ meã et laborẽ meũ, ⁊ dimitte oĩa pctã mea de⁹ meus. Ps. Ad te dñe leuaui animã meã: de⁹ meus in te confido nõ erubescam. Oratio.

Deprecationẽ nostram quesu-
mus domine benign⁹ exaudi,
et quibus supplicãdi prestas affectũ,
tribue defensionis auxilium. Per d.
Lectio epistole beati Petri apostoli.
C Charissimi. Humiliamini sub
potenti manu dei: vt vos exal
tet in tempore visitationis. Omnem
solicitudinem vestram proiicientes
in eum: quoniam ipsi cura est de vo-
bis. Sobrij estote, et vigilate: q2 ad-
uersarius vester diabolus tanq̃ leo
rugiens circuit, querens quem deuo
ret. Cui resistite fortes in fide: sciẽtes
eandem passionem ei que in mundo
est, vestre fraternitati fieri. Deus au
tem omnis gratie qui vocauit vos
in eternam suam gloriam: in christo
iesu modicũ passos ipse perficiet, con
firmabit, solidabitq;. Ipsi gloria et
imperium: in secula seculorum. Gr.
iiij. Jacta cogitatum tuum in domino: et ipse te
enutriet. V. Dum clamarem ad dominũ, ex-
audiuit vocem meam: ab his qui appropin-
viij. quant michi. Alleluia. V. Diligam te do-
mine virtus mea, dñs firmamentum meum
et refugium meum, et liberator meus.



Secundum Lucam.

In illo tempore. Erant appro-
pinquantes ad iesum publica
ni et peccatores: vt audirẽt illum. Et
murmurabant scribe et pharisei, di-
centes: quia hic peccatores recipit, et
manducat cũ illis. Et ait ad illos pa
rabolã istam, dicens. Quis ex vobis
homo qui habet centũ oues: et si per-
diderit vnam ex illis: nonne dimittit
nonagintanouẽ in deserto, & vadit ad
illam que perierat donec inueniat il
lã? Et cũ inuenerit eã: imponit in hu
meros suos gaudens. Et veniẽs do-
mum, cõuocat amicos et vicinos, di-
cens illis. Cõgratulamini michi: q2
inueni ouem meam que perierat. Di
co vobis q̃ ita gaudiũ erit in celo su-
per vno peccatore, penitẽtiam agen-
te: q̃ super nonagintanouem iustis
qui non indigent penitẽtia. Aut que
mulier habens drachmas decem: et
si perdiderit drachmam vnam, non-
ne accẽdit lucernam: & euertit domũ,
et q̃rit diligenter donec inueniat eã?
Et cum inuenerit, conuocat amicas
et vicinas, dicens. Congratulamini
michi quia inueni drachmam quam
perdideram. Ita dico vobis: gaudiũ
erit coram angelis dei super vno pec
catore penitentiam agente. Offert.
Sperent in te omnes qui nouerunt nomen ps.ix.
tuum dñe: q̃m non derelinquis querentes te:
psallite domino qui habitat in sion: q̃m nõ est
oblitus orationem pauperum. Secreta.
Munera tibi domine quesum⁹
oblata sãctifica: vt tui nobis
vnigeniti corpus & sanguis fiant ad
medelam. Qui tecum. Cõio. Ego cla- ps.xvj.
maui quoniam exaudisti me deus: inclina au
rem tuam et exaudi verba mea. Postcõio.
Sacris dñe muneribꝰ p̃ceptis:
quesumus vt nos eorũ virtu-
te, et a vitijs omnib⁹ expies: & donis
gratie tue iugiter repleas. Per dñm.
¶ Feria quarta. Ad Timotheum.
Charissime. Dñs michi astitit, ti.iiij. C
& cõfortauit me: vt per me pre-
dicatio adimpleatur: et audiant oẽs
gẽtes, quia liberatus sum de ore leo-
nis. Liberauit me dñs ab omni ope
malo: et saluũ faciet in regnũ suum

celeste. Ipsi gl'ia: in s'cla s'cloꝝ amen.



Secundum Mattheum.

v. D In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cũ eo: ne forte tradat te aduersarius iudici, et iudex tradat te ministro, et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrãtem. Audistis, quia dictum est antiquis, non mechaberis: ego autem dico vobis, q2 omnis qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam, iam mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scãdalizat te, erue eum, et proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnũ mẽbrorum tuoꝝ: ꝙ totum corpus tuum mittatur in gehẽnam. Et si dextera man⁹ tua scãdalizat te: abscinde eã, ⁊ proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorũ: ꝙ totum corpus tuum eat in gehennam.

¶ Dñica.iiij.post trinitatẽ. Officiũ.

ps.xxvi.



Dominus illuminatio mea: et salus mea, quem timebo? domin⁹ defensor vite mee, a quo trepidabo? q tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderunt. ps. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum. Oratio.

Protector in te sperantiũ deus sine quo nichil est validum, nichil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore te duce, sic trãseamus per bona temporalia, vt nõ amittamus eterna. Per dominum. Ad Romanos. viij.

Fratres. Existimo enim ꝙ nõ sunt condigne passiones huius tẽporis, ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationẽ filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volẽs: sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatem glorie filiorum dei. Scim⁹ enim ꝙ omnis creatura ingemiscit: et parturit vsq3 adhuc. Nõ solum autem illa: sed ⁊ nos ipsi primitias spiritus habentes, et ipsi intra nos gemim⁹ adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionẽ corporis nostri. In christo iesu domino nostro. Gr. Propitius esto domine peccatis nostris, nequãdo dicant gentes, vbi est deus eorum? V. Adiuua nos deus salutaris noster, et propter honorẽ nominis tui domine libera nos. Alleluia. V. Domine in virtute tua letabitur rex, et super salutare tuum exultabit vehementer. ps.lxxviii. ps.xx.



Secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors vi.

est. Nolite iudicare, et non iudicabimini. Nolite condemnare et non condẽnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mensurã bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem, dabunt in sinum vestrum. Eadẽ quippe mẽsura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Nũquid potest cecus cecum ducere? Nõne ambo in foueam cadũt? Non est discipulus super magistrũ. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem que in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater sine eiciam festucã de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabẽ nõ vides? Hypocrita, eiice primum trabẽ de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

Offert. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum. Secreta.

Respice quesumus dñe munera supplicantis ecclesie: et saluti credentiũ perpetua sctificatione sumẽda cõcede. Per. Cõio. Dñs firmamẽtum meum et refugium meum, et liberator meus: deus meus adiutor meus. Postcõio

Sancta tua nos dñe sumpta viuificent: et mie sempiterne preparent expiatos. Per. ¶ Feria.iiij. Lectio epistole bti ioannis apostoli.

Charissimi. In hoc scimus quoniam cognouimus deũ: si mãdata eius obseruamus. Qui dicit se nosse deum, et mandata eius non custodit: mẽdax est, & in hoc veritas nõ est. Nam qui custodit verbum eius: vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniã in ipso sum⁹. Qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

Secundum Mattheum.



In illo tempore. Interrogauerunt discipuli iesum, dicentes. xvij. B
Quid scribe dicunt: q heliam oporteat primũ venire? At ille respõdens ait eis. Helias quidem venturus est: et restituet omnia. Dico autẽ vobis, quia helias iam venit, et non cognouerunt eũ: sed fecerunt in eo quecũq voluerũt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli: quia de ioanne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbã: accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens. Domine, miserere filio meo, q lunaticus est: & male patitur. Nã sepe cadit in ignẽ: et crebro in aquã. Et obtuli eũ discipulis tuis: et non potuerunt curare eum. Respondens autem iesus, ait. O generatio incredula et peruersa, quousq ero vobiscum: vsquequo patiar vos? Afferte huc illũ ad me. Et increpauit eũ iesus: & exijt ab eo demoniũ: et curatus est puer ex illa hora.

¶ Dñica.v.post trinitatẽ. Officiũ.



Exaudi domie vocem meã qua clamaui ad te: adiutor meus esto ne derelinquas me, neq despicias me de⁹ salutaris me⁹. Ps.xxvi.
Ps. Dominus illu-

minatio mea et salus mea:quē timebo? Ky
rie eleison. Oratio.

DA nobis quesumus dñe vt et
mundi cursus pacifice nobis
tuo ordine dirigatur, et ecclesia tua
trāquilla deuotione letetur. Per do.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

j.iij. A Charissimi. Omnes vnanimes
in oratione estote: compatien-
tes, fraternitatis amatores, miseri-
cordes, modesti, humiles. Nō reddē-
tes malum pro malo: vel maledictū
pro maledicto: sed econtrario benedi
centes. Quia in hoc vocati estis: vt
benedictionem hereditate possidea-
tis. Qui enim vult vitam diligere, &
cupit videre dies bonos: coerceat lin
guam suam a malo: et labia eius ne
loquantur dolum. Declinet autem
a malo, & faciat bonum: inquirat pa
cem, et sequatur eam. Quia oculi do
mini super iustos: et aures ei9 ad pre
ces eorum. Vultus autem domini su
per facientes mala. Et quis est q̄ vo-
bis noceat: si boni emulatores fueri-
tis? Sed et si quid patimini propter
iustitiam, beati. Timorem autem eo
rum ne timueritis: vt non conturbe-
mini. Dominū autem christum san-
p̄.lxxxiij ctificate, in cordibus vestris. Gr. Pro
tector noster aspice deus: et respice super ser-
uos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi
preces seruorum tuorum. Alleluia. V.
ps.xxx. In te domine speraui non confundar in eter
num: in tua iustitia libera me et eripe me: in-
clina ad me aurē tuā, accelera vt eripias me.

Secundum Lucam.

v. A In illo tempore. Cum turbe ir-
ruerent ad iesum vt audirent
verbū dei: et ipse stabat sec9 stagnū
genezareth. Et vidit duas naues stā
tes secus stagnū: piscatores autem
descenderant, & lauabāt retia. Ascen
dēs autem in vnam nauim que erat



simonis: rogauit eū vt a terra redu
ceret pusillum. Et sedens, docebat de
nauicula turbas. Vt cessauit autem
loqui: dixit ad simonem. Duc in al-
tū: et laxate retia vestra in capturā.
Et respondens simon, dixit illi. Pre-
ceptor, per totam noctem laborātes
nichil cepimus: in verbo autem tuo
laxabo rete. Et cum hoc fecissent: con
cluserunt piscium multitudinem co-
piosam. Rumpebatur autem rete eo
rum: & annuerunt socijs qui erant in
alia naui, vt venirent et adiuuarent
eos. Et venerunt et impleuerūt am-
bas nauiculas: ita vt pene mergerē-
tur. Quod cū videret simon petrus:
procidit ad genua iesu, dicens. Exi a
me domīe: quia homo peccator sum.
Stupor enim circundederat eum: et
omnes qui cum illo erant in captu-
ra piscium quam ceperāt. Similiter
autem iacobum et ioannem filios ze
bedei, qui erant socij simonis. Et ait
ad simonē iesus. Noli timere: ex hoc
iam homines eris capiens. Et sub-
ductis ad terram nauibus: relictis
omnibus, secuti sunt eum. Offr. Be- Ps.
nedicam dñm q̄ michi tribuit intellectum: p-
uidebā deū in cōspectu meo semper: qm̄ a de-
xtris est michi ne commouear. Secreta.

Ascendāt q̄sumus dñe preces
humilitatis nostre in conspe-
ctu clementie tue: et descendat super
hec oblata virt9 tue diuinitatis: quā
nostris quoqȝ purificandis mētibus

ps.xvj. largiaris.Per. Cõio. Unã petij a dño, hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Postcõio.

Mysteria nos domine quesum⁹ sancta purificent: ꝛ suo munere tueantur. Per dominũ nostrum.

¶ Feria quarta. Ad Timotheum.

ij. A Charissime. Obsecro primũ omnium fieri obsecrationes, orationes, postulatiões, gratiarũ actiones: pro omnibus hominibus. Pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt constituti: vt quietã ꝛ tranquillam vitã agamus, in omni pietate ꝛ castitate. Hoc enim bonum est, et acceptum coram saluatore nostro deo: qui oĩes homines vult saluos fieri, et ad agnitionẽ veritatis venire. Unus enim deus: vnus et mediator dei et hominum homo christus iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis cõfirmatum est: in quo posit⁹ sum ego predicator et apostolus. Ueritatẽ dico non mentior doctor gentiũ, in fide et veritate.



Secundum Lucam.

In illo tempore. Factum est in vna dierum: et iesus ascẽdit in naviculã, et discipuli eius. Et ait ad illos. Trãsfretemus trãs stagnum. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis: obdormiuit. Et descẽdit pcella venti in stagnum: et compellebantur fluctibus, ꝛ periclitabantur. Accedentes aũt suscitauerunt eum, dicentes. Preceptor, perimus. At ille surgens, increpauit vẽtum ꝛ tempestatẽ aque, et cessauit: et facta est trãquillitas. Dixit autẽ illis. Ubi est fides vestra? Qui timẽtes mirati sunt adinuicem, dicentes. Quisputas hic est? Quia et ventis imperat et mari, et obediunt ei.

¶ Dñica. vj. post trinitatẽ. Officiũ.



Dominus fortitudo plebis sue ꝛ protector salutariũ christi sui est, saluum fac populũ tuum domine et bñdic hereditati tue, et rege eos vsq; in seculum. ps.xxvij. Ps. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum. Oratio.

Deus qui diligẽtibus te bona inuisibilia preparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in omnibus et super omnia diligentes, pmissiones tuas que omne desiderium superãt, consequamur. Per dominum. Ad Romanos.

Fratres. Quicunq; baptizati vj. A sumus in christo iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cũ illo per baptismũ in mortem, vt quomodo christus surrexit a mortuis per gloriã patris, ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complãtati facti sumus similitudini mortis ei⁹, simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes q2 vetus homo noster simul crucifix⁹ est, vt destruatur corp⁹ peccati, vt vltra non seruiam⁹ peccato. Qui eĩn mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autẽ mortui sumus cum christo, cre-

dimus q2 simul etiam viuemus cum illo. Scientes q christus resurgẽs ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Quod enim mortuus est pctõ, mortuus est semel. Quod autem viuit, viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidẽ esse peccato, viuentes autem deo. In
ps.lxxxvj christo iesu domino nostro. Gr. Conuertere domine aliquantulum: et deprecare super servos tuos. V. Domine refugium factus es nobis: a generatione et pgenie. Al
ps.lviij. leluia. V. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me.

Secundum Mattheum.

v.C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amẽ dico vobis: quia nisi abũdauerit iustitia vestra plusq scribarum et phariseorum, nõ intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis: non occides. Qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare, et ibi recordatus fueris q2 frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade pri9 recõciliari fratri tuo. Et tũc veniẽs, offeres munus tuum.
ps.xvj. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nõ moueant vestigia mea: iclina aurẽ tuã et exaudi verba mea, mirifica mias tuas qui saluos facis sperantes in te dñe. Secreta.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: et has oblatiões famulor tuorum benignus assume: vt quod singuli obtulerũt ad honorem tui nois, cũctis proficiat ad salutem. Per. Cõio Circuibo et immolabo in
ps.xxvj. tabernaculo eius hostiam iubilationis, cantabo et psalmum dicam domino. Postcõio.

Quos domie celesti dono satiasti: presta quesumus vt a nris mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidijs. Per. ¶ Feria.iiij.

Lectio epistole bti ioannis apostoli.

Charissimi. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatẽ: sed quasi sciẽtibus eam, quoniã omne mẽdaciũ ex veritate nõ est. Quis est mendax, nisi is qui credit quoniã iesus nõ est christus? Hic est antichristus: qui negat patrẽ et filium. Omnis qui negat filium: nec patrem habet. Qui autem confitetur filium: et patrẽ habet. Vos quod audistis ab initio: in vobis permaneat. Quia si in vobis permanserit quod audistis ab initio: et vos in filio et patre manebitis. Et hec est repromissio quã ipse pollicitus est nobis, vitam eternam.



Secundum Marcum.

In illo tempore. Cum egressus esset iesus in via: pcurrẽs quidam genu flexo ante eum: interrogabat eum, dicẽs. Magister bone, quid faciam, vt vitam eternam percipiã? Jesus autem dixit ei. Quid me dicis bonũ? Nemo bon9, nisi solus deus. Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne falsum testimonium dixeris: ne fraudem feceris: honora patrem tuum et matrem. At ille respondens, ait illi. Magister bone, hec omnia custodiui

a iuuentute mea. Jesus autē intuit⁹ eum, dilexit eum, et dixit ei. Unū tibi deest. Uade, et vende omnia quecūqꝫ habes, et da pauperibus: et habebis thesaurū in celo, et veni sequere me.

¶ Dñica. vij. post trinitatē. Officiū.

Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultatiōis. ps. Subiecit ppl'os nobis: et gentes sub pedibus nostris.

Oratio.

Deus virtutū cuius est totum quod est optimū, insere pectoribus nostris amorem tui nominis: ⁊ presta in nobis religionis augmētū: vt que sunt bona nutrias, ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dominum. Ad Romanos.

Fratres. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immunditie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cū enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quē ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti deo: habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem vero vitam eternam. Stipēdia eñ pcti, mors: gr̄a aūt dei, vita eterna. In christo iesu, dño nr̄o.

Gr. Uenite filij, audite me: timorē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eum, et illuminamini: ⁊ facies vestre nō cōfundētur. Alla. ℣. Te decet hymnus deus in sion: et tibi reddetur votum in hierusalem. Scd'm Marcū.

In illo tempore. Cū turba multa esset cum iesu, nec haberent



quod manducarent: conuocatis discipulis, ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā, deficiēt in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit q̄s hic saturare panibus in solitudine? Et iterrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe: discumbere super terrā. Et accipiens septem panes: gratias agēs, fregit, et dabat discipulis suis, vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit ⁊ iussit apponi. Et manducauerunt, et saturati sunt. Et sustulerūt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant quasi quatuor milia, ⁊ dimisit eos. Offertoriū.

Sicut in holocausto arietum et taurorum, et sicut in militibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie vt complaceat tibi: quia non est confusio confidentibus in te domine. Secreta. Daniel. iij. D

Propitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes populi tui benignus assume: et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio: presta q̄sum⁹ vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per do. Cōio. Inclina aurē tuā: accelera vt eruas me. ps. xxx. Postcōio.

Repleti dñe munerib⁹ tuis tribue q̄s, vt ꝑ eoꝝ mūdemur effectu: et muniamur auxilio. Per dñm.

¶ Feria quarta. Ad Romanos.

viij. A Fratres. Nichil nunc damnationis est his qui sunt in christo iesu: qui non scdm carnem ambulant. Lex enim spiritus vite in christo iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnē, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. Et de peccato damnauit peccatū in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. Qui non secūdum carnem ambulamus: sed secūdum spiritū. Qui enim secundum carnem sunt: que carnis sunt, sapiunt. Qui vero secundū spiritū sunt: que sunt spiritus sentiunt. Nā prudentia carnis, mors est. Prudētia autem spiritus, vita et pax. In christo iesu domino nostro.



Secundum Mattheum.

xij. A In illo tēpore. Abijt iesus sabbato per sata: discipuli autem eius esurientes, ceperunt euellere spicas, et manducare. Pharisei autē videntes, dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt: quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis q̄d fecerit dauid q̄n esurijt: et qui cū illo erant: Quomodo intrauit in domū dei, et panes propositionis comedit: quos nō licebat ei edere, neq̄ his qui cū eo erāt: nisi solis sacerdotib⁹: Aut non legistis in lege: quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violāt: et sine crimine sunt: Dico autem vobis: quia tēplo maior est hic. Si autem sciretis quid est, misericordiam volo et non sacrificium: nunq̄ condemnassetis innocentes.

¶ Dñica. viij. post trinitatē. Officiū.



Suscepim⁹ deus misericordiā tuam in medio tēpli tui: secūdum nomē tuū deus, ita ꝑ laus tua in fines terre, iusticia plena est dextera tua. Ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Ps. xlvij.

Oratio.

Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallit: te supplices exoramus: vt noxia cūcta submoueas: et omnia nobis profutura concedas. Per dñm. Ad Romanos.

viij. Fratres. Debitores sum⁹, nō carni vt secūdum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicūq̄ enim spiritu dei agūtur, hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filiorū dei in quo clamamus, abba pater. Ipse enim spiritus, testimonium reddit spiritui nostro q̄ sum⁹ filij dei. Si autem filij, et heredes. Heredes quidem dei, coheredes autem christi. Gr. Esto michi in deum protectorem, et in locum refugij vt saluū me facias. Ps. xxx. ℣. Deus in te speraui dñe, non confundar in eternum. Alleluia. ℣. Attendite popule meus legem meam. Ps. lxxvij. Scdm. Mattheum.

C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Nũquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: fructus bonos facit. Mala autẽ arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere: neqꝫ arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que nõ facit fructum bonum, excidetur: ꝛ in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit michi domine domine, intrabit in regnũ celorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnũ celorum. Offr. Populũ humilem saluum facies dñe: et oculos superborũ humiliabis, quoniã quis deus preter te dñe? Secreta.

Deus qui legalium differẽtias hostiarũ vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis oblatũ: et pari benedictione sicut munera iusti abel sanctifica: vt qđ singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per do. Cõio. Gustate et videte quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Postcõio.

Tua nos domine medicinalis operatio: et a nostris peruersitatibus clemẽter expediat: et ad ea que recta sunt, perducat. Per dñm.

C Feria quarta. Ad Romanos.

Fratres. Cõmendat deus charitatem suam in nobis. Quoniam si cũ adhuc peccatores essemus secũdum tempus christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc in sanguine eius, salui erim⁹ ab ira per ipsum. Si enim cũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Nõ solũ autẽ: sed et gl'iamur in deo. Per dñm nr̃m iesum christũ.



Secundum Marcum.

In illo tempore. Dixerũt discipuli ad iesum. Magister, vidimus quẽdam in nomine tuo eicientem demonia: et prohibuimus eum, quia non sequitur nos. Jesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui facit virtutem in noĩe meo: et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo, quia christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedẽ suam. Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonũ est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, et in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua: abscinde illã. Bonum est tibi debilem intrare in regnum dei: ꝙ duas manus habẽtem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem. Ubi vermis eorum non moritur: ꝛ ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te: amputa illum. Bonũ est tibi claudũ introire in vitam eternã: ꝙ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis

non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: erue eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei: quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur.

¶ Dñica.ix.post trinitatē. Officiū.

ps.liij.



Ecce deus adiuuat me, et dominus susceptor est anime mee: auerte mala inimicis meis et in veritate tua disperde illos protector meus domine. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me. Oratio.

Largire nobis quesumus dñe semper spiritū cogitandi que recta sunt propitius et agēdi: vt qui sine te esse nō possumus, scdm te viuere valeamus. Per. Ad Corinthios.

i.x.B Fratres. Non simus concupiscentes malorū: sicut et illi cōcupierunt. Neque idolatre efficiamini sicut quidā ex ipsis: quemadmodū scriptum est. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neque tētemus christum: sicut quidam eorum tētauerūt et a serpentibus perierūt. Neque murmurauerítis, sicut quidam eorum murmurauerunt: et perierūt ab exterminatore. Hec autem omnia in figura contingebant illis. Scripta autem sunt hec ad correptionē nostram: in quos fines seculorum deuenerūt. Itaque qui se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos non apprehēdat: nisi humana. Fidelis autē deus est, qui nō patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tētatione etiam prouētum: vt possitis sustinere. Gr. Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. V. Quoniā eleuata est magnificentia tua super celos. Alleluia. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmum iocundum cum cithara. Secundum Lucam. ps.viij. ps.lxxx.

vj.C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidam erat diues, qui habebat villicū: et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue: iam enim non poteris villicare. Ait aūt villicus intra se. Quid faciam: quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mēdicare erubesco. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quantū debes domino meo? At ille dixit. Cētū cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam, et sede: cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quātum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas: et scribe octogīta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis: quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Offer. Iustitie domini recte letificātes corda: et dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodit ea. ps.xviij. Secreta.

Suscipe munera quesumus dñe que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta mysteria (gratie tue operante virtute) et psen-

tis vite nos cõuersatione sctificet: et ad gaudia sempiterna pducāt. Per.

Cõio. Primū querite regnū dei: et omnia adiicientur vobis, dicit dominus. Postcõio.

Sit nobis dñe q̄sumus reparatio mentis et corporis celeste mysteriū: vt cuius exequimur actionem, sentiamus effectum. Per dñm.

¶ Feria quarta. Ad Romanos.

Fratres. Nescitis quoniā cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obeditis: Siue pcti ad mortē: siue obeditionis ad iustitiam. Gr̄as aūt deo q̄ fuistis serui pctī: obedistis aūt ex corde in eā formā doctrine in qua traditi estis. Liberati aūt a pctō: serui facti estis iustitie. In christo iesu, dño nostro.



Secundum Lucam.

¶ In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est: et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vr̄m est, quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dñis seruire. Aut eñi vnum odiet & alterū diliget: aut vni adherebit et alterū contemnet. Non potestis deo seruire et mãmone. Audiebant autem hec omnia pharisei, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis. Uos estis qui iustificatis vos coram hominibus: deus autem nouit corda vr̄a. Qr qđ hominibus altū est, abominatio est ante deum.

¶ Dñica .x. post trinitatē. Officium.



Cum clamarē ad dominum exaudiuit vocē meam ab his qui appropinquant michi: & humiliauit eos qui est ante secula et manet i eternum: iacta cogitatum tuum in dño, et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam, et ne despexeris deprecationē meam: intende michi, et exaudi me. Ps. liiij.

Oratio.

Pateāt aures misericordie tue domine precib⁹ supplicantiū: & vt petentibus desiderata cõcedas, fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum.

Ad Corinthios.

Fratres. Scitis qm̄ cum gentes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini eūtes. Ideo notū vobis facio q̄ nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus, nisi in spū sctō. Diuisiones vero gratiarū sunt: idem autē spūs. Et diuisiones ministrationū sunt: idem autē dñs. Et diuisiones opationū sunt: idē vero de⁹ q̄ operat̄ oīa in oībus. Unicuiq3 autē datur manifestatio spūs: ad vtilitatē. Alij qđē per spm̄ datur sermo sapientie: alij autem sermo sciētie secūdum eundem spiritum. Alteri fides in eodē spū: alij gratia sanitatum in vno spū. Alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonū. Hec autē oīa operatur vnus atq3 idem spūs: diuidēs singulis prout vult. Grad. Custodi me domine vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuarum Ps. xvi.

protege me. ℣. De vultu tuo iudiciũ meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Alle
Psalm⁹ lxxxvij. luia. ℣. Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Scdm Lucam.



xix. B In illo tpe. Cũ appropiquasset iesus hierusalẽ: vidẽs ciuitatẽ, fleuit sup illã, dicens. Qr si cognouisses, ⁊ tu. Et quidẽ in hac die tua, q̃ ad pacẽ tibi: nũc autẽ abscõdita sunt ab oculis tuis. Qr ecce veniẽt dies in te, et circundabunt te inimici tui vallo. Et circũdabũt te et coangustabũt te vndiqȝ, ⁊ ad terrã pſternẽt te: ⁊ filios tuos q̃ in te sunt. Et nõ relinquẽt in te lapidẽ sup lapidẽ, eo q̄ nõ cognoueris tẽpus visitationis tue. Et ingressus in tẽplũ cepit eiicere vendẽtes in illo ⁊ emẽtes, dicẽs illis. Scriptũ est, qr domus mea domus orationis est. Uos autẽ fecistis illã speluncã latronũ. Et erat docẽs: quotidie in tẽplo.

p. xxiiij. Offert. Ad te domine leuaui animã meam deus meus in te cõfido non erubescam, neqȝ irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Concede nobis hec q̃sumus domine digne frequẽtare mysteria: quia quotiẽs huius hostie cõmemoratio celebrat: opus nr̃e redẽptionis exercetur. Per do. Cõio. Acceptabis
ps. l. sacrificiũ iustitie, oblationes ⁊ holocausta super altare tuum domine. Postcõio.

Tui nobis domie cõmunio sacramenti, et purificationem conferat: et tribuat vnitatẽ. Per do.

¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

Fratres. Non omnis caro, eadem caro: sed alia hoim, alia pecorum, alia volucrũ, alia autẽ piscium. Et corpora celestia, ⁊ corpora terrestria. Sed alia quidẽ celestiũ gl̃ia: alia autem terrestriũ. Alia claritas solis, alia claritas lune, et alia claritas stellarum. Stella autem a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in ifirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est ⁊ spiritale: sicut scriptum est. Factus est primus homo adam in animam viuentem: nouissimus adam in spiritum viuificãtem. Sed non prius quod spiritale est: sed quod animale, deinde quod spiritale. In christo iesu, domino nostro. j. xv. e

Secundum Lucam.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attẽdite vobis ne forte grauẽtur corda vestra in crapula et ebrietate, et curis huius vite: et superueniat in vos repẽtina dies illa. Tã͂q̃ laqueus enim superueniet in oẽs q̃ sedent super faciẽ omnis terre. Uigilate itaqȝ orãtes omni tpe: vt digni habeamini fugere ista oĩa que futura sunt: ⁊ stare ante filiũ hoĩs. xxi. f

¶ Dñica. xj. post trinitatẽ. Officium



Deus in loco sancto suo, deus qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipe dabit virtutem et fortitudinem plebi sue. ps. Exurgat deus ⁊ P. lxv

dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui omnipotētiā tuam parcendo maxime et miserādo manifestas, multiplica super nos gratiā tuam: vt ad tua pmissa currentes: celestiū bonorum facias esse consortes. Per do. Ad Corinthios.

FRatres. Notum vobis facio euangeliū quod predicaui vobis: qd et accepistis, in quo et statis: p qd et saluamini. Qua ratione predicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi eñ vobis in primis qd et accepi: qm̄ christ⁹ iesus mortuus est pro pctis nr̄is scd̄m scripturas. Et q2 sepult⁹ est: et q2 resurrexit tertia die scd̄m scripturas. Et q2 visus est cephe: et post hec vndeci. Deinde visus est plusq̄ quīgētis fratrib⁹ simul: ex q̄bus multi manēt vsq3 adhuc, q̄dā aūt dormierūt. Deinde visus est iacobo: deinde apl'is oīb⁹. Nouissime aūt oīm tāq̄ abortiuo: visus est michi. Ego eñ sum minimus apostolo2, q̄ nō sum dign⁹ vocari apl's: qm̄ persecutus sum ecclesiā dei. Gr̄a aūt dei sum, id qd sum: et gr̄a eius in me vacua nō fuit. Gr. In deo sperauit cor meū et adiut⁹ sum: et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi. V⁹. Ad te domine clamabo deus meus, ne sileas, ne discedas a me. Alleluia. V. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie.



Secundum Lucam.

Sar.

IN illo tp̄e. Dixit iesus ad quosdā qui in se cōfidebāt tanq̄ iusti, et aspernabātur ceteros: parabolam istā, dicēs. Duo hoīes ascēderūt in templū vt orarēt, vnus phariseus et alter publicanus. Phariseus autē stās: hec apud se orabat. Deus gr̄as ago tibi quia nō sum sicut ceteri hominū: raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omniū q̄ possideo. Et publicanus a longe stans: nolebat nec ad celum oculos leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propitius esto michi peccatori. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur. Offr. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: dñe clamaui ad te, et sanasti me. Secre.

TIbi domine sacrificia dicata reddentur: que sic ad honorē nominis tui deferēda tribuisti: vt eadem remedia nostra fieri prestares. Per dominū. Cōio. Honora dñm de tua substantia, et de primitijs frugum tuarum: vt impleantur horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabunt. Postcōmunio.

QUesum⁹ domine deus noster: vt quos diuinis reparare nō desinis sacramentis: tuis non destituas benignus auxilijs. Per dūm.

¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

FRatres. Nescitis qm̄ corpora vr̄a mēbra sūt christi. Tollēs ergo mēbra christi: faciā mēbra meretricis. Absit. An nescitis qm̄ q̄ adheret meretrici: vnū corp⁹ efficitur. Erūt eñ inqt duo in carne vna. Qui autē adheret deo: vnus spūs est. Fugite fornicationē. Omne enim pctm̄ quodcūq3 fecerit homo, extra corpus

est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam mēbra vestra tēplū sunt spūssancti, qui in vobis est: quē habetis a deo: et non estis vestri. Empti enim estis pcio magno. Glorificate et portate deum, in corpore vestro. Secundum Lucam.

xviij. A In illo tēpore. Dicebat iesus discipulis suis parabolam hāc. Quoniam oportet semper orare, et non deficere, dicens. Judex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum nō timebat: et hominē nō reuerebat. Uidua autē quedā erat in ciuitate illa, et veniebat ad eum, dicēs. Uindica me de aduersario meo: et nolebat per multum tēpus. Post hec autē dixit intra se. Et si deum nō timeo, nec hominē reuereor: tamen quia molesta est michi hec vidua, vindicabo illam: ne in nouissimo veniens suggillet me. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem nō faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: et patientiam habebit in illis. Dico autem vobis: quia cito faciet vindictam illorum.

¶ Dñica, xij. post trinitatē. Officiū.

ps. lxix. 
Deus i adiutoriū meū intende: domine ad adiuuādum me festina: confundantur et reuereantur inimici mei qui querūt animā meā.

ps. Auertantur retrorsum et erubescāt: qui volunt michi mala. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui abundantia pietatis tue et merita supplicum excedis et vota, effunde super nos miam tuā: vt dimittas que cōscientia metuit: et adiicias quod oro non presumit. Per. Ad Corinthios.

Fratres. Fiduciā talem habemus per christū ad deū, nō quod sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autē viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt nō possent intēdere filij israel in faciē moysi, propter gloriam vultus eius que euacuat: quomodo nō magis ministratio spūs erit in gloria. Nam si ministratio dānationis in gloria est: multo magis abūdat ministeriū iustitie in gloria. Gr. Bñdicā dñm in omni tpe: semper laus eius in ore meo. V. In dño laudabitur anima mea: audiāt māsueti et letent.

Alla. V. Uenite exultemus dño: iubilemus deo salutari nro. Alius V. Preoccupemus faciē eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Isti duo V. dñr per hebd. alternis vicibus quoniam de fer. agit: ita tamen quod V. Preoccupemus, prius dr quando missa dñicalis per hebdo. dr. Et si nulla fer. per hanc hebdo. ad hoc vacauerit: tūc vltimus V. eo anno omnino pretermittatur.



Secundum Marcum.

In illo tempore. Exiēs iesus de finibus tyri: venit per sidonē ad mare galilee iter medios fines decapoleos. Et adducūt ei surdū et mutū, et deprecabātur eū, vt imponat illi manū. Et apprehendens eum de tur- vij.

ba seorsum,misit digitos suos in auriculas ei⁹:et expuens tetigit linguā eius. Et suspiciens in celum: ingemuit,⁊ ait illi. Effeta:quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures ei⁹: ⁊ solutū est vinculum lingue eius, et loquebatur recte. Et precepit illis,ne cui dicerent. Quanto autem eis magis precipiebat: tanto plus predicabant:et eo amplius admirabātur,dicentes. Bene omnia fecit:⁊ surdos fecit audire,et mutos loqui. Offerto.

Precatus est moyses in cōspectu domini dei sui,et dixit:precatus est moyses in conspectu domini dei sui,et dixit: quare domine irasceris in populo tuo?parce ire anime tue:memēto abraham, isaac,et iacob, quibus iurasti dare terram fluentē lac et mel, ⁊ placatus factus est dominus de malignitate quam dixit facere populo suo. Secreta.

Respice q̄s dn̄e nostram propitius seruitutem: vt quod offerimus sit tibi munus acceptum,sitq̄ nostre fragilitati subsidium. Per d.

Cō̄io. De fructu operū tuoꝝ dn̄e satiabitur terra:vt educas panē de terra,et vinum letificet cor hominis:vt exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmet. Postcō̄io.

Sentiamus dn̄e q̄s tui pceptione sacramēti subsidiū mētis ⁊ corporis:vt i vtroq̄ saluati,celestis remedij plenitudine gloriemur. Per.

¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

Fratres. Nō nosmetipsos predicamus:sed dn̄m nostrum iesum christū. Nos aūt seruos vestros per iesum. Qm̄ de⁹ qui dixit de tenebris lucem splēdescere: illuxit in cordibus n̄ris ad illuminationem sciencie claritatis dei: in facie christi iesu. Habem⁹ autē thesaurū istū in vasis fictilibus:vt sublimitas sit virtutis dei,⁊ nō ex nobis. In oīb⁹ tribulationem patimur, sed nō angustiamur. Aporiamur,sꝫ nō destituimur. Persecutionē patimur,sed nō derelinquimur. Humiliamur,sed non cōfundimur. Deiicimur,sed nō perim⁹. Sēper mortificationē iesu christi in corpore n̄ro circūferentes:vt ⁊ vita iesu in corporibus nostris manifestetur.



Secundum Mattheum.

In illo tempore. Cepit iesus exprobrare ciuitatibus in quib⁹ facte sunt plurime virtutes eius: q2 nō egissent penitētiam. Ve tibi corozaim:ve tibi bethsaida. Q2 si in tyro et sidone facte essent virtutes q̄ facte sunt in vobis:olim in cinere et cilicio penitentiā egissent. Verūtamen dico vobis:tyro ⁊ sidoni remissius erit in die iudicij,q̄ vob. Et tu capharnaū, nunqd vsq̄ in celū exaltaberis? Vsq̄ in īfernū descēdes. Q2 si in sodomis facte fuissent virtutes q̄ facte sunt in te:forte māsissent vsq̄ in hūc diē. Veruntū dico vobis:q2 terre sodomorū remissius erit in die iudicij q̄ tibi. xj. C

¶ Dn̄ica.xiiij.post trinitatē. Officiū.

Respice dn̄e in testamentū tuum: et animas pauperum tuorū ne derelinquas i finē: exurge domīe iudica causam tuā, et ne obliuiscaris voces querentium te. Ps. Vt quid deus p̄.lxxiij.

repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue? Oratio.

Omnipotens et misericors de⁹, de cuius munere venit vt tibi a fidelib⁹ tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis quesum⁹, vt ad promissiões tuas sine offensione curramus. Per do. Ad Galathas.

iij. C Fratres. Abrahe dicte sunt promissiones: et semini eius. Nō dicit, et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno et semini tuo, qui est christus. Hoc autem dico testamentū confirmatū a deo: que post quadringētos ꝛ triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandā promissionem. Nam si ex lege esset hereditas: iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressores posita est: donec veniret semen cui ꝑmiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus ꝑmissa dei? Absit. Si enim data esset lex q̄ posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed ꝯclusit scriptura oīa sub peccato: vt promissio ex fide iesu

ꝑ.lxxiij. christi, dareť credētibus. Gr. Respice dñe in testamentū tuū: ꝛ animas pauperum tuorū ne obliuiscaris in finē. ꝟ. Exurge dñe et iudica causam tuā: memor esto opprobrij

ꝑ.xciiij. seruorum tuorum. Alleluia. ꝟ. Quoniā deus magnus dñs: ꝛ rex magnus super omnem terram. Secundum Lucam.

x. D In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vidēt que vos videtis. Dico enim vobis q̄ multi prophete et reges voluerūt videre q̄ vos videtis, et non viderūt: et audire q̄ auditis, ꝛ non audierūt. Et ecce quidā legisperitus surrexit: tentans illū, ꝛ dicēs. Magister, qd faciē-



do vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eū. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille aūt respōdēs, dixit. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo, et ex tota aīa tua: ꝛ ex oīb⁹ virib⁹ tuis, et ex omni mēte tua: ꝛ proximū tuū sicut teipsum. Dixitq; illi. Recte respōdisti. Hoc fac: et viues. Ille autē volens iustificare seipsum, dixit ad iesum. Et q̄s est meus proxim⁹? Suspiciēs autem iesus, dixit. Homo quidā descendebat ab hierusalem in hierico: ꝛ icidit in latrones. Qui etiā despoliauerunt eum: ꝛ plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidā descenderet eadem via, et viso illo preterijt. Similiter et leuita cum esset secus locū et videret eū, pertrāsijt. Samaritanus autē quidam iter faciēs venit secus eū: et vidēs eū, mīa motus est. Et appropiās alligauit vulnera ei⁹: infundēs oleum et vinum. Et imponens illū in iumētū suū: duxit in stabulū et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario, et ait. Curam illius habe, et quodcūq; superogaueris, ego cū rediero reddam tibi. Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illum. Et ait illi iesus. Vade, et tu fac similiter. Offerť.

In te speraui domine, dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. Secreta. ps.

Hostias quesumus domine propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiẽdo, tuo nomini dent
ap.j. honorem. Per. Cõio. Panem de celo de-
B disti nobis dñe: habentẽ omne delectamentũ et omnem saporem suauitatis. Postcõio.

Uiuificet nos quesumus domine huius participatio sancta mysterij: et pariter nobis expiationẽ tribuat et munimen. Per dominũ.

¶ Feria.iiij. Ad Thessalonicenses.

B Fratres. Memores estote laborum nostrorum et fatigationum nocte et die operãtes: ne quẽ vestrũ grauaremus. Predicauimus enim in vobis euãgeliũ dei. Uos enĩ testes estis et deus: ꝙ sancte et iuste, et sine querela vobis qui credidistis affuimus sicut scitis: qualiter vnũquẽqꝫ vestrũ: tanꝙ pater filios suos deprecantes vos ⁊ consolantes testificati sumus: vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in regnũ suum et gloriam. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniã cum accepissetis a nobis verbum auditus dei: accepistis illud non vt verbũ hoim̃, sed sicut est vere verbũ dei, qui operatur in vobis q credidistis.



Secundum Mattheum.

B In illo tẽpore. Abeũtes pharisei concilium faciebant aduersus iesum, quomodo eum perderent. Iesus autem sciens: recessit inde. Et secuti sunt eum multi: et curauit eos omnes. Et precepit eis ne manifestũ eum facerent: vt adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam, dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus, in quo bene complacuit anime mee. Ponam spiritum meum super eum: et iudicium gentibus nunciabit. Non contendet neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet: et lignum fumigans non extinguet, donec eiciat ad victoriam iudiciũ: et in nomine eius gentes sperabunt.

¶ Dñica.xiiij.post trinitatẽ. Officiũ



Protector noster ps.lxxxiij.
aspice deus, ⁊ respice in faciẽ christi tui: q2 melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, da nobis fidei, spei, et charitatis augmentum: ⁊ vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per dominum no.

Ad Galathas.

Fratres. Spiritu ambulate: ⁊ v. C
desideria carnis non perficietis. Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicẽ aduersantur: vt non quecunqꝫ vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis: que sunt fornicatio, immunditia, auaritia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia: inimicitie, contẽtiones, emula-

tiones,ire,rixe,dissensiones,secte:inuidie,homicidia,ebrietates,comessationes,& his similia. Que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus est:charitas,gaudium,pax, patientia, longanimitas,bonitas,benignitas mãsuetudo,fides, modestia, continētia, castitas. Aduersus huiuscemodi,nō est lex. Qui autē sunt christi:carnem suam crucifixerunt,cum vitijs & con-
ps.xci. cupiscētijs. Grad. Bonum est cōfiteri domino:et psallere nomini tuo altissime. V. Ad annunciandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem. Alleluia.
ps.ciiij. V. Confitemini domino et inuocate nomen eius:annunciate inter gentes opera eius.



Secundum Lucam.

xvij. C I N illo tēpore. Cum iret iesus in hierusalē:transibat per mediam samariam & galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellū: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerunt vocem,dicentes. Jesu preceptor,miserere nostri. Quos vt vidit,dixit. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factū est dum irent: mundati sunt. Unus autem ex illis,vt vidit quia mundatus est:regressus est cum magna voce,magnificans deum. Et cecidit in faciē ante pedes eius, gratias agēs. Et hic erat samaritanus. Respōdēs autem iesus,dixit. Nonne decē mundati sunt? Et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret,et daret gloriã deo:nisi hic alienigena? Et ait illi. Surge,& vade: qr fides tua te saluũ fecit. Offer. Immittit angel9 dñi in circuitu timentiũ eũ,et eripiet eos:gustate et vide te quoniã suauis est dominus. Secreta. ps.xxxiij.

P Ropitiate domīe populo tuo propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus: et indulgētiam nobis tribuas,et postulata cōcedas. Per. Cōio. Panis quem ego dedero,caro mea est pro seculi vita. Postcommunio. Joan. vj. F

S Umptis domine celestibus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per dominum nostrum.

C Feria quarta. Ad Corinthios. ij.vj.

F Ratres. Nolite iugum ducere cum infidelibus:sed cum fidelibus. Que enim participatio iustitie cum iniquitate? Aut que societas luci ad tenebras? Que autem cōuētio christi ad belial? Aut que pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo dei cū idolis? Uos autem estis templum dei viui, sicut dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis:et inambulabo inter eos,& ero illorum deus:et ipsi erunt michi populus. Propter quod exite de medio eorum et separamini (dicit dominus) vos qui portatis vasa domini:et immundum ne tetigeritis. Et ego recipiam vos,et ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios et filias,dicit dominus omnipotēs. Has igitur promissiones habentes charissimi: mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus,perficiētes sanctificationem,in timore dei.

Secundum Lucam.

I N illo tempore. Ait ad iesum quidã de turba. Magister,dic xij.



fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo, quis cõstituit me iudicem aut diuisorem super vos? Dixitq; ad illos. Uidete & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusq; vita eius est, ex his que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicẽs. Hominis cuiusdam diuitis huberes fruct9 ager attulit: et cogitabat intra se, dicens. Quid faciam q non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea, & maiora faciam: et illuc congregabo omnia que nata sũt michi, et bona mea: et dicam anime mee. Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te: que autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: & non est in deum diues. Dixitq; ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis: neq; corpori vestro quid induamini. Anima plus est q esca: et corpus plus q vestimentum. Considerate coruos: quia nec seminant, neq; metunt. Quibus non est cellarium, neq; horreum: et deus pascit illos.

¶ Dominica decimaquinta post trinitatem. Ad missam. Officium.



Nclina domine ps. lxxxv. aurem tuam ad me et exaudi me: saluum fac seruũ tuum deus meus sperantem in te: miserere mihi domine quoniã ad te clamaui tota die. psal. Letifica animam serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui. Oratio.

Custodi quesumus domine ecclesiam tuã propitiatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs, et ad salutaria dirigatur. Per. Ad Galathas.

Fratres. Si spiritu viuimus, vj. A spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos q spirituales estis huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis. Considerans teipsum, ne et tu tenteris. Alter alteri9 onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cũ nichil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisq;: & sic in semetipso tantum gloriam habebit & non in altero. Unusquisq; enim onus suum portabit. Cõmunicet aũt is qui catechizatur verbo: ei qui se catechizat in omnib9 bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que eñi seminauerit homo: hec et metet. Quoniã qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu et metet vitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus

habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.
p. cxvij. Gr. Bonum est confidere in domino: quam confidere in homine. V. Bonum est sperare in domino: quam sperare in principibus. Alleluia.
ps. cvij. V. Paratū cor meum deus paratū cor meū: cantabo et psallam tibi in gloria mea.



Secundum Mattheum.

vj. C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnū odio habebit et alterum diliget: aut vnum sustinebit et alterum contemnet. Nō potestis deo seruire, et mammone. Ideo dico vobis: ne soliciti sitis anime vestre quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia celi, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimēto, quid solliciti estis? Cōsiderate lilia agri, quomodo crescunt. Non laborant: neque nent. Dico autem vobis: quoniā nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est, et cras in clibanū mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos modice fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester: quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei, et iustitiam eius: et hec omnia adiicientur vobis. Offert. Expectans expectaui dominum et respexit me: et exaudiuit deprecationem meam, et immisit in os meum canticum nouum hymnum deo nostro. p. xxxix.

Secreta.

Concede nobis domine quesumus vt hec oblatio salutaris: et nostrorum fiat purgatio peccatorum, et tue propitiatio pietatis. Per dominum. Cōio. Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum: in me manet, et ego in eo, dicit dominus. Joan. vj. F

Postcōio.

Purificent semper et muniant tua sacramenta nos deus: et ad perpetue ducant saluationis effectum. Per dominum nostrum.

C Feria quarta. Ad Timotheum. j. j. B

Charissime. Scimus autē quia bona est lex: si quis ea legitime vtatur. Sciēs hoc, quia iusto nō est lex posita: sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, patricidis et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum cōcubitoribus, plagiariis, mendacibus et periuris. Et si quod aliud sane doctrine aduersatur: que est secūdum euangelium glorie beati dei: quod creditum est michi. Gratias ago ei qui me cōfortauit in christo iesu domino nostro: quia fidelem me existimauit ponēs in ministerio: qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus. Sed misericordiam dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Supabundauit aūt gratia domini nostri cum fide et dilectione: que est in christo iesu domino nostro.



Secundum Lucam.

x. A In illo tempore. Factum est in vna dierū: docēte iesu ppl'm in tēplo, ⁊ euāgelizāte: cōuenerūt principes sacerdotum et scribe cum senioribus, et aiunt dicētes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis: aut quis est qui dedit tibi hāc potestatē? Respondens autem iesus, dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnum sermonem: respondete michi. Baptismus ioānis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerimus ex hominib⁹, plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset: et iesus ait illis. Neq₃ ego dico vobis, in qua potestate hec facio.

Dñica.xvj.post trinitatē. Officiū.



Miserere michi domine quoniā ad te clamaui tota die: q₂ tu domine suauis ac mitis es, et copiosus in mia omnibus inuocantib⁹ te. ps. Inclina domine aurem tuam, et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego. Oratio.

Ecclesiam tuam quesum⁹ dñe miseratio continuata mūdet et muniat: et q₂ sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per dñm. Ad Ephesios.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei grā flecto genua mea ad patrē domini nostri iesu christi: ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur. Ut det vobis scdm diuitias glorie sue virtutem corroborari p spiritū ei⁹ in interiori hoīe: christū habitare per fidē in cordib⁹ vestris. In charitate radicati et fundati: vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo, longitudo, ⁊ sublimitas, et pfundum. Scire etiā supereminētem scientie charitatem christi: vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autē qui potēs est omnia facere superabundāter q̄ petimus aut intelligimus: scdm virtutem que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia, et in christo iesu: in oēs generationes, seculi seculorū amen. iij. C

Gr. Timebunt gentes nomen tuum dñe: et omnes reges terre gloriā tuam. ℣. Quoniā edificauit dñs sion: et videbitur in maiestate sua. Alla. ℣. Qui timent dominum sperēt in eum: adiutor et protector eorum est. ps. cj. ps. cxiij.



Secundum Lucam.

In illo tēpore. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naim: et ibant cum eo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunct⁹ effe- vij. B

rebatur filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatꝭ multa cum illa. Quam cum vidisset dn̄s, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit: ꝛ tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait. Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, ꝛ cepit loqui: et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum, dicentes. Quia propheta magnꝰ surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem suam.

ps.xxxix. Offert. Domine in auxilium meum respice: confundantur et reuereantur qui querūt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Tua nos domine quesumꝰ sacramenta custodiant: et contra diabolicos tueantur semper incursus. Per dominum. Cōio. Dn̄e me

ps.lxx. mozabor iustitie tue solius, deus docuisti me a iuuentute mea, et vsqꝫ in senectam et seniū deus ne derelinquas me. Postcōmunio.

Mentes nostras et corpora possideat q̄s dn̄e doni celestꝭ operatio: vt nō noster sensus in nobis, sꝫ iugiter eiꝰ proueniat effectꝰ. Per dn̄m.

¶ Feria quarta. Ad Colossenses.

ij. B Fratres. Uidete ne q̄s vos decipiat per philosophiā ꝛ inanem fallaciam, secūdum traditionē hominum: secundum elementa mūdi, et non secundum christum. Quia in ipso inhabitat om̄is plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis. In quo ꝛ circuncisi estis circuncisione non manu facta, in expoliatiōe corporis carnis: sed in circuncisione christi. Consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidē operationis dei: qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum essetis mortui in delictis, et preputio carnis vestre: conuiuificauit cū illo donans vobis omnia delicta. Per iesum christum, dominum nostrum.



Secundum Marcum.

viij. B In illo tpe. Uenit iesus bethsaidam et adducūt ei cecum: ꝛ rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehēsa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuēs in oculos eius impositis manibus suis: interrogauit eum si quid videret. Et aspiciens ait. Uideo hoīes velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, et cepit videre et restitutꝰ est, ita vt videret clare omnia. Et misit illum in domum suam, dicens. Uade in domū tuā: ꝛ si in vicum introieris, nemini dixeris.

¶ Dn̄ica.xvij. post trinitatē. Offiī.



Iustus es domīe, ꝛ rectum iudiciū tuū: fac cum seruo tuo secūdum misericordiā tuā. ps. Beati immaculati in via: q ambulant in lege dn̄i. Oro.

Tua nos dn̄e quesumus gratia semper preueniat ꝛ sequatur: ac bonis operibꝰ iugiter prestet esse intentos. Per do. Ad Ephesios.

iiij. Fratres. Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Cum omni humilitate et mansuetu-

dine,cum patientia, supportãtes in-uicẽ in charitate:soliciti seruare vnitatem spirit⁹ in vinculo pacis. Unũ corpus & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vr̃e. Un⁹ dominus, vna fides, vnũ baptisma. Unus deus & pater omnium: qui est super omnes,et per omnia, et in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorũ amen. Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorum:populus quem elegit dominus in hereditatem sibi.V⁹. Uerbo dñi celi firmati sunt:et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia.V. Dextera dñi fecit virtutem:dextera dñi exaltauit me.



Secundum Lucam.

In illo tempore. Cum introisset iesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato mãducare panem:et ipsi obseruabãt eũ. Et ecce homo quidã hydropic⁹ erat ante illum. Et respondens iesus:dixit ad legisperitos et phariseos, dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eũ,ac dimisit. Et respondẽs ad illos,dixit. Cuius vestrũ asinus, aut bos in puteum cadet,et non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autẽ et ad inuitatos parabolam,intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, nõ discumbas in primo loco:ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo,& veniẽs is qui te et illum vocauit, dicat tibi. Da huic locum. Et tũc incipias cum rubore: nouissimũ locum tenere. Sed cum vocatus fueris,vade,recumbe in nouissimo loco:vt cum venerit qui te inuitauit,dicat tibi. Amice,ascende superius. Tunc erit tibi gloria,coram simul discumbẽtibus. Quia omnis qui se exaltat,humiliabitur:& qui se humiliat,exaltabitur.

Offert. Oraui deum meum ego daniel, dicens:exaudi domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: et propitius intẽde populum istum super quem inuocatũ est nomen tuum deus. Secreta. Daniel. ix. D

Munda nos quesumus dñe sacrificij presentis effectu:& perfice miseratus in nobis:vt ei⁹ mereamur esse participes.Per dñm.Cõio. Uouete et reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera:terribili et ei qui aufert spiritum principum:terribili apud omnes reges terre. Postcõmunio. P̃s.lxxv.

Purifica domine quesum⁹ mẽtes nostras benignus, et renoua celestibus sacramentis: vt consequenter & corporum presens,pariter et futurũ capiamus auxiliũ.Per do.

¶ Feria quarta. Epistola. Si enim vnius.et euangelium. Cum venisset iesus et discipuli. Require in quarta feria post dominicam.xxiij.

¶ Dñica.xviij.post trinitatẽ.Offiñ.



Da pacem domĩe sustinentibus te, vt pphẽte tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui & plebis tue israel. Psalmus. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. Ecclia. xxxvj.C P̃s.cxxi.

Oratio.

Da quesumus domine populo tuo diabolica vitare cõtagia: et te solum deum pura mente sectari. Per dominum. Ad Corinthios.

i.j. A Ratres. Gr̃as ago deo meo semp pro vobis in gratia dei, que data est vobis in christo iesu. Qr in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni sciẽtia, sicut testimonium christi cõfirmatum est in vobis. Ita vt nichil vobis desit in vlla gratia: expectãtibus reuelationem domini nostri iesu christi. Qui & confirmabit vos vsq in finem sine crimine: in die aduentus dñi nostri,

Ps. cxxi. iesu christi. Gr. Letat⁹ sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. ṽ. Fiat pax in virtute tua: et abundãtia in turribus tuis. Alleluia. ṽ⁹. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. ṽl⁹. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem. Isti duo ṽ. dicuntur per hebdo. alternis vicib⁹: ita tñ q ṽ. Stantes primo dr̃ qñ de feria agitur. Et si nulla fer. per hãc hebdo. ad hoc vacauerit: tũc vltimus ṽ. eo anno omnino pretermittatur.



Secundum Mattheum.

xxij. D In illo tempore. Accesserũt ad iesum pharisei. Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor: tentans eum. Magister, qd̃ est mãdatũ magnum in lege? Ait illi iesus. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & in tota aĩa tua, & i tota mẽte tua. Hoc est maximũ et primũ mandatũ. Secundum autem, simile est huic. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophete. Congregatis autẽ phariseis, interrogauit eos iesus, dicens. Quid vobis videtur de christo: cuius filius est? Dicũt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominũ, dicẽs: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos: scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid vocat eum dominũ: quomodo filius ei⁹ est? Et nemo poterat respõdere ei verbum: neq ausus fuit quisq ex illa die, eum amplius interrogare. Offr. Sãctificauit moyses altare domino offerens sup. x illud holocausta: et immolans victimam fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis domino deo in conspectu filiorum israel. Secreta.

Maiestatem tuam domine supplicitur depcamur: vt hec sancta que gerimus, et a preteritis delictis nos eruãt et futuris. Per. Cõio. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. Postcõio.

Sanctificationibus tuis quesumus omnipotẽs deus: & vitia nostra curẽtur, & remedia nobis eterna proueniant. Per dominum no.

¶ Feria quarta. Ad Romanos.

Ratres. Obsecro vos per dominum iesum christum, & per charitatem sancti spiritus: vt adiuuetis me in orationibus vestris p me ad deum, vt liberer ab infidelib⁹ qui sunt in iudea: & obsequij mei oblatio fiat accepta in hierosolyma sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per volũtatem dei, vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis, sit cum omnib⁹ vobis amen. Secundũ Mattheum.



IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Simile factum est regnum celorum grano sinapis, quod accipiẽs homo seminauit ĩ agro suo, quod minimũ est omnib⁹ seminibus. Cum aũt creuerit, maius est omnibus olerib⁹. Et fit arbor: ita vt volucres celi veniãt, et habitent in ramis eius. Aliam parabolã locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus, donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est iesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis nõ loquebatur eis, vt adimpleret qđ dictũ est per pphetã dicentẽ. Aperiam in parabolis os meum: eructabo absconsa a constitutione mundi.

¶ Dñica.xix.post trinitatẽ. Officiũ.



SAl⁹ populi ego sum, dicit dominus: de quacũq; tribulatiõe clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorum dñs in perpetuũ. ps. Attendite popule meus legẽ meam: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Oratio.

DIrigat corda nr̃a quesumus domine tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere nõ possumus. Per dominum nostrum.

Ad Ephesios.

FRatres. Renouamini spiritu mentis vestre: et induite nouum hominem qui secundum deum creatus est, in iustitia et sanctitate veritatis. Propter qđ deponentes mẽdacium, loquimini veritatem vnusquisq; cum primo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini et nolite peccare. Sol nõ occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur: iã nõ furetur. Magis autem laboret, operando manibus suis quod bonũ est: vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti. iiij.E

Gr. Dirigat oro mea sicut incẽsum in cõspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinum. Alla. V. ps.cxl.

Qui confidunt in dño sicut mons sion: nõ cõmouebitur in eternũ q̃ habitat in hierusalẽ. ps.cxxiiij.



Secundum Mattheum.

IN illo tempore. Ascendens iesus in nauiculam transfretauit, et venit in ciuitatẽ suam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto. Videns autem iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis, dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitationes eorũ, dixit. Ut quid cogitatis mala in cordib⁹ vr̃is? Quid est facili⁹ dicere: remittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge et ambula? Ut autẽ sciatis quia filius hominis ix. A

habet potestatem in terra dimitten-
di peccata: tunc ait paralytico. Sur-
ge, tolle lectum tuum: et vade in do-
mum tuā. Et surrexit, et abijt in do-
mum suam. Videntes autem turbe,
timuerunt et glorificauerunt deum,
qui dedit potestatē talē hominibus.
Psalm⁹ cxxxvij. Offert. Si ambulauero in medio tribula-
tionis viuificabis me domine: et super iram
inimicorum meorum extēdes manum tuam,
et saluum me fecit dextera tua. Secreta.

DEus qui nos per huius sacri-
ficij venerāda cōmercia vni⁹
summeq; diuinitatis participes effi-
cis: presta q̄sum⁹ vt sicut tuā cogno-
scimus veritatē, sic eam dignis men
tibus et moribus assequamur. Per.
ps.cxviij. Cōio. Tu mandasti mandata tua custodiri
nimis: vtinam dirigantur vie mee, ad custo-
diendas iustificationes tuas. Postcōio.

GRatias tibi offerim⁹ domine
sacro munere vegetati, tuam
miam deprecantes: vt dignos nos
eius participatione perficias. Per.

¶ Feria.iiij. Ad Thessalonicenses.


ij.iij.D FRatres. State, et tenete tradi
tiōes quas didicistis siue per
sermonē, siue per epistolā nostram.
Ipse autē dominus noster iesus chri
stus, et deus et pater noster qui dile-
xit nos: et dedit nobis cōsolationem
eternam, et spem bonā in gratia: con
soletur corda vestra, et confirmet in
omni opere et sermone bono. De cete
ro fratres orate pro nobis: vt sermo
dei currat et clarificetur vbiq; sicut
et apud vos, et vt liberemur ab ipor-
tunis et malis hominibus. Nō enim
omnium est fides. Fidelis autē deus
est: qui confirmabit vos, et custodiet
a malo. Cōfidimus autem de vobis
in domino: quoniam que precipim⁹,
et facitis et facietis. Dominus autē
dirigat corda et corpora vestra i cha
ritate ei: et patientia christi.



Secundum Mattheum.

IN illo tempore. Accesserūt ad xiij.C
iesum discipuli eius, dicentes.
Edissere nobis parabolam zizanio-
rum agri. Qui respondens, ait. Qui
seminat bonū semen, est filius homi-
nis. Ager autem est mundus. Bonū
vero semē, hi sunt filij regni: zizania
autem filij sunt nequam. Inimicus
autem qui seminauit ea, est diabol⁹.
Messis vero, cōsummatio seculi est.
Messores autem, angeli dei sunt. Si
cut ergo colliguntur zizania, et igni
comburuntur: sic erit in consumma-
tione seculi. Mittet ergo filius homi
nis angelos suos, et colligent de re-
gno eius omnia scandala, et eos qui
faciunt iniquitatem. Et mittent eos
in caminū ignis, ibi erit fletus et stri-
dor dentium. Tunc iusti fulgebunt
sicut sol, in regno patris eorum. Qui
habet aures audiendi, audiat.

¶ Dñica.xx.post trinitatē. Officiū.



Omnia que fecisti Da
nobis domine in iij.
vero iudicio feci-
sti: quia peccaui-
mus tibi, et man-
dat; tuis nō obe-
diuimus: sed da
gloriam nomini
tuo, et fac nobiscum secundum mul-
titudinem misericordie tue. ps. Ma-
gnus domin⁹ et laudabilis nimis, in ciuitate

dei nostri in monte sancto eius. Oratio.
Omnipotens & misericors deus vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, que tua sunt liberis mentib⁹ exequamur. Per. Ad ephesios.
Fratres. Uidete itaque quomodo caute ambuletis: nō quasi insipientes, sed quasi sapientes. Redimentes tēpus: qm̄ dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes: sed intelligentes que sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spū sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, et canticis spiritalibus: cantantes & psallētes in cordib⁹ vestris dño. Gratias agētes semper pro omnibus in noīe dñi nostri iesu christi: deo et pr̄i. Subiecti inuicē in timore christi. Gr. Oculi omniū in te sperāt dñe: et tu das illis escam in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione. Alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam.



Secundum Mattheum.
In illo tpe. Loquebat iesus cū discipulis suis i parabolis, dicens. Sile factū est regnū celorū hoī regi, q̄ fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebāt venire. Iterū misit alios seruos, dicēs. Dicite inuitatis. Ecce prandium meū paraui, tauri mei & altilia occisa sūt, & oīa parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerunt. Et abierunt, alius in villā suā: alius vero ad negociationē. Reliqui vero tenuerūt seruos eius: & cōtumeliis affectos occiderūt. Rex autē cum audisset, irat⁹ est: et missis exercitib⁹ suis perdidit homicidas illos: et ciuitatē illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidē parate sunt: sed q̄ inuitati erāt non fuerūt digni. Ite ergo ad exit⁹ viarū: & quoscūque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerūt bonos et malos: & implete sunt nuptie discumbētium. Intrauit aūt rex vt videret discumbētes: & vidit ibi hominē nō vestitū veste nuptiali, et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti nō habens vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ et pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, et stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offr. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui syon. p̄. cxxxvi

Secreta.
Hec munera quesum⁹ domine que oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. Per d. Cōio. Memēto verbi tui seruo tuo dñe in quo michi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. p̄. cxviii.

Postcōmunio
Tua nos domine medicinalis operatio, et a nostris peruersitatibus clementer expediat: & tuis semper faciat inherere mandatis. Per dominum nostrum iesum. &c.

¶ Feria quarta. Ad Timotheum. ij. ij. A
Charissime. Confortare in gratia que data est tibi i christo iesu. Et que audisti per me & multos testes: hec cōmenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.

Labora sicut bonus miles christi iesu. Nemo militās deo implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat, cui se probauit. Nam et q̄ certat in agone non coronabitur: nisi legitime certauerit. Laborantem agricolā: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

Secundum Lucam.

xiiij.C I N illo tempore. Dicebat iesus cuidam principi phariseorum. Cum facis prandium aut cenam: noli vocare amicos tuos, neq̄ fratres tuos, neq̄ cognatos, neq̄ vicinos neq̄ diuites: ne forte et ipsi te reinuitēt, et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium: voca pauperes, debiles, claudos et cecos, et beatus eris: quia non habēt retribuere tibi. Retribuetur enim tibi: in resurrectiōe iustorū. Hec cum audisset quidā de simul discumbentibus, dixit illi. Beatus qui manducabit panem, in regno dei.

Dñica.xxj.post trinitatē. Officiū.

Hester xiij.D



N volūtate tua domie vniuersa posita sunt: et nō est qui possit resistere voluntati tue: tu enim fecisti omnia: celum et terram, et vniuersa que celi ambitu cōtinētur, dñs vniuersorū tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oro.

ps.cxviij.

L Argire quesumus dñe fidelibus tuis indulgentiā placatꝰ et pacē: vt pariter ab oībus mundentur offensis: et secura tibi mēte deseruiant. Per dñm. Ad Ephesios.

vj.B F Ratres. Confortamini in domino: et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniā non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus principes ⁊ potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum, cōtra spiritualia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo, et in oībus perfecti stare. State ergo succincti lūbos vestros in veritate: et induti loricam iustitie, ⁊ calceati pedes in preparationē euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: et gladiū spiritus, quod est verbum dei. Gr. Domine refugium factus es nobis: a generatione et progenie. ℣. Priusq̄ montes fierēt aut formaretur terra et orbis: a seculo et in seculum tu es deus. Alleluia. ℣. Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallam deo meo quandiu ero.

Secundum Joannem.

iiij.G I N illo tempore. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cū audisset, quia iesus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eum, et rogauit eum vt descēderet, et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Dixit ad eum regulus. Domine, descende priusq̄ moriatur filius meus. Dixit ei iesus. Uade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixerat ei iesus: et ibat. Jam autem eo descēdente, serui occurrerunt ei: et nunciauerunt, dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. Quia heri hora septima, reliquit eum febris. Cognouit ergo

pater quia illa hora erat in qua dixit
ei iesus: filius tuus viuit. Et credidit
ipse, et domus eius tota. Offertoriũ.
Job.j. Uir erat in terra hus noĩe iob, simplex et re-
a ctus, ac timens deum: quem satan petijt vt
tentaret, et data est ei potestas a domino in
facultate et in carne eius, perdiditq; omnem
substantiam ipsius et filios, carnem quoq;
eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Celestẽ nobis prebeant hec my
steria quesumus domine me
dicinam: et vitia cordis nostri expur-
cxviij. gent. Per dominum. Cõio. In saluta-
ri tuo anima mea, et in verbum tuum super-
speraui, quando facies de persequẽtibus me
iudiciũ? iniqui persecuti sunt me, adiuua me
domine deus meus. Postcommunio.

cxvij. Ut sacris domine reddamur
digni muneribus: fac nos que-
sumus tuis semper obedire manda-
i.ep tis. Per dominum nostrum.

¶ Feria.iiij. Ad Thessalonicenses.

a Fratres. Scientes dilecti a deo
electionem vestram quia euã
gelium nostrum nõ fuit apud vos in
iij.G sermone tantũ, sed et in virtute, et in
spiritu sancto, et in plenitudine mul
ta: sicut scitis quales fuerimus in vo
bis propter vos. Et vos imitatores
mei facti estis et domini: excipientes
verbum in tribulatione multa cum
gaudio spiritus sancti. Ita vt facti
sitis forma oĩbus credẽtibus: in ma
cedonia et in achaia. A vobis enĩ dif
famatus est sermo dñi, non solum in
macedonia, et in achaia: sed et in om
ni loco fides vestra que est ad deum
perfecta est, ita vt non sit nobis neces
se quicq; loqui. Ipsi enĩ de nobis an
nunciant qualem introitũ habueri-
mus ad vos: et quomodo cõuersi estis
ad dñm a simulachris seruire deo vi
uo et vero, et expectare filium eius de
celis. Quem suscitauit ex mortuis, ie
sum christum dominum nostrum.

Secundum Lucam.



In illo tẽpore. Factũ est vt in- vj.B
traret iesus in synagogam: et
doceret. Et erat ibi homo: et manus
eius dextera erat arida: obseruabãt
aũt scribe et pharisei si in sabbato cu
raret: vt inuenirẽt vnde accusarẽt il
lũ. Ipse vero sciebat cogitationes eo
rũ: et ait hoĩ q̃ habebat manũ aridã.
Surge, et sta in medio. Et surgẽs, ste
tit. Ait autẽ ad illos iesus. Interro
go vos, si licet sabbatis bñfacere an
male: animam saluam facere an per
dere? Et circũspectis omnibus dixit
homini: extẽde manum tuam. Et ex-
tendit: et restituta est manus eius.
Ipsi autem repleti sunt insipientia:
et colloquebantur adinuicem, quid-
nam facerent de iesu.

¶ Dñica.xxij.post trinitatẽ. Offiñ.



Si iniq̃tates ob- P.cxxix.
seruaueris domi-
ne: domine quis
sustinebit? quia
apud te propitia
tio est deus israel.
Ps. De profundis
clamaui ad te domi-
ne: dñe exaudi vocem meam. Oratio.

Familiam tuã q̃s dñe cõtinua
pietate custodi: vt a cũctis ad-
uersitatibus te protegẽte sit libera: et
in bonis actibus tuo nomini sit deuo-
ta. Per dñm. Ad Philippenses.

i. A Fratres. Confidimus in dño iesu, qz q cepit in vobis opus bonū, perficiet vsqz in diē christi iesu. Sicut enī est michi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo q habeam vos in corde et in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij: socios gaudij mei omēs vos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiam oēs vos esse in visceribus iesu christi. Et hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia, et in omni sensu. Ut pbetis potiora: vt sitis sinceres et sine offensa in diē christi, repleti fructu iustitie. Per iesum christū, in gloriam

ps.cxxxij & laudem dei. Gr. Ecce q bonum et q iocundum habitare fratres in vnum. V. Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam barbam aaron. Alius V. Mandauit dominus benedictionem: et vitam vsqz in seculum. Isti duo V. dicūtur alternis vicibus per hebdo. quotiēs de feria agitur. Et si nulla feria per hanc hebdo. ad hoc vacauerit: tunc secundus V. oino ptermittatur. Alla. V. Qui sa-

ps.xlvj. nat cōtritos corde, & alligat cōtritiones eorū.



Secundum Mattheum.

xviij. C In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Sike est regnū celorū hoi regi: q voluit rationē ponere cū seruis suis. Et cū cepisset rationē ponere, oblat9 est ei vnus qui debebat ei decē milia talenta. Cū autē nō haberet vnde redderet: iussit eum dñs ei9 venūdari, et vxorē eius, et filios, et oia que habebat: et reddi. Procidens autē seruus ille: rogabat eum, dicēs. Patiētiam habe in me: et omnia reddā tibi. Misertus autē domimus serui illius, dimisit eū: et debitum dimisit ei. Egressus aūt seruus ille, inuenit vnū de cōseruis suis qui debebat ei centū denarios: et tenens suffocabat eū, dicēs. Redde qd debes. Et procidēs cōseruus eius: rogabat eum, dicēs. Patiētiam habe in me: et omnia reddā tibi. Ille aūt noluit: sed abijt, & misit eū in carcerē donec redderet debitū. Uidentes autē conserui eius que fiebāt, cōtristati sunt valde: et venerunt, & narrauerunt domino suo omnia que facta fuerāt. Tūc vocauit illū dñs suus, et ait illi. Serue neqz, omne debitū dimisi tibi: quoniā rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri cōserui tui: sicut & ego tui misert9 sum? Et irat9 dñs eius tradidit eum tortoribus: quoadusqz redderet vniuersum debitū. Sic & pater meus celestis faciet vobis: si nō remiseritis vnusquisqz fratri suo, de cordibus vestris. Offr. Recordare mei domie oipotentatui dominās: da sermonem rectum et bene sonātem in os meum: vt placeant verba mea in cōspectu principum. Secreta.

Suscipe domine propitius hostias, quibus et te placari voluisti: et nobis salutem potenti pietate restitui. Per dñm. Cōio. Dico vobis gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Postcommunio.

Immortalitatis alimoniā consecuti, qs dñe vt quod ore percepimus: pura mēte sectemur. Per do.

C Feria quarta. Ad Romanos.

iij. C Fratres. Scimus qm quecūqz lex loquit, his qui in lege sūt loquit: vt omne os obstruat: & subdi-

tus fiat oīs mūdus deo, quia ex operibus legis nō iustificabitur oīs caro corā illo. Per legē enim, cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est: testificata a lege et pphetis. Justitia autē dei per fidē iesu christi: in omnes ꝛ super omnes qui credūt in eū. Nō enim est distinctio. Oēs enim peccauerūt, ꝛ egēt gloria dei: iustificati gratis per gratiā ipsius: per redēptionē q̄ est in christo iesu. Quē proposuit de⁹ propitiatorē p fidē in sanguine ipsi⁹: ad ostēsionē iustitie sue, propter remissionē precedentiū delictorū: in sustētatione dei, ad ostēsionē iustitie eius i hoc tempore. Ut sit ipse iust⁹ ꝛ iustificās eum qui ex fide est, iesu christi.

Secundum marcum.

IN illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis: q2 si quis dixerit huic mōti, tollere et mittere in mare, ꝛ non hesitauerit in corde suo: sed crediderit q2 quodcūq3 dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis. Oīa quecūq3 orantes petitis, credite quia accipietis: ꝛ eueniēt vobis. Et cum stabitis ad orādū: dimittite si quid habetis aduersus aliquē, vt et pater vester q̄ in celis est: dimittat vobis pctā vestra. Quod si vos non dimiseritis: nec pater vester qui in celis est, dimittet vobis peccata vestra.

¶ Dñica.xxiiij.post trinitatē. Offm.



Dicit domin⁹ ego cogito cogitationes pacis et non afflictiōis: inuocabitis me ꝛ ego exaudiam vos: ꝛ reducā captiuitatē vestrā de cūctis locis. Ps. Benedixisti dñe terrā tuam: auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

Psalm⁹ lxxxiiij.

DEus refugiū nostrū ꝛ virtus: adesto piis ecclesie tue p̄cibus auctor ipse pietatis: ꝛ presta vt quod fideliter petimus, efficaciter cōsequamur. Per dñm. Ad Philippenses.

FRatres. Imitatores mei estote: et obseruate eos q̄ ita ambulāt, sicut habetis formā nostram. Multi enim ambulāt quos sepe dicebā vobis: nunc autē et flens dico inimicos crucis christi. Quorū finis interitus: quorū de⁹ venter est, ꝛ gloria in cōfusione eorū q̄ terrena sapiūt. Nostra aūt cōuersatio, in celis est. Unde etiā saluatorē expectamus dñm nostrum iesum christū: qui reformabit corpus humilitatis nostre, configuratum corpori claritatis sue secūdū operationem qua possit etiam subiicere sibi omnia. In christo iesu, dño nostro. Grad. Liberasti nos dñe ex affligentibus nos: ꝛ eos qui nos oderunt cōfudisti. V. In deo laudabimur tota die: et nomini tuo confitebimur in secula. Alleluia. V. Qui posuit fines tuos pacem: ꝛ adipe frumēti satiat te. Secundum Mattheum.

iij. C

Ps.cxxiiij

Ps.cxlvij.



IN illo tēpore. Abeūtes pharisei: consilium inierunt vt caperent iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis, dicentes. Magister, scimus quia verax es: et viam dei in veritate doces, et nō est tibi cura de aliquo. Non eīm respicis personā hominū. Dic ergo

xxij. B

nobis quid tibi videtur? Licet censum dari cesari, an non? Cognita autem iesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocrite? Ostendite michi nummisma census. At illi obtulerunt ei denariũ. Et ait illis iesus. Cuius imago est, et superscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis iesus. Reddite ergo que sunt cesaris, ce-
P. cxxix. sari: et que sunt dei, deo. Offer. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Secreta.

Sacris nos dñe quesumus seruitijs fac intẽtos: et vt sine vlla tibi offensionis macula famulemur: quales esse pcipis ipse nos per-
Mar. xi fice. Per dñm. Cõio. Amen dico vobis:
D quicquid orantes petitis: credite quia accipietis, et fiet vobis. Postcommunio.

Sumpsimus domine sacri dona mysterij humiliter deprecãtes: vt que in tui commemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiãt infirmitatis auxilium. Per do.

Feria quarta. Ad Romanos.

v. D Fratres. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnũ, multo magis abundantiam gratie et donationis et iustitie accipientes in vita: regnabunt per vnum iesum christum. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem mortis: sic per vnius iustitiam in oẽs hoies in iustificationem vite. Sicut eñ p inobedientiã vnius hois pctõres constituti sunt multi: ita et per vnius obeditionẽ iusti cõstituuntur multi. Lex eñ subintrauit, vt abundaret delictũ. Ubi autẽ abũdauit delictũ: superabundauit et gratia. Ut sicut regnauit pctm̃ in mortẽ, ita et gratia regnet per iustitiã in vitam eternam. Per iesum christũ dominum nostrum. Scdm Joannem.

In illo tempore. Cum venisset xvij. D iesus et discipuli eius i capharnaum: accesserunt qui didrachmam accipiebant ad petrum, et dixerũt ei. Magister vester non soluit didrachmam. Ait. Etiam. Et cum intrasset domum: preuenit eum iesus, dicens. Quid tibi videtur simon? Reges terre a quibus accipiunt tributum vel cẽsum: a filijs suis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum: et eum piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius: inuenies staterem. Illũ sumẽs da eis, pro me et te.

Dñica. xxiiij. post trinit. Officiũ. Hiere. xxix.



Dixit domin⁹ ego cogito cogitationes pacis et non afflictiõis: inuocabitis me et ego exaudiam vos: et reducam captiuitatem vestrã de cunctis locis. Ps. Benedixisti dñe terram Psal. lxxxiiij. tuam: auertisti captiuitatẽ iacob. Oratio.

Absolue q̃sumus domine tuorum delicta populorum: et a peccatorum nostrorum nexibus que pro nostra frigilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dominum. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Colossenses.

Fratres. Nõ cessamus pro vo- i. B bis orantes et postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis dei. In omni sapientia et intellectu spirituali: vt ambuletis digne, deo p omnia placentes. In omni opere bono fructificãtes: et crescẽtes in sciẽtia dei. In omni virtute confortati: secundum potentiam claritatis eius.

In omni patientia et longanimitate,cum gaudio. In christo iesu,domino nr̃o. Gr. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: et eos qui nos oderunt confudisti. V. In deo laudabimur tota die:et nomini tuo cōfitebimur in secula. Alla. V. Dñe deus meus in te speraui,saluū me fac ex omnibus persequentibus me,et libera me.



Secundum Mattheum.

IN illo tempore. Loquēte iesu ad turbas:ecce princeps vnus accessit,et adorauit eum,dicens. Domine,filia mea defuncta est: sed veni impone manum tuam super eam, et viuet. Et surgens iesus,sequebatur eum,et discipuli eius. Et ecce mulier q̄ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis: accessit retro,et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tātum vestimentū eius,salua ero. At iesus cōuersus,& videns eam,dixit. Confide filia:fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier,ex illa hora. Offr. De profundis clamaui ad te domine,domine exaudi vocem meam. Secreta.

PUrificet nos domine quesumus muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatione perficiat. Per dominū. Cōio. Amen dico vobis:quicquid orantes,petitis:credite q̄ accipietis,et fiet vobis. Postcōmunio.

SUmētes domine dona celestia quesum⁹ vt nō nobis puenire ad iudicium patiaris: quod fidelib⁹ tuis ad remedium prouidisti. Per d.

¶ Feria quarta. Ad Corinthios.

FRatres. Nolo vos fieri socios demoniorum. Quia nō potestis calicē domini bibere, & calicem demoniorū. Non potestis mense domini participes esse: et mense demoniorū. An emulamur dominū? Nunquid fortiores illo sum⁹? Omnia michi licent: sed non omnia expediunt. Omnia michi licent: sed non omnia edificant. Nemo quod suum est,querat: sed quod alteri⁹. Omne quod in macello venit,manducate: nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra, et plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cenam,et vultis ire: omne quod vobis apponitur,manducate: nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit,hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum qui indicauit,et propter cōsciētiam. Conscientiam autem dico,non tuam: sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si enim ego cū gratia participo: quid blasphemor p eo q̄ gratias ago? Siue ergo manducatis siue bibitis,vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite.



Secundum Mattheum.

IN illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorum. Homo quidam habebat duos filios: et accedens ad

primum, dixit. Fili. Uade hodie ope-
rari in vineam meam. Ille autem re-
spondens, ait. Nolo. Postea autẽ pe-
nitẽtia motus, abijt. Accedẽs autem
ad alterum, dixit similiter. At ille re-
spondens, ait. Eo domine. Et nõ iuit.
Quis ex duobus fecit voluntatẽ pa-
tris? Et dicũt ei. Primus. Dixit illis
iesus. Amen dico vobis: quia publi-
cani et meretrices precedẽt vos in re
gno dei. Uenit enim ad vos ioannes
in via iustitie: et nõ credidistis ei. Pu
blicani autem et meretrices credide-
runt ei. Uos autẽ vidẽtes nec penitẽ-
tiã habuistis postea vt crederetis ei.
Qui habet aures audiendi, audiat.

¶ Dñica prima ante aduẽtũ. Offĩn.

Hiere. xxix. C Dicit domin⁹ ego
cogito cogitatio
nes pacis et non
afflictiõis: inuo-
cabitis me ⁊ ego
exaudiam vos: ⁊
reducã captiui-
tatẽ vestrã de cũ-
Psalm⁹ ctis locis. Ps Benedixisti dñe terrã tuam:
lxxxvij. auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

Excita q̃sum⁹ dñe tuorũ fideliũ
voluñtates: vt diuini opis fru-
ctum propẽsius exequentes, pietatis
tue remedia maiora percipiant. Per.

Lectio hieremie prophete.

xxiij. C Ecce dies veniũt, dicit domin⁹:
et suscitabo dauid germen iu-
stum: et regnabit rex, et sapiens erit,
et faciet iudicium et iustitiã in terra.
In diebus illis saluabitur iuda: ⁊ is-
rael habitabit confidẽter. Et hoc est
nomẽ quod vocabũt eum: dominus
iustus noster. Propter hoc ecce dies
veniunt, dicit dominus: et non dicẽt
vltra, viuit domin⁹ qui eduxit filios
israel de terra egypti: sed viuit domi
nus, qui eduxit et adduxit semen do-
mus israel de terra aquilonis: et de
cunctis terris ad quas eieceram eos
illuc. Et habitabunt in terra sua. Di
cit dominus, omnipotens. Gr. Libe- Ps. xliij.
rasti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos
qui nos oderunt, confudisti. ℣. In deo lauda-
bimur tota die: et in nomine tuo cõfitebimur
in secula. Alleluia. ℣. Timebunt gentes Ps. ci.
nomen tuũ domine: et omnes reges terre glo
riam tuam. Per hebdo. quando de fer.
agitur, dicitur istud Alleluia. ℣. In Ps. cxiij.
exitu israel de egypto, domus iacob de popu
lo barbaro. vel Alleluia. ℣. Confitebor Psalm⁹
tibi domine in toto corde meo: et in conspectu cxxxvij.
angelorum psallam coram te.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Cum subleuas- Jo. 6
set oculos iesus, ⁊ vidisset quia
multitudo maxima venit ad eum: di
xit ad philippum. Unde ememus pa
nes, vt manducent hi? Hoc autem di-
cebat tentans eum: ipse enim sciebat
quid esset facturus. Respondit ei phi
lippus. Ducẽtorum denariorum pa-
nes non sufficiunt eis: vt vnusquisq
modicũ quid accipiat. Dixit ei vnus
ex discipulis eius: andreas frater si-
monis petri. Est puer vnus hic, q̃ ha
bet quinq panes ordeaceos, et duos
pisces. Sed hec q̃d sunt inter tantos?
Dixit ergo iesus. Facite hoĩes discũ-
bere. Erat autem fenum multum in
loco. Discubuerunt ergo viri, nume
ro quasi quinq milia. Accepit ergo

iesus panes: et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus, quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus ordeaceis, et duobus piscibus: que superauerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant. Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. Offer. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Secreta.

Sacrificium tibi domine celebrandum placatus intende: quod et nos a vitijs nostre conditionis emundet, et tuo nomini reddat acceptos. Per. Coio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis. Postcoio.

Anime nostre (quesumus omnipotens deus) diuino munere satiate hoc pascantur desiderio: et a spiritu inflammentur: vt ante conspectum venientis christi filij tui, velut clara luminaria fulgeamus. Per eundem dominum. in vnitate eiusdem. Cum prolixum fuerit tempus inter inceptionem historie Deus omnium. et aduentum domini: officium. Dicit dominus. per tres dies dominicas cantetur vt supra notatum est. Cum vero breue fuerit tempus: semper proxima dominica ante aduentum quando de dominica agitur, cantetur Dicit dominus. cum oratione Excita quesumus domine. Epistola. Ecce dies veniunt. Euang. Cum subleuasset. Si vero dominica non vacauerit, tunc in ferijs primo loco per hebdo. cantetur. Cetere vero dominice que remanserint in ferialibus diebus cantentur.

¶ Feria. iiij. quatuor temporum mensis septembris. Ad missam. Officium.



Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob: sumite psalmum iocundum cum cithara: canite initium mensis tuba, quia preceptum in israel est: et iudicium deo iacob. Ps. p. lxxx. Testimonium in ioseph posuit illud: cum exiret de terra egypti. Non dicitur vlterius. Oratio sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus. Oratio.

Misericordie tue remedijs quesumus domine fragilitas nostra subsistat: vt que sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominum. Lectio Amos prophete.

Hec dicit dominus. Ecce dies veniunt: et comprehendet arator messorem, et calcator vue mittentem semen. Et stillabunt montes dulcedinem: et omnes colles culti erant. Et conuertam captiuitatem populi mei israel: et edificabunt ciuitates desertas, et habitabunt in eis. Et plantabunt vineas, et bibent vinum earum. Et facient hortos: et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: et non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis. Dicit dominus, omnipotens. Grad. Uenite filii, audite me: timorem domini docebo vos. V. Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Non repetatur grad. Hic dicitur Dominus vobiscum. et Oremus. Oro. ix. D p. xxxiij

Presta quesumus domine familie tue supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinent, a vitijs quoque mente ieiunent. Per. Hic dicuntur memorie consuete. Lectio libri Esdre.

In diebus illis. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus: ad plateam que est ante portam aquarum. Et dixerunt esdre scribe, vt afferret librum legis moysi quam pre- ij. viij A

cepit dominus israeli. Attulit autē esdras sacerdos librum coram multitudine virorum ac mulierum, cunctisque qui poterant intelligere: in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portā aquarum, a mane usque ad mediam diem: in conspectu virorum ac mulierum et sapientium. Et aures omnis populi erant erecte ad librū. Stetit autem esdras scriba super gradū ligneum quem fecerat ad loquendū: et steterunt iuxta eum. Et aperuit esdras librum coram omni populo: super universum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum: stetit omnis populus, et benedixit esdras domino deo voce magna. Et respondit omnis populus, amen. Eleuantes aūt omnes populi manus suas: incuruati sunt, et adorauerunt deum proni in terrā. Porro leuite silētium faciebant in populo, ad audiendam legē. Populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligendum: et intellexerunt cum legeretur. Dixit autem neemias, et esdras sacerdos et scriba, et leuite: interpretantes uniuerso populo. Dies sanctificatus est dn̄o deo nostro: nolite lugere et nolite flere. Flebat eīn oīs populus: cum audiret verba legis. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia, et bibite mulsū: et mittite partes eis qui nō preparauerūt sibi, qr sanct9 dies dn̄i est: et nolite cōtristari. Gaudiū etenī dn̄i est:

Ps. cxij. fortitudo vestra. Gr. Quis sicut dn̄s deus noster q̄ in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra? V. Suscitās a terra inopem: et de stercore erigens pauperē. Repetatur grad. ¶ Secundū Marcū.

ix. C In illo tēpore. Respōdēs unus de turba, dixit ad iesum. Ma-



gister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum. Qui ubicunque eum apprehēderit, allidit eum et spumat, et stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eiicerēt illum: et non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quandiu apud vos ero: quandiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerūt eum. Et cum vidisset eum: statim spiritus conturbauit eum. Et elisus in terrā, volutabat spumans. Interrogauit patrem eius. Quātum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequēter eū in ignem et in aquam misit, ut eum perderet. Sed si quid potes: adiuua nos misertus nostri. Jesus autē ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cū lachrymis aiebat. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum videret iesus concurrētem turbam: comminatus est spiritui immūdo, dicens illi. Surde et mute spiritus: ego tibi precipio exi ab eo, et amplius ne introeas in eum. Et clamans, et multum discerpens eum, exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerēt, qr mortuus est. Jesus autem tenēs manum eius, eleuauit eū, et surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eū. Quare nos nō potuimus eiicere eum? Et

dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione et ieiunio. Offr.
cxviii. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Deus qui de his terre fructib⁹ tua sacramenta constare voluisti: presta quesum⁹ vt per hec, opē nobis et p̄sentis vite conferas et eterne. Per dn̄m. Cōio Comedite pinguia et bibite mulsum: et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi: sanctus enim dies domini est: nolite contristari, gaudium etenim domini est fortitudo vestra. Postcōmunio.

Sumentes domine dona celestia suppliciter deprecamur: vt que sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dominum nostrum.

¶ Feria. vj. quatuor tēporū. Offm.



Letetur cor querētiū dominū: querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper. ps Cōfitemini dn̄o et inuocate nomē ei⁹: annūciate inter gētes opa ei⁹. Orō.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt obseruatiōes sacras annua deuotione recolētes, et corpore tibi placeamus et mente. Per do.

Lectio Osee prophete.

Hec dicit dominus. Cōuertere israel ad dominū deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba: et conuertimini ad dominum, et dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, et accipe bonum: et reddemus vitulos labiorū nostrorum. Assur nō saluabit nos. Super equum nō ascēdemus, neq dicemus vltra: dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te est misereberis populi. Sanabo cōtritiones eorum, diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros: et israel germinabit sicut lilium. Et erūpet radix eius, vt libani ibunt rami eius. Et erit quasi oliua gloria eius, et odor eius vt libani. Conuertētur sedētes in vmbra eius: viuent tritico, et germinabunt quasi vinea. Memoriale eius, sicut vinū libani. Ego exaudiam, et dirigā eū: ego vt abietem virentem, ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiēs et intelliget ista: intelligens, et sciet hec? Qr recte vie domini: et iusti ambulabunt in eis. Gr. Cōuertere dn̄e aliquantulum: et deprecare super seruos tuos. ps.lxxxix
℣ Dn̄e refugium factus es nobis: a generatione et progenie. Repetatur gradale.



Secundum Lucam.

In illo tēpore. Rogabat iesum quidam phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei, discubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit q̄ iesus accubuit in domo pharisei, attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro sec⁹ pedes domini lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes ei⁹: et vnguento vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum, ait intra se dicēs. Hic si esset ppheta, sciret vtiq que et qualis est mulier que tangit eum: quia pec- vij. F

catrix est. Et respondens iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respondit ei iesus. Duo debitores erāt cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens autem simon, dixit. Existimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit simoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domū tuam: aquā pedibus meis nō dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi nō dedisti: hec autē ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Dixit aūt ad illam dn̄s. Remittūtur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discūbebāt, dicere intra se. Quis est hic q etiā peccata dimittit? Dixit autē ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

ps.cij. Offer. Benedic anima mea dn̄o: et noli obliuisci omnes retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

ACcepta tibi sint domine quesum⁹ nostri dona ieiunij: que nos et expiando tua gratia dignos efficiāt: et ad sempiterna pmissa perducāt. Per dominum. Cōmunio. Aufer a me opprobrium et contemptū: qr mandata tua exquisiui domine: nam et testimonia tua meditatio mea est. ps.cxviij. Postcommunio.

QUesum⁹ ops deus: vt de perceptis munerib⁹ grās exhibentes, bn̄ficia potiora sumamus. Per.

Sabbato quatuor tēporū. Offi.



Enite adoremus deū: et procidamus ante dominum: ploremus ante eum qui fecit nos: qr ipse est dominus deus noster. ps. Uenite exultemus dn̄o: iubilemus deo salutari nr̄o. Oēs orōnes preter vltimā dn̄r sine Dn̄s vobiscū. sed tm̄ cū Oremus. Oratio. p.xciiij.

OMnipotens sempiterne deus, qui per continentiā salutarem et corporibus mederis et mentibus: maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt pia ieiunantiū deprecatione placatus, et presentia nobis subsidia prebeas et futura. Per. Oēs lectiōes cum suis titulis legātur. Discurrāt lectiōes et grad. hincinde vt supra in quatuor tēporibus aduent⁹ domini.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis. Locut⁹ est dn̄s ad moysen, dicens. Decimo die mensis huius septimi: dies expiationum erit celeberrimus, et vocabitur sanct⁹. Affligetisque animas vestras in eo: et offeretis holocaustum domino. Omne opus seruile non facietis in tēpore diei huius: quia dies expiationis est: vt ppitietur vobis dominus deus vester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et q operis quippiam fecerit, delebo eā de populo suo. Nichil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis: in cūctis generationibus et habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est: affligetisque animas vestras. Die nono mēsis hui⁹ a vespere vsque ad vesperū: celebrabitis sabbata vestra. Dicit dominus oipotēs. Offert. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gētes, vbi est deus eorum? ps. xxiij.

Adiuua nos deus salutaris noster: et ꝑpter
honorem nominis tui domine libera nos.
Non repetatur gradale. Oratio.
Da nobis quesumus omnipo
tens deus: vt ieiunando tua
gratia satiemur: et abstinendo cun
ctis efficiamur hostib⁹ fortiores. Per
dominum. Lectio libri Leuitici.
ij. f In dieb⁹ illis. Locutus est dñs
ad moysen, dicens. Quintodeci
mo die mensis septimi: quādo con
gregaueritis omnes fruct⁹ terre ve
stre, celebrabitis ferias domini septē
diebus. Die primo et die octauo erit
sabbatum: id est requies. Sumetisqꝫ
vobis die primo fructus arboris pul
cherrime spatulasqꝫ palmarū: et ra
mos ligni densarum frondium, ⁊ sa
lices de torrente: et letabimini coram
domino deo vestro: celebrabitisqꝫ so
lennitatē eius septem diebus per an
num. Legitimū sempiternū erit vo
bis: in cunctis ḡnationibus vestris.
Mense septimo festa celebrabitis: et
habitabitis in vmbraculis septē die
bus. Omnis q̄ de genere israel est, mane
bit in tabernaculis: vt discāt posteri
vestri q̄ in tabernaculis habitare fe
cerim filios israel cū educerē eos de
terra egypti. Ego dñs, deus vester.
xiiii Gr. Protector noster aspice deus: et respice
super seruos tuos. V. Domine deus virtutū
exaudi preces seruorum tuorum. Oratio.
Da quesum⁹ domine fidelibus
tuis beneficijs gratulari sup
pliciter implorantis: et qui ieiunijs te
venerantur exhibitis, bonorum tuo
rum copijs impleātur. Per dominū.
Lectio Michee prophete.
Domine deus noster pasce po
pulum tuū in virga tua gre
gē hereditatis tue: habitantes solos
in saltu, iuxta dies antiquos. Vide
bunt gentes: et confundentur super
omni fortitudine sua. Quoniā quis
deus similis tui, qui aufers iniquita
tem: et transfers peccatum reliquia
rum hereditatis tue. Non immittet
vltra furorem suum: quoniā volens
misericordiam est, et non reuertetur
et miserebitur nostri. Deponet om
nes iniquitates nostras: et proiiciet
in profundum maris omnia peccata
nostra. Dabis veritatē iacob, miam
abraham que iurasti patribus nr̄is
a dieb⁹ antiq̄s, dñe deus noster. Gr.
Dirigatur oratio mea sicut incēsum in con- ps.cxl.
spectu tuo dñe. V. Eleuatio manuū mearum
sacrificium vespertinum. Oremus. Orō.
Presta quesum⁹ dñe sic nos ab
epulis abstinere carnalibus;
vt a vitijs irruētibus pariter ieiune
mus. Per. Lectio zacharie prophete.
In diebus illis. Factum est ver viij. C
bum domini ad me, dicēs. Hec
dicit dominus deus exercituum. Si
cut cogitaui vt affligerem vos cum
ad iracundiam prouocassent me pa
tres vestri, et nō sum misertus: sic cō
uersus cogitaui in diebus istis vt be
nefaciam hierusalem et domui iuda.
Nolite timere. Hec sunt enim verba
que facietis. Loquimini veritatem
vnusquisqꝫ cum proximo suo, verita
tem ⁊ iudicium pacis iudicate in por
tis vestris: ⁊ vnusquisqꝫ malum con
tra amicū suum ne cogitetis in cordi
bus vestris, ⁊ iuramentum mendax
ne diligatis. Omnia enim hec sunt
que odi, dicit dominus. Et factū est
verbum domini exercituū ad me, di
cens. Hec dicit dominus deus exerci
tuum. Ieiuniū primi, ieiuniū quar
ti, ieiunium quinti, ieiuniū septimi ⁊
ieiunium decimi: erit domui iude in
gaudium et letitiam, et in solennita
tes preclaras. Veritatem tantum et
pacem diligite: ait dñs exercituum.

ps.xxvii Gr. Saluū fac populū tuū dñe: et benedic hereditati tue. ỽ. Ad te domine clamaui de⁹ meus ne sileas a me: et ero similis descenden tibus in lacum. Oremus. Oratio.

Ut nobis dñe tribuis solenne tibi deferre ieiuniū: sic nobis quesumus indulgentie presta subsidiū. Per do. Lectio. v. Angelus dñi. tota legat sicut in sab. quatuor tpm in hebdo. pente. Duo clerici de secunda forma in superpellicijs ad gradū chori simul cantēt tractū. Tractus.

Omnipotentem semper adorāt. Et benedicūt omne per euum. Chor⁹ idē repetat. Clerici. ỽ. Astra polorum cuncta hominū gēs solqꝫ sororqꝫ lumina celi. Chorus. Omnipotentē. Clerici. ỽ. Sic quoqꝫ lymphe queqꝫ superne: ros pluuieqꝫ spiritus omnis. Chorus. Et benedicunt. Clerici. ỽ. Ignis et estus cauma geluqꝫ frigus et ardor atqꝫ pruina. Chorus. Omnipotentem. Clerici. ỽ. Nix glaciesqꝫ noxqꝫ diesqꝫ lux tenebreqꝫ fulgura nubes. Chorus. Et benedicunt. Clerici. ỽ. Arida montes germina colles flumina fontes pontus et vnde. Cho. Omnipotentem. Clerici. ỽ. Omnia viua q̃ vehit equor vegetat aer, terraqꝫ nutrit. Chorus. Et benedicunt. Clerici. ỽ. Cuncta hominum gens, israel ipse christicoleqꝫ seruuli quiqꝫ. Chorus. Omnipotentem. Clerici. ỽ. Sancti humilesqꝫ corde benigno, tresqꝫ pusilli exuperātes. Chorus. Et benedicūt. Clerici. ỽ⁹ Rite camini ignei flāmas iussa tyranni tēnere prōpti. Cho. Omnipotētem. Cleri. ỽ. Sit genitori laus genitoqꝫ, lausqꝫ beato flamini sacro. Chorus. Et benedicunt. Clerici reincipiāt trac. Oipotētē. Et percantetur a choro. Sequat Dominus vobiscū. et Oremus. Oratio.

Deus qui trib⁹ pueris mitigasti flāmas igniū: concede ppitius vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitiorū. Per do. Hic dicunt memorie consuete. Ad Hebreos.

Fratres. Tabernaculū factū est primum, in quo erant candelabra et mensa et propositio panū, quod dicitur sancta. Post velamētū autē, scdm tabernaculū quod dicitur sancta sanctorum: habēs aureū thuribulum, et arcam testamenti circuntectam ex omni parte auro. In qua erat vrna aurea habēs māna, et virga aaron que frōduerat: ꝛ tabule testamenti. Super que erant cherubin glorie obumbrātia propitiatorium: de quibus non est modo dicendū per singula. His vero ita compositis: in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorū officia consuminantes. In secundo aūt, semel in anno solus pontifex nō sine sanguine, quem offerret pro sua ꝛ populi ignorantia. Hoc significāte spiritu sctō nondū propalatam esse sanctorum viam: adhuc priori tabernaculo habente statum. Que parabola est temporis instantis: iuxta quā munera et hostie offeruntur: que nō possunt iuxta conscientiam, perfectū facere seruientem. Solūmodo in cibis et in potibus et varijs baptismatib⁹ et iustitijs carnis: vsqꝫ ad tēpus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum: peramplius et perfectius tabernaculum non manu factū (id est non huius creationis) neqꝫ per sanguinē hircorum aut vitulorū: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, eterna redemptione inuenta. tr. 3

Duo clerici de secunda forma in cappis suis nigris ad gradum chori simul dicant totū et integrū tractum.

Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. ỽs⁹. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius: ꝛ veritas dñi manet in eternum. ps.c



Secundum Lucam.

In illo tempoꝛe. Dicebat iesus turbis similitudinē hāc. Arbo rē fici habebat quidā plantatā in vinea sua: ⁊ venit querēs fructū in illa et nō inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce anni tres sūt ex quo venio querēs fructū in ficulnea hac: et non inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, ait illi. Domine, dimitte illam et hoc anno: vsqꝫ dum fodiā circa illam, et mittam stercoꝛa. Et si quidem fecerit fructum, sin autem in futurum succides eam. Erat autē docens in synagoga eoꝛum: sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo, et erat inclinata: nec poterat oīno sursum respicere. Quam cum videret iesus, vocauit eam ad se, et ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et confestim erecta est, et gloꝛificabat deum. Respondens autem archisynagogus: indignās quia sabbato curasset iesus, dicebat turbe. Sex dies sunt in quibꝰ opoꝛtet operari: in his ergo venite ⁊ curamini, et nō in die sabbati. Respōdit autē ad illum dn̄s, et dixit. Hypocrite, vnusquisqꝫ vestrū sabbato non soluit bouem suum aut asinā a presepio, et ducit adaquare? Hāc autem filiam abꝛahe quā alligauit satanas, ecce decē et octo annis: non opoꝛtuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cū hec diceret: erubescebāt oēs aduersarij eius. Et omnis populꝰ gaudebat in vniuersis que gloꝛiose fiebant ab eo. Offert. Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coꝛam te: intret oꝛatio mea in conspectu tuo domine. Psalmꝰ lxxxvij.

Secreta.

Quesumꝰ domine nostris placare muneribus et ieiunijs: quoniam tu eadem tribuis vt placeris. Per dominum nr̄m. Cōmunio. Mense septimo festa celebꝛabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios israel, cū eduxerim eos de terra egypti ego dominus deus vester. Leuit. xxiij.

Postcommunio.

Perficiant in nobis domine q̄sumus tua sacramenta quod continent: vt q̄ nunc specie gerimus, certa rerum veritate capiamus. Per dominum nostrum. ⁊c.



¶ In die dedicationis ecclesie.

Ad missam Officium.

Genes. xxviii D Terribilis est loc⁹ iste, hic dom⁹ dei est, et porta celi: et vocabitur aula, dei. in tēpore paschali. alla. psal.
ps. xcij. Dominus regnauit decorē indut⁹ est: indutus est dñs fortitudinē et pcinxit se. Orō.

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti tēpli tui consecrationis reparas diē: et sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi preces populi tui: et presta vt quisquis hoc templum beneficia petitur⁹ ingreditur, cuncta se impetrasse letetur. Per dñm. Lectio libri apocalypsis beati ioannis apli.

xxj. A In diebus illis. Ego ioānes vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam, descendentem de celo: a deo paratam, sicut sponsam ornatā viro suo. Et audiui vocem magnam de throno, dicentem. Ecce tabernaculum dei cū hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus oēm lachrymā ab oculis eorum: et mors vltra non erit, neqꝫ luct⁹, neqꝫ clamor, neqꝫ dolor erit vltra: q̄ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: ecce noua facio omnia. Gr. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentum: irreprehēsibilis est.
Eccl'ia.
℣. Deus cui astat angelorum chorus: exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia. ℣.
Psalm⁹ cxxxvij. Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo. Hec duo Alleluia. sequen. dicuntur alternis vicibus per octa. nisi in dominica, et in octa. die.
Genes. xxviij. D Alleluia ℣. O q̄ metuendus et venerandus est locus iste: vere nō est hic aliud nisi domus dei, et porta celi. Alleluia. ℣. Fundata est domus domini super verticem montiū: et exaltata est super omnes colles. Licet in xl. hoc fest. eue. dicitur ista sequentia.

Hierusalē et sion filie, cetus omnis fidei curie, melos pāgat iugis letitie alleluia. Christus enim desponsat hodie matrem nostram norma iustitie, quam de lacu traxit miserie ecclesiā. In spiritus sancti clemētia sponsa sponsi letatur gratia: a reginis laudis cum gloria felix dicta. Dos vt datur crescit letitia: que dos quanta triplex potentia: tangens celum, terras, et stygia, iustitia. Mira loquor sed sana credere: federata tā largo munere de pprio produxit latere: deus homo. Formaretur vt sic ecclesia figurauit in pari gloria: ade costis formata femina, hostis eua. Eua fuit nouerca posteris hec est mater electi generis, vite portus asylū miseris et tutela. Pulchra potēs partu mirabilis, vt luna, sol fulget spectabilis, pl⁹ acie multo terribilis, ordinata. Multiplex est singularis vna, gñalis et indiuidua: oīs tui sexus simul vna parit turmas. Hec signata iordanis fluctib⁹: hec que venit e terre finibus: sciētiam audire cominus salomonis. Sic typicis descripta sensibus: nuptiarū induta vestibus: celi preest hodie ciuibus christo iuncta. O solēnis festum letitie, quo vnitur christ⁹ ecclesie: in qua nostre salutis nuptie celebrantur. Cetus felix dulce cōuiuium, lapsis ibi datur solatium desperatis offertur spatiū respirandi. Iustis inde soluuntur premia: angelorum nouantur gaudia, lata nimis quod facit gratia charitatis. Ab eterno fons sapientie intuitu solius gratie, sic preuidit in rerum serie hec futura. Christus ergo nos suis nuptijs, recreatos veris delitijs itēresse faciat socijs electorū. Infra septua-

gesimā vsqȝ ad caput ieiunii. in oct. tm̄ huius festi dicatur sequēs Tractus.

lxxxiij Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. ℣. Cor meum ⁊ caro mea exultauerunt in deum viuum. ℣. Etenim passer inuenit sibi domum, ⁊ turtur nidum sibi vbi reponat pullos suos. ℣. Altaria tua dn̄e virtutū: rex meus et deus meus. ℣. Beati qui habitant in domo tua domine: in eternum laudabunt te. In tēpore pasc. erit .ij. Alla. de resurrect. quotid. per octa. et in octa. et etiam in prima die.



Secundum Lucam.

a In illo tpe. Egressus iesus, perambulabat hierico. Et ecce vir noīe zacheus, et hic erat princeps publicanorū: et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset, et nō poterat pre turba: quia statura pusill⁹ erat. Et precurrens, ascendit in arborē sycomorū vt videret eum: qꝛ inde erat trāsiturus. Et cum venisset ad locū: suspiciens iesus, vidit illū, et dixit ad eū. zachee festinans descēde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excepit illū gaudens. Et cum viderent, oēs murmurabāt, dicentes ꝙ ad hominē peccatorē diuertisset. Stans autem zacheus, dixit ad dn̄m. Ecce dimidium bonorū meoꝝ dn̄e do pauperibus: et si quid aliquē defraudaui, reddo quadruplū. Ait iesus ad eū. Quia hodie sal⁹ huic domui facta est: eo ꝙ et ipse fili⁹ sit abrahe. Uenit eīn filius hoīs querere et saluū facere, qđ perierat.

Offert. Domine deus meus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: ⁊ populum tuum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio, deus israel custodi hanc voluntatem. In tempore paschali. alleluia. Secreta. i. Paralip. xxix. D

Annue quesumus dn̄e precib⁹ nostris: vt quicūqȝ intra tēpli huius cuius anniuersariū dedicationis diē celebramus ambitū continemur, plena tibi atqȝ pfecta corporis et anime deuotione placeam⁹: vt dū hec presentia vota reddimus: ad eterna premia te adiuuāte peruenire mereamur. Per do. Prefa. quotid. Cōio.

Domus mea domus orationis vocabitur, dicit dn̄s: in ea omnis ꝙ petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: et pulsanti, aperietur. In tempore pascha. alla alla. Postcōmunio. Matth. xxi. B

Deus qui ecclesiā tuā spōsam vocare dignat⁹ es: vt que habebat gratiā per fidei deuotionē, haberet etiam ex nomine dignitatē: da vt oīs hec plebs tuo nomini seruiēs: huius vocabuli cōsortio digna inueniatur. Qui viuis et regnas deus.

¶ Si hoc festū a lxx. vsqȝ ad pasc. cōtigerit: dr in fine misse Benedicam⁹ domino. Si autem alio tēpore anni: finiatur cū Ite missa est. Per totas octa. dicit eadem missa de dedicatione quādocūqȝ scꝫ hoc festū ab oct. epiphanie vsqȝ ad lxx. et ab octa. pasch. vsqȝ ad ascēsionem domini: vel a fes. sancte trinitatis vsqȝ ad aduētū dn̄i cōtigerit, nisi festum nouē lect. intercurrat: sed sine sequentia: et Credo. tamen in dn̄ica dicitur ista sequētia.

Letabūdus exultet fidelis chorus celi curie. Cum iocundus ornatur regine thor⁹ regi glorie. In tali connubio nubit lappa lilio, soli stella. Cum miro consortio anime fit

vnio dei cella. Celebrātur hodie christi & ecclesie caste nuptie. Sicut iungit spm homo deo subditū iugo grē. In hoc mrimonio caro dei filio nupsit nobili. Ipse vero filius summ⁹ & eximius cessit humili. Ima summus petijt & sponsam expetijt quā de nigra gestijt candidare. Fecit qđ disposuit qꝛ fedam potuit quando sibi placuit emundare. Ancilla propera. Ut fias libera. O virgo regnās septrigera. Sponsum considera. Quem velat litera. Ipsum reuelat fides vera.

Secundum Lucam.

vj. B In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Omnis q venit ad me, et audit sermones meos, & facit eos: ostēdā vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domū qui fodit in altū: et posuit fundamentū supra petram. Inundatione autē facta illisum est flumen domui illi: et nō potuit eam mouere. Fūdata enim erat, supra firmam petram. Credo.

In octa. dedica. ecclesie omnia fiāt vt in prima die cum hac sequentia.

Quam dilecta tabernacula domini virtutū, & architecti tuta edificia. Que nō mouēt: immo fouēt: vēt⁹, flumē, pluuia. Quā decora fundamēta per 7cina sacramēta vmbre precurrētia. Lat⁹ ade dormiētis euā fudit immanētis copule primordia. Arcā ligno fabricatā: noe seruat gubernatā, per mūdi diluuiū. Prolē sera tandē feta, anus sara ridet leta, nostrum lactās gaudium. In biuio tegēs nuda, geminos parit ex iuda, thamar diu vidua. Sic moyses a puella dū se lauat in fiscella reperit sirpea. Hic mas agn⁹ imolatur quo israel satiatur ei⁹ tinctus sanguine. Hinc venit austri regina salomonis quā diuina condit sapiētia. Hec est nigra sed formosa, myrrha et thure fumosa, virga pigmentaria. Sic futura que figura obumbrauit, reserauit nobis dies gratie. Iam in lecto cum dilecto quiescamus et psallamus assunt enī nuptie. Quarū tonat initiū in tubis epulantiū & finis per psalteriū. Spōsum millena milia vna laudant melodia: sine fine dicentia. Alleluia alleluia.

Secundū Joannem.

x. C In illo tēpore. Facta sunt encenia in hierosolymis: et hyems erat. Et ambulabat iesus in templo, in porticu salomonis. Circūdederūt ergo eum iudei, et dicebant ei. Quousq3 animā nostram tollis? Si tu es christus, dic nobis palam. Respōdit eis iesus. Loquor vobis: et nō creditis. Opera que ego facio in noīe patris mei: hec testimoniū perhibēt de me. Sed vos nō creditis: qꝛ nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meā audiūt: et ego cognosco eas, et sequūtur me. Et ego vitam eternā do eis: et non peribunt in eternum: et nō rapiet eas quisq3 de manu mea. Pater meus qđ dedit michi maius omnib⁹ est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater, vnum sumus.

Nō dicitur Credo. nisi dñica fuerit. Si hoc festū a capite ieiunij vsq3 ad cenam domini contigerit: nichil fiat de festo nisi tantū in prima die preter memoriam infra octa. et in octauis.

In consecratione ecclesie. Officiū.



Erribilis est loc⁹ iste: hic domus dei est, et porta celi: et vocabitur aula dei. In tempore pascha. alleluia. Gen. xxviij. D Ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. ps. xcij.

Oratio.

Deus qui sacrãdorum tibi auctor es munerũ: effunde super hãc orationis domũ benedictionem tuã: vt ab oĩbus inuocãtibus nomẽ tuũ, defensionis tue auxiliũ sentiat. Per. Ep'la. Ego ioannes vidi ciuita. vt s in die dedicationis. Grad. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramẽtũ: irreprehensibilis est. ℣. Deus cui astat angelorum chorus: exaudi preces seruorũ tuorũ. Alleluia. ℣. Adorabo ad templũ sanctũ tuum, et confitebor nomini tuo. Sequent. Quam dilecta. vt s in octa. dedicat. Euang. Egressus iesus perambulabat. vt s in die dedica. Offer. Dñe deus in simplicitate cordis mei let⁹ obtuli vniuersa: et populũ tuũ q̃ repertus est vidi cũ ingenti gaudio: deus israel custodi hãc voluntatẽ. in tempore pascha. alleluia. Secreta.

Deus q̃ in omni loco dñatiõis tue tot⁹ assistis et tot⁹ operaris: accepta sacrificiũ nomini tuo benignus oblatũ, et huius dom⁹ cuius es fundator, esto ptector: vt in virtute spũs sancti fiat semper seruientiũ tibi deuota libertas. Per. in vnitate eiusdẽ. Cõio. Domus mea domus oratiõis vocabitur, dicit dñs: in ea oĩs qui petit, accipit: et qui querit, inuenit: et pulsanti, aperiet. in tẽpore pascha. all'a all'a. Postcõio.

Sacramẽtis domine refecti salutaribus grãs tibi referim⁹, reple q̃sumus hoc tẽplum tue glorie maiestatis: vt in honore noĩs tui fiat populo tuo domus orationis. Per.

¶ In recõciliatione ecclesie. Officiũ.

Dum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris: et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et dabo vobis spiritum nouum. in tempore paschali. alleluia. Ps. Benedicam dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus q̃ dixisti, domus mea domus orationis vocabitur, domum istam gentiũ spurcitijs contaminatam mundare et sanctificare digneris: vt omniũ preces et vota in loco hoc ad te clamantiũ clementer exaudias, et benigne perficias. Qui viuis et regnas cũ deo p̃re. Ep'la. Ego ioãnes, sicut in die dedicationis. Gr. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dñs condensa: et in tẽplo eius oẽs dicent gloriam. Alleluia. ℣. Confitemini dño et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nõ est arbor bona que facit fructus malos: neq; arbor mala faciens fructum bonum. Unaqueq; enim arbor, de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligunt ficus: neq; de rubo vindemiant vuam. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus homo de malo thesauro pfert malum. Ex abundantia eñ cordis os loquitur. Quid enim vocatis me domine, domine: et nõ facitis que dico? Omnis qui venit ad me, et audit sermones meos, et facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum qui fodit in altum: et posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi: et non potuit eam mouere. Fundata enim erat, supra firmam petram. Offert. Oraui deum meum ego daniel, dicens: exaudi dñe preces serui tui, illumina faciem tuam super sanctuariũ tuũ, et ppitius intẽde populum istum super quẽ inuocatum

est nomen tuum deus. Et finiatur in tractu preceden. cum alleluia alleluia. Secreta.

HEc hostia quesumus domine et locum istum ab immunditiis iniquorum vel patrate offensionis expurget: et supplicationes nostras hic et ubique tibi reddat acceptas. Per dominum. Cōmunio. Acceptabis sacrificium iustitie: oblationes et holocausta super altare tuum domine. In tēpore paschali. alleluia alleluia. Postcommunio.

ps. l.

PErcipientes domine munera salutis eterne te supplices exoramus: ut templum hoc vel cemiterium a barbarorum vel iniquorum inquinamentis emundatum, tua benedictione maneat sanctificatum: et pectora nostra ab omni sorde vitiorum aliena: tibi semper assistant devota. Per dominum nostrum. etc.

¶ Finit temporale.

¶ Sequuntur informationes et cautele observande presbytero volenti divina celebrare.



PRima cautela est: ut sacerdos missam celebraturus conscientiā suam per puram confessionem optime preparet, sacramentum vehementer desideret, et conficere intendat. Notulam de modo agēdi officium, memoriter et bene sciat. Gestus valde cōpositos ac devotos habeat. Cum enim quilibet teneatur deum diligere ex toto corde, ex tota anima: et ex totis viribus suis. Hic deum diligere non probatur: qui in mensa altaris ubi rex regum et dñs omnium tractatur et sumitur: irreligiosus, indevotus, impudicus, distractus: vagus aut desidiosus apparuerit. Attendat igitur unusquisque qui ad mensam magnam sedeat. Cogitet qualiter eū preparari oporteat. Sit cautus et circūspectus. Stet erectus non iacēs in altari. Cubitos iungat lateribus. Manus exaltet: ut extremitates digitorum modicum super humeros videantur. Intellectum signis et verbis coaptet: quoniam magna latent in signis, maiora in verbis, maxima in intentione. Tres digitos iungat quibus signa faciat, reliquos duos in manu componat. Signa faciat directe non oblique, altē satis ne calicem evertat. Non circulos pro crucibus. Cum vero inclinā dum erit: non oblique, sed directe ante altare, toto curvatus corpore se inclinet.

SEcunda est, ut non putet sed certo sciat se debitas materias habere: hoc est panem triticeum: et vinū cum aqua modica. De vino et aqua poterit sic certificari. Exigat a ministro, ut gustet tam vinum q̄ aquam. Ipse autem presbyter gustare non debet. Guttam fundat in manum: digito terat, et odoret: sic erit certior. Non credat āpule signate, non colori: quoniam sepius fallunt. Videat calicem ne sit fractus. Consideret vinum, si est corruptum nullo modo celebret: si est acetosum, dissimulet: si nimis aquosum abstineat: nisi sciat vinum aque prevalere. Et in omni casu si contingat dubitari vel propter acedinem, vel propter mixturam, vel illimpiditatē utrū possit cōfici: consulimus abstinere: quia in hoc sacramento nichil sub dubio est agendum: ubi certissime est dicendum. Hoc est enim corpus meum. et Hic est calix sanguinis mei. Item oblatas convenientes eligat, et vinum cōpetēter infundat:

q2 hoc sacramentum debet sensibus deseruire, ad videndum, tangendū, & gustādū: vt sensus reficiatur ex specie: & intellectus ex re contenta foueatur. Aqua etiā in paruissima quantitate infundatur: vt a vino absorbeatur: et saporem vini recipiat. Nō est enī periculū quantūcūq3 modicū apponatur de aqua: est autē periculum si multum. Apponitur etiam aqua solum ad significandū: sed vna gutta tantum significat quātum mille. Ideo caueat sacerdos ne cum impetu infundat, ne nimis cadat.

Tertia est, vt canonem morosius legat ꝙ cetera. Et precipue ab illo loco Qui pridie ꝙ pateretur accepit. Tūc enim respirans attendere debet, et se totum colligere (si prius non potuit) singulis verbis intendens. Et dum dixerit Accipite et manducate ex hoc omnes. respiret, et vno spiritu tractim dicet Hoc est enim corpus meū. sic nō immisceat se alia cogitatio. Nō enim videtur esse rationabile discontinuare formā tam breuem, tam arduam, tam efficacē, cuius tota virt9 depēdet ab vltimo verbo sc3 meum. qd in psona christi dr. Unde nō debet cuilibet verbo pūct9 iponi, cū id nulla rōne valeat: vt dicat Hoc. est. eim. corpus meū. Sed totū simul pferat. Pari modo hoc idem in forma consecrationis sanguinis obseruetur.

Item proferendo verba cōsecrationis circa quamlibet materiam: sacerdos semper intēdat cōficere id quod christus instituit: et ecclesia facit.

Quarta est, vt si plures hostias habet cōsecrare: debet harū vnā eleuare quam sibi deputauerat a pricipio ad missam, et teneat illā penes alias: ita ꝙ visum et intētionem ad omnes simul dirigat, et signādo et dicendo Hoc est enim corpus meum. omnes cogitet quas demonstrat.

Consulimus quoq3 vt canonē presbyter memoriter sciat: quia deuoti9 dicit: semper tamē liber habeatur, vt ad ipsum diligenter recurratur.

Quinta est, vt dum sumit nūꝙ vno haustu calicem sumat: ne propter impetū, tussis inopinata occurrat: sed bis vel ter caute sumat: vt ipedimentum non habeat. Si vero plures hostias debet sumere: vt quādo hostia est renouāda: primo sumat eā quam confecit & sanguinem: post hec alias que supersunt. Suā prius sumat ꝙ alias: q2 de suis credit et scit: de aliis credit et nescit. Demū desuper ablutiones, et non prius.

Sexta est, vt paucorū nominibus se astrigat in canone: nec perpetuo, sed quādiu velit faciat: qñ velit omittat, q2 canon de multitudine nominū plixatur: & per hoc cogitatio distrahitur. Dignū tñ est vt pater, mater, frater, soror ibi nominētur, Et si qui pro tēpore cōmendātur: & specialiter pro quibus missa celebratur. Non tñ ibi fiat vocalis expressio sed mentalis.

Septima est, vt ante missam nō os vel dētes lauet: sed tantum labia exterius ore clauso si indiget: secūdum aliquos, ne forte aque guttā cum saliua immittat. Post missam etiam caueat excreationes quantum potest donec comederit et biberit: ne forte aliqd inter dentes remanserit aut in faucibus: quod excreando eiceretur. Quamuis autem missa deuotissime sit celebranda contemplationis causa: est tamen modus habend9: ne protractione nimia, vel acceleratiōe fiat homo notabilis. Nam acceleratio signū est incurie. Protractio est occasio detractionis. Sed medio tu-

tissimus ibit. Eo autē affectu est quelibet missa habēda et dicenda a quocunqꝫ sacerdote: quasi prima dicatur ꝙ nunꝙ amplius sit dicēda: tā magnū enim donū semper debet esse nouū.

¶ Habeat itaqꝫ sacerdos diligētiam ad conficiendū. Reuerētiam ad tangendū. Et deuotionē ad sumendum. Sic sentiendo ꝙ agēdo, digne tractabitur sacramentū: rite peragetur officium atqꝫ pericula ꝙ scādala euitabuntur.

¶ Itē in collectis dicēdis semp ipar numerus obseruetur. Una ꝓpter vnitatē deitatis. Tres ꝓpter trinitatē ꝑsonarū. Quinqꝫ, propter quincupertitā passionē xpi. Septē, ꝓpter septiformē gratiā spūs sancti. Septenarium numerum excedere non licet.

¶ Itē quādocūqꝫ orō dirigitur solū ad patrē: in fine dicatur Per dn̄m nostrū iesum christū. Si vero dirigitur ad patrē: et mētio fit filij in ipsa: in fine dicatur Per eundē dn̄m nr̄m iesum christū. Si aūt oratio dirigitur solū ad filiū: in fine dicatur Qui cum deo patre et spiritu sancto. Et si mentio spūs sancti in quacūqꝫ oratione fiat: in fine dicatur, eiusdē spūs scti deus. Per omnia secula seculorū. Amen.

¶ Incipiunt alie cautele quid agendum sit circa defectus vel casus q̄ oriri possunt in missa: et presertim circa consecrationē eucharistie. Primo qd agendum cum sacerdos deficit.



SI sacerdos deficiat siue moriatur ante canonē: nō est necesse vt alius missam compleat. Si tamē alius vult celebrare debet ab initio missam reincipere, et totū rite peragere.

¶ Si autē in canone deficiat, factis iā aliquibus signis: tamen ante trāssubstātialem consecrationem sacramenti: tunc alius sacerdos ab illo loco vbi ille dimisit, debet reincipere: et tm̄ illud supplere quod omissum est.

¶ Si autē sacerdos in actu cōsecrationis deficiat, verbis aliquibus iā in parte ꝓlatis sed in toto nō cōpletis: scd̄m Innocentiū alius sacerdos debet incipere ab illo loco Qui pridie.

¶ Si tn̄ sacerdos deficiat cōsecrato corpore sed nō sanguine: alius sacerdos cōpleat cōsecrationē sanguinis incipiens ab illo loco Simili modo.

¶ Si cōsecrato corpore percipiat vinum non esse in calice, debet hostia munde reponi in corporali: et calice rite preparato, incipiat ab illo loco, Simili modo.

¶ Si ante consecrationē sanguinis percipiat aquam nō esse in calice: debet statim apponere et conficere.

¶ Si autem post consecrationē sanguinis percipiat ꝙ aqua desit in calice, debet nichilominus ꝓcedere: nec debet miscere aquā cū sanguine: qꝛ pro parte sequeretur corruptio sacramēti, debet tamen sacerdos dolere et puniri.

¶ Si post consecrationem sanguinis percipiat ꝙ vinum non fuerit positum, sed aqua tantū in calice: siquidem hoc percipit ante sumptionem corporis: debet aquam deponere et imponere vinum cum aqua: et resumere consecrationem sanguinis ab illo loco Simili modo.

¶ Si percipiat hoc post sumptionē corporis: debet apponere de nouo aliam hostiam iterum cum sanguine consecrandā: scd̄m doctores in sacra pagina: debet autē resumere verba consecrationis ab illo loco Qui pridie. in fine aūt iterū debet sumere hostiam illā vltimo consecratā non obstāte si prius sumpsit aquā: et etiā illū

sanguinẽ. Innocentius tamen dicit ꝙ si ex prolõgatione sacerdos timet scandalũ: sufficiũt illa verba tñ per que cõsecratur sanguis: scilꝫ Simili modo, et sic sumere sanguinem.

¶ Quid aũt faciet cum aquam sumpto corpore iã habet i ore: et iã primo sentit ꝙ sit aqua: vtrum debeat eam deglutire vel emittere. Reqre in summa hostiẽsis in titulo de celebra. missa. Tutius tamen est eam deglutire ꝙ̃ emittere: ⁊ hoc ideo ne aliqua particula corporis cum aqua exeat.

¶ Item si sacerdos post cõsecrationem recordetur se nõ esse ieiunũ: vel cõmisisse aliquod pctm̃: vel esse excõmunicatũ: debet nichilominus ꝓcedere, cum proposito satisfaciendi, et absolutionem impetrandi.

¶ Si autẽ ante consecrationẽ recordetur ꝑdictorꝫ: tutius est missam inceptam deserere, ⁊ absolutionem petere: nisi inde graue scandalũ oriatur.

¶ Item si musca vel aranea vel aliquid talium ante consecrationem in calicem ceciderit, vel etiam venenum immissum forte deprehenderit: vinũ debet effundi quod est in calice, ⁊ abluto calice aliud vinũ cum aqua poni ad consecrandũ. Sed si aliqđ horꝫ post consecrationem acciderit: debet musca vel aranea vel aliquid taliũ caute capi: et diligẽter inter digitos pluries lauari: et vermis comburi, ⁊ ablutio cum cineribus combustis in sacrario reponi. Venenũ autem nullo modo debet sumi: sed cũ reliquijs debet sanguis talis cui venenum est immissum, in vasculo mundo reseruari. Et ne sacramẽtum maneat imperfectum: debet calicem denuo rite preparare: et resumere cõsecrationẽ sanguinis, ab illo loco. Simili modo postea ꝙ̃ cenatũ est. Et nota ꝙ secũdũ doctores, nichil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti.

¶ Item si sacerdos non recolit se dixisse aliquod horum que debuit dicere, non debet mente turbari: non eñ qui multa dicit semꝑ recolit q̃ dixit. Etiã si sibi pro certo cõstat ꝙ aliqua omiserit: si talia non sunt de necessitate sacramenti: sicut sunt secrete vel aliqua verba canonis: vltra procedat: nec aliquid resumat. Sed tamẽ si probabiliter sibi constat ꝙ omisit aliquid quod sit de necessitate sacramẽti, sicut forma verborũ per quam consecratur: oĩa verba cõsecrationis super suam materiã resumere debet, quia cõsecratio facta non esset: quod tamen non oportet si pretermissa esset coniunctio enim, vel alia verba q̃ precedunt vel sequuntur formã que non sunt de ipsius substantia.

¶ Si autem sacerdos dubitaret an aliqđ verbum pertinens ad substantiam forme omisisset vel non: nullatenus debet seruare formã conditionalem: sed sine temeraria assertione formã totam super suã propriã materiã debet resumere cum hac intentione, ꝙ si consecratio esset facta: nullo modo vellet consecrare: sed si consecratio nõ esset facta: vellet corpus et sanguinem consecrare.

¶ Itẽ si q̃s tẽpore consecrationis ab actuali intẽtione ⁊ deuotione distractus fuerit: nichilominus consecrat: dum modo intẽtio habitualis in eo remãserit: summo sacerdote (scilicet christo) supplente eius defectum.

¶ Si aũt per nimiam distrationem habitualis intentio cum actuali tolleretur, videtur ꝙ deberet verba consecrationis cum actuali intẽtione resumere, sic tamen ꝙ nollet consecrare si consecratio facta esset.

¶ Itē si hostia cōsecrata ꝓpter frig⁹ vel alia de causa labitur sacerdoti in calicem: siue ante diuisionē hostie, siue post: non debet eā de sanguine extrahere, nec aliquid ꝓpter hoc reiterare vel imutare circa celebrationē sacramenti: sed procedat in signis et in alijs: ac si haberet eā in manibus.

¶ Si eucharistia ad terrā ceciderit: loc⁹ vbi iacuit radat, ꝛ incineret per ignē: et cinis iuxta altare recōdatur.

¶ Item si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit super tabulā que terre adheret: stilla per sacerdotem cum lingua lambatur, et locus tabule radatur: et rasura igni cōburatur: et cinis iuxta altare cum reliquijs recōdatur, ꝛ quadraginta diebus peniteat cui hoc acciderit.

¶ Si vero super altare stillauerit calix: sorbeatur stilla, et tribus diebus peniteat.

¶ Si vero super linteum, ꝛ ad aliud stilla puenerit: quatuor diebus peniteat. Si vsq ad tertiū: nouē diebus peniteat. Si vsq ad quartum stilla sanguinis peruenerit: viginti dieb⁹ peniteat, et linteamina que stilla tetigerit tribus vicibus lauet sacerdos vel diacon⁹ calice sapposito, et ablutio cum reliquijs recondatur.

¶ Item si quis aliquo casu gule eucharistiam euomuerit: vomitus ille debet incinerari, et cineres iuxta altare debent recondi. Et si fuerit clericus, monachus, presbyter, vel diaconus: quadraginta diebus peniteat, epūs septuaginta, laicus triginta.

¶ Si vero ex īfirmitate euomuerit: quinq diebus peniteat.

¶ Qui vero nō bn̄ custodit sacramētū: ita ꝙ illud mus vel aliud aīal comederit: quadragita dieb⁹ peniteat.

¶ Qui autē ꝑdiderit illud: vel pars eius ceciderit, et nō fuerit inuēta: triginta diebus peniteat. Eadē penitētia videtur dign⁹ sacerdos per cui⁹ negligētiā putrescūt hostie cōsecrate. Dictis autē diebus penitēs debet ieiunare: ꝛ a cōmunione, ꝛ a celebratione abstinere. Pensatis tamē circūstantijs delicti et ꝑsone: potest minui vel augeri penitētia ꝑdicta secūdum arbitrium discreti cōfessoris. Hoc tamen tenendum est: ꝙ vbicunq inueniuntur species sacramenti integre, reuerenter sumende sunt: quod si sine periculo fieri nō potest, sunt tamē pro reliquijs reseruande.

¶ Itē si hostia vel pars hostie inuenta fuerit sub palla vel corporali, ꝛ dubitatur si est cōsecrata vel non, debet eam post sumptionem sanguinis reuerenter sumere: vt in titulo de celebratione missarū plenius inuenies.

¶ Item circa materiam sanguinis vide ne sit agresta, vel vinum ita debile ꝙ nullo modo habeat speciē vini. Ne sit aqua rubea expressa de pāno intincto in vino rubeo. Ne sit acetum, vel vinū omnino corruptum. Ne sit claretum vel vinum de moris aut malogranatis confectum: quia veram speciem vini non retinent.

¶ Conficiēs cū vino quod est in via corruptionis vel ad corruptionē tendēs: grauissime peccat (licet cōficiat) quoniam non retinet speciem vini.

¶ Item cauēdum est ne apponatur nisi modicum de aqua: quia si tantū poneretur ꝙ speciē vini tolleret, non conficeretur.

¶ Item siqua hic desunt: requirantur in summa ꝛ lectura Hostieñ. in titulo de celebrat. missarum.

Deo gratias.

¶ Ad missam dicendam dum sacerdos induit se sacris vestibus, dicat hymnum sequentem. Hymnus.



Veni creator spiritus mentes tuorum visita, imple superna gratia que tu creasti pectora. Qui paraclitus diceris donum dei altissimi, fons vivus ignis, charitas, et spiritalis unctio. Tu septiformis munere, dextre dei tu digitus: tu rite promissum patris, sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus, infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis, virtute firmans perpetim. Hostem repellas longius, pacemque dones protinus: ductore sic te previo, vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atque filium: te utriusque spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio sancto simul paraclito, nobisque mittat filius, charisma sancti spiritus. Amen. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renovabis faciem terre. Oratio.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per. Deinde sequitur an. Introibo ad altare dei. ps. Judica me deus et discerne. totus psalmus dr cum Gloria patri. Deinde dr an. Introibo ad altare dei, ad deum qui letificat iuventutem meam. Kyrie eleison. Christe el. Kyrie el. Pat noster. Ave maria. His finitis et officio misse inchoato: cum post offic. Gloria patri. incipitur: accedat sacer. cum suis ministris ad gradum altaris: et dicat ipse confessionem diacono assistente a dextris: et subdiacono a sinistris hoc modo incipiendo Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Confitemini domino quoniam bonus. Quoniam in seculum misericordia eius.

Confiteor deo, beate marie, omnibus sanctis, et vobis: quia peccavi nimis cogitatione, locutione, et opere: mea culpa: precor sanctam mariam, omnes sanctos dei, et vos orare pro me. Ministri respondeant.

Misereatur vestri omnipotens deus, et dimittat vobis omnia peccata vestra: liberet vos ab omni malo, conservet et confirmet in bono, et ad vitam perducat eternam. Sacer. Amen. et postea dicant Confiteor. quo dicto dicat sacerdos Misereatur.

Deinde dicat sacerdos.

Absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium vere penitentie, et emendationem vite, gratiam et consolationem sancti spiritus tribuat vobis omnipotens et misericors dominus. Ministri respondeant. Amen. ¶ Et sciendum est: quod quicunque sacer. officium exequatur semper episcopus si presens fuerit ad gradum altaris, dicat Confiteor. Misereatur. et Absolutio. Deinde dicat sacerd. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini Qui fecit celum et terram. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc et usque in seculum. Oremus. Deinde finitis precibus sacerd. deosculetur diaco. et postea subdiaco. dicens. Habete osculum pacis et dilectionis ut apti sitis sacrosancto altari ad perficiendum officia divina. Et hoc semper observetur per totum annum: nisi tantum in missis pro defunctis et in tribus proximis ferijs ante pascha. His itaque peractis: ceroferarii candelabra cum cereis ad gradum altaris dimittant: deinde accedat sacerd.

ad altare, et dicat in medio altaris, tacita voce, inclinatoq3 corpore, et iunctis manibus. **Oremus.**

Aufer a nobis qs dñe cunctas iniqtates nostras vt ad sancta sanctoꝝ puris mereamur mentibus introire. Per christũ. Tũc se erigat sacer. et osculet altare: et hoc i medio, et signet se in facie sua ita dicens **In noie patris et filij et spũs sancti. Amen.** Deinde ponat diaco. thus in thuribulum, et dicat prius sacerdoti. **Benedicite.** et sacerd. dicat **Dñs. Ab ipso bñdicatur hoc incẽsum, in cuius honore cremabitur. In noie patris. etc.** Tunc diaco. ei thuribulũ tradẽs, deosculetur manũ eius et ipse sacerd. thurĩ. mediũ altaris et vtrumq3 cornu alta. primo in dextera, scdo i sinistra parte, et interim in medio. Deinde ab ipso diaco. ipse sacerd. thurificetur: et postea textũ ministerio subd. sacerd. deosculetur. His itaq3 gestis i dextro cornu altaris cũ diaco. et subd. officiũ misse, vsq3 ad orõnẽ prosequitur vel vsq3 ad **Gloria in excel.** qñ dr. Et post officiũ et p̃m repetatur offm̃: et postea dr **Gloria patri. Sicut erat.** tertio repetatur offm̃. Et hoc per totũ annum obseruetur tam in dñicis q̃ in festis sanctorũ: et in octa. et infra qñ chor⁹ regitur et in oibus missis de sctã maria p totũ annũ obseruet: nisi in dñica passionis dñi, et abhinc vsq3 ad cenã dñi ad mis. scz de tpali tm̃, tunc em̃ statim post p̃m q dr post officiũ reincipiatur offm̃ sine **Gloria pri.** post repetitionẽ officij principalis rector chori offm̃ misse a cãtore querere debet, deinde illud socio suo intimare et postea simul incipere: et sic incipere **Kyrie.** Sequen. Offr. **Sanctus. Agnus.** et Cõ. querãtur intimẽtur et incipiantur. His finitis et offic. mis. inchoato cũ post offm̃ **Gloria patri.** incipit: tunc accedant ministri ad altare ordinatim primo ceroferarij. ij. pariter incedẽtes: deinde thuribularij, post subdia. exinde diaco. post eũ sacerd. diac. et subdia. casul. idutis, scz quotid. per aduen. et a. lxx. vsq3 ad cenã dñi qñ de tpali dr mis. nisi in vigil. et quatuor tẽporibus manus tñ ad modũ sacer. non habẽtib⁹ ceteris vero ministris, scz cerosef. thur. et acolito i alijs cũ amictib⁹ exeũtib⁹. In alijs vo tẽporibus anni qñ de tpali dr mis. et in fest. sanctorũ totius anni vtãtur diaco. et subdia. dalmaticis et tunicis nisi in vigi. et quatuor tpib⁹: et nisi in vigi. pasch. et pente. et nati. dñi si in dñica cõtigerit, et excepto ieiunio quatuor tẽpor: qd celebratur in hebdo. pente. tũc dalmaticis et tunicis idui debẽt. In die parasceues et in roga. ad mis. ieiunij et process. et in missis dñicalibus et sctorum que in capto dicũtur: tunc em̃ albis cũ amictibus vtãtur: ita tñ q in tpe pasch. de quocũq3 dicit mis. nisi in inuẽtione sctẽ crucis vtãtur ministri altaris vestimẽtis albis ad mis. Similiter fiat in fes. annũcia. btẽ marie, et i ɔcep. eiusdẽ: et in vtroq3 fes. sancti michaelis, et in fes. scti ioannis apli in hebdo. nati. dñi et per oct. et in octa. assumptio. et nati. btẽ marie, et in cõmemo. eiusdem per totum annũ, et per octa. et in octa. dedicationis ecclesie. Rubeis vero vtantur vestimẽtis oibus dñicis per annum extra tẽpus pasche quãdo de dñica agitur, et in quarta fer. in capite ieiunij, et in cena dñi et in vtroq3 fest. sctẽ crucis in quolibet fest. martyrũ, apostolorum et euangelistaꝝ extra tempus pasche. In omnib⁹ autẽ festis vnius confessoris vel plurimorum confessorum vtantur vestimẽtis crocei colo-


ris. Quo facto sacerd. et sui ministri in sedibus paratis se recipiant et expectent usque ad Gloria in excelsis. quod incipiatur semper in medio altaris quãdocunqȝ dicitur. ¶ Omnibus dominicis per annum quando Gloria in excel. dicitur: dicit vnũ istoȝ p dispositione cantoris. Laus angelica.





Glori a in excelsis de o.


¶ In omnibus maioribus duplicibus dicatur vnum istorũ pro dispositione cantoris.





¶ In oĩbus aliis duplicibus dȝ vnũ istorum pro dispositione cantoris.






¶ In vtroqȝ festo sancti michaelis et in festo sancti dunstani dicitur hic cantus.



¶ In omnibus festis et in oct. qñ inuitatoriũ a tribus cãtatur, dȝ vnum istorum pro dispositione cantoris.






¶ In omnibus aliis fes. simpli. tam iij. qȝ. ix. lec. in quibus chorus regitur dicitur vnum istorum cantuum.






¶ In omnib⁹ fes. iij. lect. et in oct. qñ chorus nõ regitur: dȝ vnũ istorum.





¶ In cõme. btẽ marie dȝ hic cãtus p totũ annũ qñ dȝ Gloria in excelsis.



¶ Nisi qñ vlti. fit seruitiũ de beata maria ante aduẽtum do. et ante. lxx.

& in oct. assump. & nati. b. ma. tunc enim dr sequens cantus tam a choro q̄ a sacerdote & eius ministris ad altare cū sua farsura, videlicet in cho. et etiam dicitur cum sua psa in quotidianis missis in capel. btē ma. omni sabba.



Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hoibus bone volūtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Grās agimus tibi propter magnā gloriā tuā. Dñe deus rex celestis de⁹ pater ops. Dñe fili unigenite iesu christe. Spiritus & alme orphanor paraclite. **Dñe deus agnus dei fili⁹ pris.** Primogenit⁹ marie virginis matris. **Qui tollis peccata mūdi: miserere nob. Qui tollis pctā mūdi: suscipe deprecationem nostrā.** Ad marie gloriā. **Qui sedes ad dexterā pris, miserere nobis. Quoniā tu sol⁹ sctūs.** Mariā sanctificās. **Tu solus dñs.** Mariā gubernans. **Tu solus altissimus.** Mariā coronās. **Jesu christe cū sctō spū i gloria dei patris. amen.** In oībus aliis missis qñ dicendum est: dr sine prosa. Post inceptionē **Glia in excel.** divertat se sacer. ad dextrū cornu altaris: & ministri cū eo prosequētes, diacon⁹ a dextris et subdia. a sinistris submissa voce dicāt idē. In dupl. fest. principalis rector chori. **Gloria in excel.** qñ debet dici, queret a cātore, et sacer. iniungat. ¶ Notādum est q̄ oēs clerici stare tenētur ad mis. nisi dū lectio epistole legitur, et gr. et **Alla.** vel tr. cātatur. In dupl. tñ fest. stare tenentur oēs dū a choro **Alla.** canitur. Pueri vero semp sint stātes ad missam cho. canente rectores vero chori cum duo tñ habētur: sequētur per oīa regulā clericorū de scda forma ad vespe. magis tu. et ad mis. nisi q̄ semper dū cho. canit **Alla.** stare tenētur, et in inceptionibus cantuū ad mis. ad altare se cōvertāt. In dup. fest. oēs rectores cho. imitentur omnia vtš. **Et notādū est** q̄ omnes clerici cōversi ad altare: stare tenētur dū ad mis. **Gloria in excel.** inchoatur quousq̄ cho. cantet. **Et in** eodem hymno ad hec verba **Adoramus te.** et ad hec vba **Suscipe deprecationem nostram.** Et in fine eiusdē cum dr **Jesu christe: cū sctō spū in gloria dei.** vsq̄ ad epłam vel lec. Dictoq̄ gr. **Alla.** vel sequen. vel tr. a sacerd. priuatim cū suis ministris: accipiat subdia. panem & vinū & aquā cū calice, et ea preparet ad eucharistie ministrationem: benedictione prius aque a sacer. petita hoc modo **Benedicite.** sic respōdeat sacer. **Dñs. Ab eo sit benedicta, de cui⁹ latere exiuit sanguis et aqua. In noīe pris & c.** Sacerd. vero interim sedeat in sede sua. In fine vero gr. vel tr. vel **Alla.** vel sequen. cho. ad altare se inclinet anteq̄ ad lectorem euāg. se vertat & ad **Gloria tibi do.** semp ad altare se vertat lector euāg. et etiā omnes clerici signo crucis se signēt quod ter ad mis. publice obseruatur, sc3 ad **Gloria in excel.** qñ dr **In gloria dei patris. Amen.** et ad **Gloria tibi domine.** et post **Sāctus.** cu dr **Benedictus q̄ venit.** et ad inceptionem **Credo in vnū** quousq̄ chorus cantet: et iteru ad altare ter inclinet, sctl3 dū dr hec clausula. **Et incarnatus est de spū sancto ex maria virgine. ij. Et homo factus est. ij. Crucifixus etiā pro nobis sub pontio pilato.** et in fine cū dr **Et vitā venturi scli. Amen.** Ab hinc quousq̄ etiā inchoetur offer. et post offer. quousq̄ cōpleatur totum officiū misse. Tunc gestum

cho. imitetur omni festo per annum. Per totū autē aduentū non dr **Gloria in excel.** de quocūqz dicitur mīa, nec a lxx. vsqz ad vigiliam pasch. His itaqz peractis: factoqz signaculo crucis in facie sua vertat se sacerdos ad ppłm eleuatisqz aliquātulū brachijs iunctisqz manibus dicat hoc modo.

Et chor⁹ respōdeat. **Et cum spiritu tuo.** sub eodem tono.

Dñs vobiscū. ⁊ iterum reuertat se sacerd. ad altare: et dicat hoc modo.

Quotienscūqz dr **Dñs vob.** ad missam: semper sub eodem tono dicetur similiter, **Orem⁹. Oremus.** nisi in prefa. ⁊ nisi in missa spōsalium cum fiat benedictio super sponsum et sponsam ante **Pax domini.** tunc enim dicitur sic: et in consimilibus ita determinando.

Dominus vobiscum. Oremus.

Deinde dicitur orō sic determinādo

Per oia secula seculorū. Amē.

Et si aliqua memo. habenda est: iterz dicat sacerd. **Oremus.** vts. Et quādo sunt plures collē. dicēde: tunc omnes orōnes q̄ sequūtur sub vno **Per do.** et vno **Oremus.** dñr: ita tñ qz septennariū numerū excedere non debet secundū vsum ecclesie Sar. Et semper dū stat sacerd. ad officium misse: post eum stet diac. directe in proximo gradu: ⁊ subdia. simili mō directe in scdo gradu: post diaconū: ita qz quotiens sacerd. ad ppłm se cōuertit: diac. sitr se cōuertat. Subdia. vero interim genuflectēdo de capsula sacer. aptanda subministret. Et si eps celebrauerit, omnes diaco. in gradu diaco. cōsistāt, principali diaco. mediū locum inter eos obtinente. Simili modo in gradu subdia. se habeant, ceteris oibus diac. ⁊ subdia. gestū principalis diaco. et principalis subdia. imitantib⁹: excepto qz principalis subdia. sacerd. ad ppłm cōuertēti sol⁹ subministret. Sciendū est autē qz quicqd a sacerd. dr ante eplam in dextro cornu altaris expleatur: pter inceptionē **Gloria in excel.** Sitr fiat post pceptionē sacrameti: cetera omnia in medio altaris expleātur; nisi diaco. defuerit. Tunc eīn in sinistro cornu altaris legatur euāg. Post introitū vero misse, vnus ceroferarioz panē, vinum, et aquā, q ad eucharistie ministrationē disponunt, deferat: reliquus vero peluim cum aqua et manutergio portet cho. licet ingredi vsqz ad completoriū prime collecte. Cetera vero vsqz ad **Credo.** dicūtur vt supra in prima do. aduen. dñi.

¶ Symbolum nicenum.

Credo in vnum deum. Patrem omnipotentē, factorē celi et terre: visibiliū oim et inuisibiliū. Et in vnū dñm iesum christū, filium dei vnigenitū. Et ex patre natū ante omnia secula. Deum de deo, lumē de lumine, deum verū de deo vero. Genitum non factū cōsubstantialē patri, per quē oia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostrā salutem descēdit de celis. Et incarnat⁹ est de spū sancto ex maria virgine: et homo factus est. Crucifixus etiā pro nobis sub pontio pilato: passus ⁊ sepultus est. Et resurrexit tertia die scdm scripturas. Et ascēdit in celum, sedet


ad dexterā patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritū sanctū dn̄m ⁊ viuificātem: qui ex patre filioq; ꝓcedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et cōglorificatur: qui locutus est ꝑ prophetas. Et vnam sanctā catholicā ⁊ apostolicā ecclesiā. Confiteor vnum baptisma in remissionē peccatorum. Et expecto resurrectionē mortuorū. Et vitam venturi seculi. Amē. Post inceptionē **Credo in vnū deū.** reuersis ministris de pulpito ad altare diaco. librū euāg. sacer. porrigat deosculandū vel aliās textū accipiens de manu subdia. ipsum sacerd. porrigat in dextris eius osculādum: deinde acoly. ministrante subdia. subdiaco. ipsi diac. Postea sequitur **Dn̄s vobiscū.** ⁊ **Oremus.** Deinde dr̄ offr̄. Post offr̄ vero porrigat diac. sacer. calicē cum patena et sacrificio, et osculetur manum eius vtraq; vice. Ipse vero accipiēs ab eo calicem, diligenter ponat in loco suo debito super medium altaris ⁊ inclinato parumper eleuet calicem vtraq; manu offerens sacrificium domino, dicēdo hāc orationem

Suscipe sancta trinitas hanc oblationē quā ego indignus peccator offero in honore tuo, btē marie et omniū sanctorū tuorū, pro peccatis et offensionibus meis: et pro salute viuorū, et requie omniū fidelium defunctorum, In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti acceptū sit omnipotenti deo hoc sacrificium nouum.

Dicta orōne reponat calicē et cooperiat cū corporalib9, ponatq; panem super corporalia decenter ante calicē vinum et aquā continentē: et osculetur patenā et reponat eam a dextris sacrificij super altare sub corporalibus parum coopericēdo. Hoc peracto accipiat thuribulū a diaco. ⁊ thurificet sacrificiū, videlz vltra ter signū crucis faciēs ⁊ in circuitu ⁊ ex vtraq; parte calicis et sacrificij: deinde locū ter inter se et altare. Et dum thurificat, dicat v. sequentē **Dirigatur dn̄e ad te orō mea, sicut incensum in conspectu tuo.** Postea thur. ipse sacerd. ab ipso diaco. ⁊ subdia. deferat et textum deosculādū: deinde acoly. thur. chorum incipiens a rectoribus cho. deinde superiorē gradū ex parte decani incipiens ab ipso decano vel a primiori stallo eo absente: postea superiorem gradum ex parte cantoris. Eodem ordine scd̄as exinde primas formas ita q ipse puer singulos cle. incensando illis inclinet subsequētē eum subdia. cum textu ab omnibus deosculando. Si eps̄ celebrauerit et dupl. fes. fuerit duo pueri venient cū thur. et duo subdia. cum duobus textibus vel reliquijs. Si autē eps̄ celebrauerit et dup. fes. fuerit textum deferat acolytus ex parte cantoris. Primo autē thurificādus est cantor qui stat in medio chori cum ceteris rectoribus cho. scz in festis maiorib9 dup. tantū: deinde pricipales rectores chori ex vtraq; parte sui: exinde duo rectores secūdarij: postea cho. more solito: eodē quoq; ordine sequātur textus. Quando vero non dicit **Credo.** tūc immediate post **Oremus.** ⁊ offr̄. accedat diaco. et offerat sacerd. calicē cum patena: et cetera solito more expleantur: ⁊ thur. sacrificium more solito: sed chor9 non thurificetur. Nūq enim incensatur cho. post euang. ad missam, nisi quādo dr̄ **Credo** sed tūc semper. His itaq; peractis: eat sacer. ad dextrum cornu altaris et abluat manus, dicens. **Munda me dn̄e ab**

omni inquinamento mētis & corporis: vt possim mūdus implere opus sanctum dñi. Diaco. interim ipsum altare in sinistro cornu thurificante, et reliquias more solito in circuitu. Ablutis manibus sacerd. reuertat se ad altare ad diuinū officiū exequendū: et diaco. & subdia. in gradib9 suis ordinate supradicto modo se teneāt. Deinde reuertat se et stās ante altare inclinatoq; capite & corpore iūctis manibus, dicat hanc orationem.

IN spiritu humilitatis & in animo cōtrito suscipiamur dñe a te: et sic fiat sacrificiū nostrū in cōspectu tuo, vt a te suscipiat hodie, & placeat tibi dñe deus meus. Et erigēs se deosculetur altare a dextris sacrificij: et dans benedictionē vltra sacrificium: postea signet se, dicens. In nomine patris. &c. Deinde vertat se sacerd. ad populum: & tacita voce dicat Orate fratres et sorores pro me, vt meum pariterq; vestrū acceptum sit dño deo nostro sacrificiū. Responsio clerici priuatim. Spūs sācti gratia, illuminet cor tuum & labia tua: & accipiat dñs digne hoc sacrificium laudis de manibus tuis pro peccatis et offensionib9 nr̄is. In mis. vero p defunctis post ablutionē manuū sacer. statim incipiat iūctis manib9 in medio altaris cōuersus ad altare, dicēs



Hostias et p̄ces tibi dñe offerim9. Cho. cantādo respōdeat. Tu suscipe pro animabus illis, quar hodie memoriā agimus, fac eas dñe de morte transire ad vitā. Et interim dicat sacerd. In spū humilitatis. Deinde statim dicat conuersus ad ppl̄m tacita voce. Orate fratres et sorores p fidelib9 defunctis. Rn̄sio clerici cantādo Requiē eternā dona eis dñe: & lux ppetua luceat eis: quā olim abrahe pmisisti et semini eius. Notandū est q in oib9 mis. p corpore p̄senti, et in anniuersarijs cuiuscūq; fuerint: & in trigintalib9 dr̄ Hostias & p̄ces. cū v. Requiē eternam. et quā olim. In oībus vero alijs mis. pro defunctis nō dr̄: nec in die animar. Et reuersus ad altare sacerd. secre. orōnes dicat iuxta numerū et ordinē ante dictarū ante ep̄lam ita incipiēs Oremus. Quib9 finitis dicat sacer. apta voce Per oīa secula seculor. manibus nō leuatis, donec dr̄ Sursum corda. et tunc accepiat subdia. offr̄. et patenā de manu diaco. ipsam patenam tenendā quousq; Pater noster, dicitur: quā acoly. offert. coopertā cōmittat in grad. sc3 post diaco. interim cōstituto. Qd etiā obseruetur in omni mis. ad autēticū altare celebranda per totū annū, nisi tm̄ in mis. pro defunctis, tū in die animarū obseruabitur. ¶ Sequuntur prefa. Et primo prefa. de nati. do. Prefa. dr̄ in die nati. do. ad oēs mis. & quotidie per hebdo. & in die circūcisionis, et in omnib9 mis. de sancta maria ab hac die vsq; ad purific. & etiam in die purifi. Dicatur etiam in fes. corporis christi, et in octa. eiusdē, et infra quādo de eo fit seruitiū. Dicitur etiam in cōmemoratione eiusdē. Cōmunicantes, vero dicitur tantum vsq; ad circuncisionem, et in die circuncisionis.



ETerne de9. Quia p icarnati vbi mysteriū, noua mētis nostre oculis



lux tue claritatis infulsit. Ut dū visi



biliter deū cognoscim⁹, p hūc in inui



sibiliū amorē rapiamur. Et ideo.

¶ Nota q infra canonē ad primam missam in nocte natiuita. domini dr Cōmunicātes et noctē sacratissimā. &c. Ad oēs alias missas dicitur Diē sacratissimum. quandocūqz dicitur.

Communicātes et diem sacratissimum (et noctem sacratissimam) celebrantes: quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorem: sed et memoriam venerātes. Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdē dei & domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrū tuorum Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis & Thadei, Lini, Cleti, Clemētis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurētij, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosme et Damiani, et omnium sanctorum tuorum, quor merītis precibusqz cōcedas: vt in omnib⁹ protectionis tue muniamur auxilio. Per eundē christum dominū nostrū.


¶ Seques prefatio dicitur in die epiphanie, et per octauas, et in octauis. Et Communicantes. similiter.




Eterne de⁹. Qr cū vnigenitus



tuus in substātia nre carnis apparuit



in nouā nos imortalitatis sue lucē



reparauit. Et ideo. Infra cano.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes, quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriam venerantes. Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdē dei et dñi nri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyr tuorum Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis et Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis & Pauli, Cosme & Damiani, et omnium sanctorum tuor quorum meritis precibusqz concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundē christū dñm nostrum.

¶ Sequens prefatio dicitur feria quarta in capite ieiunij, et in omni missa de ieiuni. nisi in do. ab hinc vsqz ad cenam domini.



Eterne deus. Qui corporali ie



iunio vitia cōprimis, mētē eleuas



virtutem largiris et premia: per



christũ dominũ nostrũ. Per quẽ ma.


¶ Nota q in dñicis per .xl. dr pfatio quotid. In cena dñi etiã prefat. quotid. dr. Infra canonem Cõicantes, et Hãc igitur. et Qui pridie. tã ab epõ q a sacerd. dicũtur ¶ Infra canonem.

COmmunicantes et diẽ sacratissimum celebrantes, quo dominus noster iesus christus pro nobis traditus est. Sed et memoriã venerãtes. Imprimis gl'iose semp virginis marie genitricis eiusdẽ dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis et Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosme et Damiani, et oim sctõrũ tuorũ quorũ meritis pcibusq concedas: vt in oib⁹ ptectiõis tue muniamur auxilio. Per eũdẽ xpm dñm no.


HAnc igitur oblationẽ seruitutis nre sed et cũcte familie tue quã tibi offerim⁹, p his quoq quos regenerare dignat⁹es ex aqua et spũ sctõ tribuẽs eis remissionẽ oim pctõrum. Quesumus dñe vt placat⁹ accipias: diesq nros in tua pace disponas, atq ab eterna dãnatiõe nos eripi, et in electoz tuorum iubeas grege numerari. Per christũ dñm nostrũ.

QUi pridie q pateretur, pro nostra omniũq salute, hoc est hodie, accepit panẽ in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celum ad te deum patrem. &c.


¶ Seques prefa. dicitur in die pasc. et per totã hebdo. et in omnibus dñicis vsq ad ascẽ. quãdo de dñica siue de pascha dicitur missa: sed in vigil. pasche tantum dicitur in prefatione. Sed in hac potissimũ nocte. Quandocũq vero alias dicit, dicitur: Sed in hac potissimũ die. Communicantes. vero et Hãc igitur. per hebdomadam et in octa. pasche tantum dicuntur: ita q in vigilia pasch. tantum dicitur: Noctem sacratissimam. In die vero pasche: et alias quando dicitur Diem sacratissimum. dicatur.




ETerne de⁹. Et te q̃dẽ oi tẽpore



sed in hac potissimũ die (nocte) gl'io-



sius pdicare, cũ pascha nrm imolat⁹



est xps. Ipse em ver⁹ est agn⁹ q ab-



stulit petã mũdi. Qui mortẽ nrãm



moriẽdo destruxit, et vitã resurgen




do reparauit. Et ideo cũ angelis.

Infra canonem.

Communicātes et diem sacratissimum (et noctem sacratissimā) celebrantes resurrectionis dñi nr̄i iesu christi scđm carnē: sed et memoriā venerātes. Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdē dei & dñi nr̄i iesu christi. Sed et beatorū aplorꝫ ac martyrū tuorꝫ Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joānis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simōis & Thadei, Lini, Cleti, Clemētis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurētij, Chrysogoni, Joānis et Pauli, Cosme et Damiani, et oīm sanctorꝫ tuorū, quorū meritis precibusqꝫ cōcedas: vt in omnib⁹ protectionis tue muniamur auxilio. Per eūdē christū dñm nostrū. Item.

Hanc igitur oblationē seruitutis nr̄e sed & cūcte familie tue quā tibi offerim⁹, ꝓ his quoqꝫ quos regenerare dignat⁹ es ex aqua & spū sctō tribuēs eis remissionē omniū pctorꝫ. Quesum⁹ dñe vt placat⁹ accipias: diesqꝫ nr̄os i tua pace disponas, atqꝫ ab eterna dānatiōe nos eripi, & in electorū tuorꝫ iubeas grege numerari. Per christū dñm nr̄m. ¶ Sequēs prefa. dr in die ascē. dñi & p octa. et in oct. et in dñica infra oct. quādo de dñica agitur. et Cōmunicantes. Prefatio.

Eterne deus. Per christū dñm nostrū. Qui post resurrectionē suā oībus discipulis suis manifest⁹ ap



paruit: & ipsis cernētib⁹ est eleuat⁹



in celū: vt nos diuinitat⁹ sue tribue




ret esse participes. Et ideo cū an.


Infra canonem.


Communicantes et diē sacratissimum celebrantes, quo dominus noster iesus christus vnigenitus filius tuus, vnitam sibi fragilitatis nostre substantiam, in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoriam venerantes. Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorū ac martyrum tuorū Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis & Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosme et Damiani, & omniū sanctorum tuorum quorum meritis precibusqꝫ concedas: vt in omnibus ꝓtectionis tue muniamur auxilio. Per eundē. christum dñm nostrum.

¶ Sequens prefatio dicitur in die pentecostes et per hebdomadam: et in omnibus missis de sancto spiritu. Communicantes. et Hanc igitur. in die pentecostes, et ab hinc vsqꝫ ad festū sancte trinitatis dicūtur tantū.



Eterne deus. Per christū dñm


nostrũ. Qui ascendens super omnes

celos, sedensq ad dexterã tuam pro-

missum spiritũ sctm̃ hodierna die in

filios adoptionis effudit. Quapro-

pter profusis gaudijs totus in orbe

terrarũ mũdꝰ exultat: sed et supne

virtutes atq ãgelice ptãtes hymnũ


glorie tue cõcinũt sine fine dicẽtes.

Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimũ pẽtecostes celebrã-tes, quo spũs sctũs apłis ĩ igneis linguis apparuit. Sed et memoriã venerãtes. Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis dei et domini nr̃i iesu christi. Sed et beatorũ apłoꝝ ac martyrũ tuoꝝ Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis et Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis & Pauli, Cosme & Damiani, et omnium sanctorum tuoꝝ quorum meritis precibusq concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Item.


Hanc igitur oblationẽ seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue quã tibi offerimus p his quoq quos regenerare dignatꝰes ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionẽ oĩm pctoꝝ. Quesumꝰ dñe vt placatus accipias: diesq nostros in tua pace disponas, atq ab eterna dãnatione nos eripi: & in electorũ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per christũ.

¶ Sequens prefatio dicit in die sancte trinitatis, et in oĩbus do. vsq ad aduentũ dñi quando de do. dr̃ mis. licet in capł'o dicatur, et in oĩbus cõmemoratio. sancte trinit. per totum annum: et in omni missa sponsalium.


Eterne deus. Qui cum vnige-


nito filio tuo et spiritu sctõ vnꝰ es


deus vnus es dñs. Nõ in vnius sin

gularitate persone: sed in vnius tri

nitate substantie. Nõ enim de tua


gloria reuelāte te credimus, hoc de

filio tuo, hoc de spū sctō sine diffe-

rentia discretionis sentim⁹. Ut in cō

fessione vere sēpiterneqꝫ deitatis: et



in psonis pprietas, et in essentia vni

tas: et in maiestate adoret equalitas



Quā laudāt angeli atqꝫ archange-


li: cherubin quoqꝫ ac seraphin: q nō




cessant clamare vna voce dicentes.

¶ Sequens prefatio dicitur in omnibus festis aplo℞ et euangelistarū, et per oct. aplorū petri, pauli atqꝫ andree quādo de octa. dr̄ missa: pterq̄ in festo scti ioannis apostoli et euangeliste, in hebdomada natiuitatis dn̄i. In octa. vero eiusdem dicetur: et in fest. eius in tempore paschali.


Eterne deus. Et te dn̄e suppli-

citer exorare vt gregē tuum pastor

eterne nō deseras: sed p btōs aplos

tuos cōtinua ptectione custodias.

Ut iisdem rectoribus gubernetur:

quos operis tui vicarios eidē cōtuli

sti preesse pastores. Et ideo cū ange

lis et archāgelis cū thronis et domi

nationibus. Cūqꝫ omni militia cele-

stis exercit⁹ hymnū glorie tue cani-

mus sine fine dicentes. Sanctus.

¶ Sequens pfatio dicitur in utroqz festo sancte crucis: & in commemorationibus eiusdem per totũ annum.


Prefatio.



Eterne de⁹. Qui salutẽ huma



ni gener; in ligno crucis cõstituisti



ut unde mors oriebat: inde vita re-



surgeret. Et q in ligno vicerat in li-



gno quoqz vinceret. Per xp̃m dñm



nostrũ. Per quẽ maiestatẽ tuã lau-



dãt angeli, adorãt dominatiões, tre



munt potestates. Celi celorũqz vir-




tutes ac beata seraphin: socia exul-



tatione cõcelebrãt. Cũ qbus & nr̃as



voces ut admitti iubeas depreca-




mur supplici confessione dicentes.

¶ Sequens prefatio dicitur in omni festo beate marie virginis, nisi in purificatione eiusdẽ. Dicatur etiam per octauas assumptionis, et natiuitatis beate marie et in commemoratione eiusdem, per totũ annum nisi a die natiuitatis domini usqz ad purificationem beate marie.




Eterne deus. Et te in cõceptio



ne. Et te in annunciatione. Et te in




assumptione. Et te in natiuitate.




Et te in visitatione. Et te in venera-



tione beate et gloriose semp virgi-



nis marie exultãtibus animis lau-



dare, benedicere et predicare. Que &

vnigenitũ tuũ scti spiritus obũbra
tione concepit: et virginitatis glo-
ria permanente huic mũdo lumen
eternũ effudit iesum christũ domi-
num nostrum. Per quem maiesta-
tem tuam laudant angeli, adorant
dominationes, tremũt potestates.
Celi celorumq; virtutes ac beata se-
raphin, socia exultatio ne concele-
brant. Cũ quib⁹ et nostras voces: vt
admitti iubeas deprecamur, sup-
plici confessione dicentes. Sãctus.
Hoc modo incipiantur omnes prefa-
tiones ad missam per totum annum
tam in ferijs ꝙ in festis.

Per oia secula seculorũ. Amẽ.
Hic eleuet sacerdos manus, dicens.

Dñs vobiscũ. Et cũ spiritu tuo.

Sursum corda. Habem⁹ ad dñm.

Gratias agamus domino deo no-
stro. Dignum et iustum est.

¶ Sequens prefatio est quotidia-
na, et dicitur quotidie: nisi in festis,
et per octauas in quibus propria ha
beatur: ita tamen ꝙ omnes prefa-
tiones totius anni sub hoc tono di-
cuntur, siue proprie habeantur siue
non: tam in ferijs ꝙ in festis secundũ
vsum Sar.

Vere dignum et iustum est equum
et salutare. Nos tibi semp et vbiq;


gratias agere: domine sancte

pater omnipotens eterne deus


Per christum dominum nostrum.


Per quem maiestatem tuam lau-

dant angeli, adorant dominatio-




nes, tremunt potestates. Celi ce-

lorumque virtutes ac beata sera-

phin, socia exultatione concele-

brant. Cum quibus et nostras vo-

ces: vt admitti iubeas depraecamur

supplici confessione dicentes.

Sequitur Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Item in alijs.


Et ideo cum angelis et ar-

changelis cum thronis et domi-

nationibus. Cumque omni militia

celestis exercitus, hymnum glorie

tue canimus sine fine dicentes.

Sequitur Sanctus. Dum sacerdos dicit Sanctus, Sanctus. erigat paru̅per brachia sua, et iungat manus suas vsque ad hec verba in nomine domini. tunc semper signet se in facie sua. Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Be̅dict⁹ q venit in noie dn̄i osanna in excelsis. Qn̄ vltimo fit seruitiu̅ de sancta maria ante aductu̅, et ante septuagesimam, et in octaua visitationis, assumptionis, et natiuitatis beate marie: tunc dicitur hoc modo. Benedictus marie filius qui venit. Iunctis manib⁹, et eleuatis oculis dicat.

Te igitur cleme̅tissime pater, et cetera.


I·N·R·I
G·
M·


S. IOANNES
S. MATHEVS
S. MARCVS
S. LVCAS
G.
M

TE igitur clemētissime pater per iesum christū filium tuum dominum nostrum supplices rogamus, Corpore inclinato/ donec dicat ac petimus, Hic erigēs se sacerdos osculetur altare a dextris sacrificij/ dicēs: vti accepta habeas/ et benedicas, Hic faciat sacerd. tres cruces super calicem et panem/ dicēdo Hec do✠na/ Hec ✠ munera/ Hec ✠ sancta sacrificia illibata,

Factis signaculis super calicem eleuet manus suas ita di.

Imprimis que tibi offerimus/ pro ecclesia tua sancta catholica/ quā pacificare/ custodire/ adunare & regere digneris toto orbe terrarū vna cū famulo tuo papa nostro N. & antistite nostro N. Id est proprio episcopo tantum. et rege nostro N. Et dicuntur nominatim. sequatur et omnib9 orthodoxis/ atq3 catholice et apostolice fidei cultorib9. Hic oret pro viuis.

Memento domine

famulorū famularūq; tuarū N. et N.

In qua oratione ordo debet attendi propter ordinem charitatis. Quinquies orat sacerdos. Primo ꝓ seipso. Scđo ꝓ patre et matre carnali et spirituali, et pro aliis parentibus. Tertio, pro amicis specialib⁹, parochianis, et aliis. Quarto, pro oībus astantib⁹. Quīto, ꝓ omni ꝑplo christiano: et potest hic sacerdos oēs suos amicos deo commendare. Consulo tñ vt nullus ibidē nimis immoretur: tū propter cordis distractionē: tum ꝓpter immissiones q̄ possunt fieri per angelos malos: tum ꝓpter alia pericula.

Et omnium circunastantium quorum tibi fides cognita est et nota deuotio / pro quib⁹ tibi offerim⁹: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis: pro se suisq; omnibus / pro redēptione animarū suarū / pro spe salutis et incolumitatis sue / tibiq; reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicantes et memoriam venerantes: īprimis gloriose semperq; virginis Inclinando parumper / dicat. Marie genitricis dei / et dñi nostri iesu christi Sed et beatorum apostolorū ac martyrum tuorum Petri / Pauli / Andree / Iacobi / Ioannis / Thome / Iacobi / Philippi / Bartholomei / Matthei / Simonis et Thadei. Lini / Cleti / Clemētis / Sixti / Cor-

nelij / Cyppriani / Laurẽtij/Chry-sogoni/Ioannis & Pauli/Cosme et Damiani & omniũ sanctorũ tuorum / quorum meritis pre cibusq; concedas vt in omnibus ꝓtectio nis tue muniamur auxilio. Per eũdem christum dominum nostrum, Amẽ. Hic respiciat sacerđ. ho-stiam cũ magna ve-neratione/dicens.

Hanc igitur obla-tionẽ seruitutis no-stre/sed et cuncte fa-milie tue quesum⁹ domine vt placatus accipias / diesq; no-stros in tua pace dis ponas : atq; ab eter-na damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas gre-ge numerari. Per christum dominum nostrum, Amẽ. Hic iterum respiciat ho-stiam/dicens.

Quam oblationẽ tu deus omnipotẽs in omnibus quesu-m⁹. Hic faciat tres cruces super vtrũq; cum dicat bene ✠ di ctam: ascri ✠ ptam: ra ✠ tam rationabi lem : acceptabilẽq; facere digneris / vt nobis , Hic faciat crucem super panẽ/

dicẽs cor✠pus Hic super calicem et san✠guis Iunctisq; manibus dicat fiat dilectissimi filij tui dñi nostri iesu christi, Hic erigat sacerdos manus & cõiungat: et postea tergat digitos/et eleuet hostiam/dicens.

Qui pridie q̃ pateretur: accepit panẽ in sanctas ac venerabiles manꝰ suas: et eleuatis oculis in celũ Hic eleuet oculos suos ad te deum patrem suum omnipotentem Hic inclinet se & postea eleuet paululum / dicens tibi gratias agens: bene✠dixit/fregit/ Hic tangat hostiã/ dicens: deditq; discipulis suis / dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes.

Hoc est enim corpus meum.

Et debent ista verba proferri cũ vno spiritu, et sub vna prolatione: nulla pausatiõe interposita. Post hec verba, inclinet se sacerdos ad hostiam, & postea eleuet eam supra frontem, vt possit a populo videri, et reuerenter illam reponat ante calicẽ in modum crucis per eandem facte. Et tunc discooperiat calicem: & teneat inter manus suas, non disiungendo pollicem ab indice, nisi dum facit benedictionem tantum: ita dicens.

Simili modo postea q̃ cenatum est accipiens et hunc preclarũ calicem in sanctas ac venerabiles manus suas item tibi Hic iclinet se/di-

cens gratias agens
bene✠dixit deditq;
discipulis suis / di=
cens. Accipite & bibi
te ex eo omnes. Hic
eleuet sacerdos pa=
rumper calicem: ita
dicens.

Hic est enim calix
sanguinis mei noui
et eterni testamenti
mysteriū fidei / qui
pro vobis & pro mul
tis effundetur in re=
missionem peccato=
rum. Hic eleuet cali
cē vsq; ad pectus vel
vltra caput / dicens.

Hec quotiēscunq;
feceritis / in mei me=
moriam facietis.

Hic reponat calicē /
& fricet digitos suos
vltra calicem ꝓpter
micas / et cooperiat
calicē: deinde eleuet
brachia sua in mo=
dum crucis iunctis
digitis vsq; ad hec
v̄ba de tuis donis.

Unde et memores
domine nos tui ser=
ui: sed & plebs tua sā
cta eiusdē christi fi=
lij tui domini dei no
stri tam beate passio
nis necnon et ab in=
feris resurrectiōis:
sed & in celos glorio
se ascensionis offeri=
mus preclare maie=
stati tue de tuis do=
nis ac datis. Hic
quinq; cruces fiāt:

sed tres prime cruces super hostiam ꝛ calicem dicēdo. Hostiam pu✠ram: hostiam san✠ctā: hostiam immacu✠latam Quarta super panem dicendo. Pa✠nem sanctum vite eterne. Quinta super calicem dicendo ꝛ ca✠licem salutis perpetue.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris ꝛ accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel ꝛ sacrificium patriarche nostri abrahe/ ꝛ quod tibi obtulit sūmus sacerdos tuus melchisedech sāctū sacrificiū immaculatam hostiam Hic sacerdos corpore inclinato / et cancellatis manibus dicat.

Supplices te rogamus vsqꝫ ad hec vba ex hac altaris participatione, et tunc erigat se deosculans altare a dextris sacrificij/et faciat signum crucis super hostiā/ et i facie sua cū dicit. omni benedictione celesti.

Supplices te rogamus oipotens deus iube hec perferri per

manus sancti ange
li tui in sublime al=
tare tuum/in cõspe=
ctu diuine maiesta=
tis tue: vt quotquot
Hic erigens se oscu
let altare a dextris
sacrificij / dicens ex
hac altaris partici=
patiõe: sacrosanctũ
filij tui Hic faciat si
gnum crucis super
hostiam dicẽs cor ✠
pus Deinde sup ca=
licem dicens et san=
gui ✠ nem sumpse=
rimus: omni Hic si=
gnet se i facie dicẽdo
benedictione celesti/
& gratia repleamur
per eũdem christum
dñm nostrũ, Amen.

Hic oret p mortuis
Memento etiã do=
mine famulorum fa
mularũq; tuarum
N. & N. qui nos pre
cesserunt cum signo
fidei/ & dormiunt in
somno pacis: ipsis
domine et omnibus
in christo quiescenti
bus locum refrige=
rij lucis et pacis/ vt
indulgeas depreca=
mur, Per eũdẽ chri=
stum dominum no=
strum, Amen, Hic
percutiat pect⁹ suũ
semel/dicens,
Nobis quoq; pec=
catoribus famulis
tuis de multitudine
miserationum tua=

rū sperantibus partem aliquā et societatem donare digneris / cū tuis sanctis apostolis et martyribus cum Ioāne / Stephano / Mathia / Barnaba / Ignatio / Alexādro / Marcellino / Petro / Felicitate / Perpetua / Agatha / Lucia / Agnete / Cecilia Anastasia / et cum oībus sanctis tuis / intra quoꝝ nos consortiū nō estimator meriti: sed venie q̄sumꝰ largitor admitte. Per christum dominum nostrum.

Nō dicitur Amen.

Per quem hec omnia domine semp bona creas. Hic ter signet calicem / dicēs. sancti ✠ ficas viui ✠ ficas bene ✠ dicis et prestas nobis. Hic discooperiat calicē / et faciat signaculum crucis cū hostia quinquies. Primo vltra calicem ex vtraqꝫ parte. Scdo calici equale. Tertio īfra calicē Quarto sicut primo. Quinto ante calicem.

Per ✠ ipsum: et cū ✠ ipso: et in ✠ ipso: est tibi deo prī omnipo ✠ tenti: in vnita-

te spūs ✠ sancti: omnis honor et gloria. Hic cooperiat sacerdos calicē/ et teneat man⁹ suas super altare vsqꝫ dū dr̄ Pater noster, ita dicens

Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus. Preceptis salutaribus moniti, et diuina institutione formati audemus dicere.

Hic accipiat diaconus patenā/ eamqꝫ a dextris sacerdotis extēto brachio in altum vsqꝫ Da propicius, discoopertam teneat, Hic eleuet sacerdos man⁹ dicēs,

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.

Chor⁹ di. Sed libera nos a malo. Sacer. priuatim. Amē.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris: et intercedente beata et gloriosa/ semperque virgine dei genitrice maria/ et beatis apostolis tuis Petro et Paulo/ atque Andrea: cum omnibus sanctis.

Hic committat diaco. patenā sacer. deosculās manū ei⁹: et sacerdos deosculetur patenā: postea ponat ad sinistrū oculum deinde ad dextrū, postea faciat crucē cum patena vltra caput: et tūc reponat eam in locum suum, dicens,

Da ppitius pacem in dieb⁹ nostris: vt ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semper liberi: et ab omni perturbatione securi.


Hic discooperiat calicē, et sumat corpus cum inclinatione: transponens in concauitate calicis, retinēdo inter pollices et indices: et frangat in tres partes: prima fractio dum dicitur.

Per eundem dominum nostrū iesum christum filiū tuū.


Secunda fractio.

Qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Hic teneat duas fracturas in sinistra manu: et tertiam fracturam in dextera manu: in summitate calicis, ita dicens aperta voce.



Per omnia secula seculorum. Chorus respondeat. Amen. Hic faciat tres cruces infra calicē cum tertia parte hostie, dicens.



Pax dn̄i ✠ sit sē ✠ per vo ✠ biscū. Chorus respondeat. Et cum spiritu tuo. Ad Agnus dei. dicendum: accedant diaconus et subdiaconus ad sacerdotem vterque a dextris, diaconus propior, subdiaconus remotior, et dicant priuatim.

Agnus dei/ q̄ tollis peccata mundi:

misererenobis.
Agnus dei/q̇ tol-
lis peccata mundi:
misererenobis.
Agnus dei/q̇ tol-
lis peccata mundi:
dona nobis pacem.
In missis ꝓ defun-
ctis dicit̄ hoc modo.
Agnus dei/q̇ tol-
lis peccata mundi:
dona eis requiem.
cū hac additione: in
tertia repetitiōe sem
piternam. Hic cru-
ce signādo: deponat
dictam tertiam par
tem hostie in sacra-
mētum sanguinis/
dicens.
Hec sacro ✠ sācta
cōmixtio corporis ⁊
sanguinis dn̄i nr̄i ie
su christi/fiat michi
omnibusq̧ sumenti
bus sal⁹ mētis ⁊ cor
poris/et ad vitā eter
nā promerēdā/⁊ ca-
pescēdā ꝑparatio sa-
lutaris. Per eūdem
christū dn̄m nostrū.
Amē. Anteq̄ pax de
tur/dicat sacerdos
hanc orationem.
Dn̄e sctē pater om
nipotēs eterne de⁹:
da michi hoc sacro-
sanctū corp⁹ ⁊ sāgui
nē filij tui dn̄i nostri
iesu christi ita digne
sumere vt merear p
hoc remissionē oīm
pctōꝝ meorū accipe
et tuo sctō spū reple-

ri: ⁊ pacem tuam habere: q2 tu es deꝰ solus: ⁊ preter te nõ est alius / cuius regnũ et iperiũ gloriosum sine fine pmanet in secula seculoꝝ, amē.

Hic deosculet sacer. corporalia in dextera parte ⁊ sũmitatē calicis et postea diacono dicat Pax tibi et ecclesie dei. Responsio. Et cũ spũ tuo. Diaconus a dextris sacerdotis ab eo pacē recipiat: et subdia. porrigat. Deinde ad gradũ chori ipse diaco. pacē portet rectoribus chori: ⁊ ipsi pacē choro portēt vterqꝫ sue parti incipiēs a maioribus. In festis vero et fer. qñ chorus non regitur pax a diacono choro apportatur per duos extremos de. ij. forma: cetera sicut prius. Post pacē datam, dicat sacerdos orationes sequentes priuatim anteq̃ se cõmunicet: tenēdo hostiā duabus manibus.

Deus pater fons et origo totiꝰ bonitatis: qui ductus misericordia vnigenitũ tuũ ꝑ nobis ad infima mundi descendere et carnem sumere voluisti, quā ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet se sacerdos ad hostiam, dicens.

Te adoro, te glorifico, te tota mētis ac cordis intētione laudo, et ꝑcor: vt nos famulos tuos non deseras: sed pctā nr̃a dimittas quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore, seruire valeamus. Per eũdē xp̃m dñm nr̃m, Amē.

Domine iesu christe fili dei viui / q̃ ex volũtate patris cooperante spiritu sancto: per mortē tuam mũdum viuificasti: libera me queso per hoc sacrosanctũ corpus ⁊ hũc sanguinē tuũ a cũctis iniq̃tatibus meis: ⁊ ab vniuersis malis / et fac me tuis sēp obedire mãdatis / ⁊ a te nũq̃ in ppetuũ separari permittas saluator mundi. Qui cũ deo patre ⁊ eodē spũ sctõ viuis ⁊ regnas in secula seculoꝝ Amen.

Corporis ⁊ sãguinis tui domine iesu

christe sacramētum quod licet indign⁹ accipio nō sit michi iudicio ⁊ condemnationi: sed tua prosit pietate corporis mei ⁊ anime saluti, amē.

Ad corpus dicat cū humiliatiōe anteq̄ percipiat.

Aue in eternū sanctissima caro christi michi ante omnia ⁊ super oīa summa dulcedo. Corpus domini nostri iesu christi sit michi peccatori via et vita. In no✠mine patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti, amen.

Hic sumat corpus/ cruce prius facta cū ipō corpore ante os. Deinde ad sanguinem cum magna deuotione/ dicens.

Aue in eternum celestis potus michi ante omnia, et sup omnia summa dulcedo. Corpus et sanguis dn̄i nostri iesu christi, psint michi peccatori ad remedium sempiternum in vitam eternam. Amen.

Hic sumat sanguinem: quo sumpto inclinet se sacerdos/ et dicat hāc orationē.

Gratias tibi ago domine sācte pater omnipotens eterne de⁹: qui me refecisti de sacratissimo corpore ⁊ sanguine filij tui domini nostri iesu christi: ⁊ precor vt hoc sacramētum salutis nostre qd̄ sumpsi indignus pecca-

tor/nō veniat michi ad iudiciū/neq̄ ad condemnationē pro meritis meis: sed ad pfectū corporis mei et anime saluti in vitam eternam. Amē.

Qua dicta, eat sacerdos ad dextrum cornu altaris cū calice inter manus digitis adhuc cōiunctis sicut prius: et accedat subdiac. et effundat in calicem vinum et aquam: & resinceret sacerdos man⁹ suas ne alique reliquie corporis vel sanguinis remaneāt in digitis vel in calice. Cum vero aliqs sacerdos debet bis celebrare in vno die: tunc ad primam missam non debet percipere ablutionem vllam, sed ponere in sacrario vel in vase mundo vsq̄ in finem alterius misse: & tūc sumatur vtraq̄ ablutio. Post primā ablutionem dicitur hec oratio.

Quod ore sumpsimus domine/pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Hic lauet digitos in concauitate calicis cum vino infuso a subdiacono: quo hausto sequatur Oratio.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine: & celestis remedij faciat esse cōsortes.

Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem super patenā: vt si quid remaneat, stillet: et postea inclinando se dicat Adoremus crucis signaculū: per quod salutis sumpsimus sacramētum. Deinde lauet manus: diaconus interim corporalia complicet. Ablutis manibus, et redeunte sacerdote ad dextrum cornu altaris: diaconus calicem porrigat ori sacer. si quid infusionis in eo remanserit resumendum. Postea vero dicat cum suis ministris communionem, deinde facto signo crucis in facie vertat se sacerdos ad populum eleuatisq̄ aliquantulum brachijs, et iunctis manibus dicat Dominꝰ vobiscum. et iterum reuertens se ad altare dicat Oremꝰ. Deinde dicat post cōmunionem iuxta numerum et ordinem antedictarum orationū ante epistolam. Finita vltima postcōmunione, factoq̄ signo crucis in fronte: iterum vertat se sacerdos ad populum, et dicat Dominus vobiscum. Deinde diaconꝰ. Benedicamus domino. Alio vero tempore dicitur Ite missa est. Quotienscūq̄ enim dicitur Ite missa est. semper dicitur ad populum cōuertendo. Et cum dici debeat Benedicamus domino. vel Requiescant in pace. conuertendo ad altare dicitur. His dictis sacerdos inclinato corpore, iunctisq̄ manibus tacita voce corā altari in medio dicat hanc orationem.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee et presta vt hoc sacrificiū quod oculis tue maiestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile, michiq; et omnibus illis pro quib' illud obtuli, sit te miserāte propitiabile. Qui viuis. Qua finita, erigat se sacerdos, signās se in facie sua, dicens In nomine patris. &c. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse sic induti cum cerofer. et ceteris ministris redeant. Et stati post Deo gratias. incipiatur in choro hora nona quādo post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat euangelium In principio. Cum vero sacerdos exuerit casulam et alia indumenta sacerdotalia, dicat psalmos subscriptos, cum ān. Trium puerorū. ps. Benedicite sacerdotes. vsq; ad finem cantici. ps. Laudate dominum in sanctis eius. totus. ps. Nūc dimittis. cum Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicitur tota ān. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant in camino ignis benedicentes dominū. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Et ne nos inducas in tētationē. Sed libe.

Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula.

Benedicat et custodiat nos trinitas sancta. Amen.

Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dñs vobiscum. Et cū spiritu tuo. Oro.

Deus qui trib' pueris mitigasti flāmas ignium cōcede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. Per christū. Oro.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum dñe: vt tibi casto corpore seruiamus, et mundo corde placeamus. Oratio.

Actiones nostras quesum' domine aspirando preueni et adiuuādo prosequere: vt cuncta nr̄a operatio et a te semper incipiat, et per te cepta finiatur. Et finiātur he tres orationes sic Per christum dominū nostrum. Amen. Et sciendū est q; in omni missa quando de feria dicitur, fiat prostratio a toto choro statim post Sanctus vsq; Pax domini. per totū annū, nisi a pascha vsq; Deus omn. ¶ Notandum est q; a Domine ne in ira. vsq; ad cenam domini: et a Deus omnium. vsq; ad vigiliam natiuitatis domini dicuntur iste p̄ces sequentes ad missam tantum in ferijs et fes. iij. lec. sine regimine cho. et in octa. et infra quādo chorus non regitur. Et dicūtur post Per omnia secula seculorum. et Pater noster. inter Per omnia secula seculorum et Pax domini. sacerdote sic dicente. Per omnia secula seculorum. Et choro respondēte. Amen. Statim incipiat chorus p̄ces in prostratione hoc modo. Psalmus

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerūt templum sanctum tuum, posuerunt hierusalem in pomorum custodiam.

Posuerūt morticina seruorum tuorū escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre.

Effuderūt sanguinem eorum, tanq̄ aquam in circuitu hierusalem: et nō erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his q̄ in circuitu nostro sunt.

Usquequo dn̄e irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus.

Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt iacob: et locum eius desolauerunt.

Ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos de⁹ salutaris noster, et propter gloriā nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, vbi est deus eorum: & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secūdum magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperiū ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine.

Nos autem populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi in scl̄m.

In generatione et generationem annunciabimus laudem tuam.

Gloria patri.

ps. Deus misereatur nostri et bn̄dicat nobis: illuminet vultū suum super nos, et misereatur nr̄i.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes, quoniā iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus: confiteātur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus: et metuant eū omnes fines terre.

Gloria patri et filio.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuū exultabit vehementer. ps.xx.

Desideriū cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso.

Uitam petijt a te et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, et in seculum seculi.

Magnā est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnū decorem impones super eum.

Quoniā dabis eum in benedictionem in seculū seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi nō commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanū ignis in tempore vult⁹ tui: domin⁹ in ira sua conturbabit eos, et deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filijs hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que nō potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum in reliquijs tuis preparabis vultū eorū.

Exaltare dn̄e in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Gloria patri. Tua est potentia, tuū regnum domine, tu es super omnes gentes: da pacē domine in diebus nostris. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et hec omnia sine nota dicuntur tam a clericis in choro, q̄ a sacerdote cum suis ministris. Deinde dicat sacerdos cum nota. Et ne nos. Sed libe.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius. Et fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Non nobis domine non nobis. Sed nomini tuo da gloriam.

Oremus pro afflictis et captiuis. Libera deus israel ex oībus tribulationibus eorū.

Mitte eis domine auxiliū de sancto. Et de sion tuere eos.

Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici.

Domine saluum fac regē. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus qui admirabili prouidētia cuncta disponis te suppliciter exoramus, vt terrā quā vnigenitus filius tuus ppzio sanguine cōsecrauit, de manib⁹ inimicorꝫ crucis christi eripiēs, restituas cultui christiano vota fideliū ad eius liberationem instantiū: misericorditer dirigēdo in viam pacis eterne. Per christū dominum nostrum. Amen. Oratio.

Rege q̄s dn̄e famulū tuum pontificem nostrū: et intercedente beata dei genitrice semperq̧ virgine maria: cū omnibus sanctis tuis gratie tue dona in eo multiplica: vt ab omnibus liberet̄ offensis, ꝫ tēporalibus nō destituatur auxilijs, et sempiternis gaudijs institutis. Oratio.

Da q̄sumus omnipotēs deus, famulo tuo regi nostro salutem mentis ꝫ corporis: vt bonis operibus inherendo tue semper virtutis mereatur ꝓtectione defendi. Per eundem christum dominū nostrum. Amen. Sequatur Pax domini sit semper vobiscum.

In fine misse dicitur vnus istorū cantuum pro dispositione cantoris.



Benedica mus domino.




Benedica mus domino.




Benedi ca mus domino.



Bene dica mus domino.




Be nedica mus domino.



Bene di ca mus do



mi no.




Benedica mus



do mi no.








In fes. iij. lec. dicitur vnus istorum cantuum quandocunque dicitur in fine misse.












¶ In vigiliā pasche et pētecostes dicitur hic cantus.




¶ Notādū est q̄ qñcūq; cantus istorum sequētium dicitur super Kyrie eleison. idem etiam cantus sequatur super Ite missa est. p dispositione diaconi.































¶In omnibus ferijs per annum, et in vigilijs quatuor temporum exceptis vigilijs pasche et pentecostes, et in hebdo. pẽtecostes dicatur, et in missa Salus populi. de cruce, et in omnibus festis trium lectionũ sine Te deum laudamus. in quibus dicitur nocturnus: dicatur hic cantus.



¶In omnibus missis pro defunctis dicitur hic cantus.



¶Finis.



¶Incipit proprium festiuitatū sanctorum et sanctarum, ad consuetudinem ecclesie Sarisburiensis.

¶Et primo in vigilia sancti andree apostoli. Ad missam. Officium.



Dominus secus mare galilee vidit duos fratres petrū et andreā, et vocauit eos: venite post me, faciam vos fieri piscatores hoīm. ps.

Celi enarrāt gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Quesumus omnipotens deus: vt beatus andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per.

Memoria fiat de martyribus saturnino atqz sisinnio, si ante aduētum hec vigilia cōtigerit: si infra nequaqꝫ. Oratio.

Deus qui nos beatorꝫ martyrꝫ tuorū saturnini atqz sisinnij cōcedis natalitijs pfrui: eorū nos tribue meritis adiuuari. p. Epla. Bñdictio dñi. vt i cōi. f. j. Gr. Nimis honorati sūt amici tui de9: nimis cōfortat9 est principat9 eorū. V. Dinumerabo eos: et super arenā multiplicabūtur. Si hec vigil. i do. euen. dr seqns Alla. V. In oēm terrā exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorū. Et dicat missa i caplo. Et hoc in oibus missis pprijs de vigi. q i dñica contingunt, obseruetur: nisi in vigil. natiuitatis domini tantum. Psalm9 xxxviij. ps. xviij

Secundum Joannem.



In illo tempore. Stabat ioannes: et ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantem: dixit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: et secuti sunt iesum. Conuersus autem iesus: et videns eos sequentes se: dixit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei, Rabbi: quod dicitur interpretatum magister. Ubi habitas? Dixit eis. Uenite et videte. Uenerunt et viderunt vbi maneret: et apud illum manserunt die illo. Hora enim erat quasi decima. Erat autem andreas frater simonis petri, vnus ex duobus qui audierant a ioanne: et secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum simonem: et dixit ei. Inuenimus messiā qd est interpretatū christus. Et adduxit eū ad iesum. Intuitus autem eum iesus: dixit. Tu es simō filius ioāna: tu vocabe- Jo i. E.

ris cephas, qd interpretatur petrus. In crastinum autem voluit exire in galileam: et inuenit philippũ. Et dixit ei iesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida ciuitate andree & petri. Inuenit philipp⁹ nathanael: & dixit ei. Quẽ scripsit moyses in lege, & prophete: inuenimus iesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliqd boni esse? Dixit ei philippus. Ueni et vide. Uidit iesus nathanael venientem ad se: et dixit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus nõ est. Dixit ei nathanael. Unde me nosti? Respõdit iesus & dixit ei. Priusq̃ te philipp⁹ vocaret cum esses sub ficu: vidi te. Respondit ei nathanael: & ait. Rabbi, tu es filius dei: tu es rex israel. Respondit iesus: & dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dixit eis. Amen amen dico vobis: videbitis celum apertum & angelos dei ascendentes & descendẽtes

Ps. viij. supra filium hominis. Offr. Gloria et honore coronasti eum: & constituisti eũ super opera manuum tuarum dñe. Secreta.

SAcrandũ tibi domine mun⁹ offerimus: quo beati andree apostoli tui solẽnia ieiunijs & deuotis officijs recolentes, purificationẽ quoq; nostris mentibus imploram⁹ Per dominum. Alia secreta.

OBlatum tibi dñe munus p beatorum martyrum tuorũ saturnini atq; sisinnij passione, propitius assume: quod eorũ intercessiõe maiestati tue fiat acceptũ. p. Prefa. quotidiana.

Jo. i. f. Cõio. Dixit andreas simoni fratri suo: inuenimus messiam qui dicitur christ⁹: & adduxit eum ad iesum. Postcõio.

PErceptis salutaribus sacramentis humiliter te dñe deprecamur: vt intercedẽte beato andrea apſlo tuo, que pro illius venerãda egimus solennitate: nobis proficiant ad salutem. Per do. Alia postcõio.

UT hec communio nos domine tua visitatione dignos efficiat, beati saturnini martyris tui sociorũq; eius pia (q̃s) intercessio semper imploret. Per dominum.

In die sancti andree. Officium.



Michi autẽ nimis honorati sũt amici tui de⁹: nimis cõfortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã & resurrectionẽ meam. Gloria patri. Sicut erat. Si extra aduentum cõtigerit: dicitur Gloria in excelsis. Si vero infra, nõ dicitur: sed post or. scz Maiestatem fiat memoria de aduentu & de sãcta maria. Et hoc in omnibus festis sanctorũ que infra aduentum contigerint, obseruetur. Orõ.

MAiestatem tuam domine suppliciter exoramus, vt sicut ecclesie tue beat⁹ andreas apostol⁹ extitit predicator & rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dominũ. Ad Romanos.

FRatres. Corde creditur ad iustitiã: ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura. Oĩs q credit in illũ: nõ confundet. Non enim est distinctio iudei & greci. Nam idem dñs omnium: diues in oẽs qui inuocãt illũ. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ dñi: salu⁹ erit. Quomodo ergo inuocabũt in quẽ nõ crediderunt? Aut quomodo credẽt ei quem non audierunt? Quomodo autẽ audient sine predicante? Quomodo vero predicabũt nisi mittantur? Sicut

scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Esaias enim dicit. Dne, qs credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autē per verbum christi. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidē in oēm terram exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorū. Gr. Cōstitues eos principes super oēm terrā: memores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣ Dilexit andream dominus: in odorē suauitatis. Sequentia.

Sacrosancta hodierne festiuitatis preconia. Digna laude vniuersa cathegorizet ecclesia. Mitissimi sanctorum sanctissima, extollendo merita. Apostoli andree, admiranda prefulgentis gratia. Hic accepto a ioanne baptista. Qd venisset q tolleret peccata. Vox eius intrans habitacula: audiebat eloquia. Inuē toqꝫ fratre suo bariona. Inuenimus ait ouans messiam. Et duxit eum ad dulciflua saluatoris presentiā. Hunc perscrutantem maria, christi vocauit clementia. Artem piscandi commutās dignitate apostolica. Huius animam post clara festi paschalis tēpora. Sancti spiritus preclara perlustrauit potentia. Ad predicandū populis penitentiam. Et dei patris per filium clementiam. Gratulare ergo tanto patre achaia. Illustrata eius salutari doctrina. Honorata multimoda signorum frequētia. Et tu gemēs plora trux carnifex egea. Te lues iferna, et mors tenet eterna. Et andream felicia p crucem manēt gaudia. Iam regem tuum spectas: iam adoras, iam in eius cōspectu andrea stas. Odorem suauitatis iam aspiras: quē diuini amoris aromata dāt Sis ergo nob indyta. Dulcedo spirans intima. Celestis vite balsama.

¶ Sciendum est ꝙ in omnibus fest. nouem lectionum vel trium cum regimine chori dicatur sequen. ad mis. extra. lxx. vsqꝫ ad pascha: nisi in fest. plurimorū confessorum ⁊ in festo sancti michaelis in monte tumba. In octa. vero ⁊ infra, siue fuerint cū regi. chori siue non: sequentia ad missam non dicitur nisi per octa. ⁊ in oc. visi. assump. ⁊ nati. beate marie: ⁊ in do. infra oct. ⁊ in octa. dedicatiōis eccl'ie: ⁊ in octa. apostolorum petri ⁊ pauli.

Secundum Mattheum.



In illo tempore. Ambulans iesus iuxta mare galilee: vidit duos fr̄es: simonē q vocat petrꝰ ⁊ andreā fratrē eiꝰ mittētes rete in mare. Erāt eni piscatores. Et ait illis. Venite post me: ⁊ faciā vos fieri piscatores hominū. At illi continuo relictis retibus: secuti sunt eū. Et procedens inde vidit alios duos fratres, iacobū zebedei ⁊ ioannē fratrē eius, in naui cum zebedeo patre eorū reficiētes retia sua: ⁊ vocauit eos. Illi aūt statim relictis retibus ⁊ patre, secuti sūt eū. iiii. C

Credo. Offer. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Psalmꝰ cxxxviii

Secreta.

Sacrificium nostrū tibi domine quesumus beati andree p=

catio sancta conciliet: vt cuius hono re solenniter exhibetur: eius meritis efficiatur acceptum. Per dominum. Prefatio. Et te dñe. Hec prefatio dr̄ i omnibus festis apostolorū ꝛ euāgelistarū: ꝛ p octa. apłorū petri et pauli, atqꝫ andree: preterq̄ in festo sancti iohannis apostoli in hebdom. natiuitatis dñi: in octa. vero eiusdem dicetur, ꝛ in fest. eiusdē in paschali tempore.

Matth. iiii. C Cōio. Uenite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi relictis retibus et naui secuti sunt dominum. Postcōio.

Sumpsimus dñe diuina mysteria beati andree festiuitate letantes: que sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis quesumus ad veniā prodesse perficias. Per dominum.

¶ Per octa. dicitur missa de sancto andrea sicut in prima die: sed sine sequentia, et Credo et nisi missa Salus populi, restet cantanda: et nisi in sabbatis quando fit plenum seruitium de sancta maria: ꝛ nisi infra aduentum. Infra aduentū vero nichil fiet de eo, preter memo. vsqꝫ ad octauum diem: tunc enim de eo totum fiat seruitium: nisi in sabba. vel in dominica contigerit: ꝛ tunc dicitur missa de octa. in capit. Quando vero festum sancti andree a dominica differtur i secundam feriam: tunc in sequēti dominica dicatur missa de octa. in capitulo cū vna oratione. Similiter quādo festum sancti nicolai a dominica differtur in secundam feriam: tūc in ipsa secunda feria missa de octa. dicitur in capitulo similiter cum vna oratione. Eodem modo vna oratio tantum dicitur ad missam que dicitur in capitulo in octa. sancti laurētij: atqꝫ ad missam de sancta sabina.

¶ Sancti osmundi epi ꝛ confessoris. Ad missam. Officium.

Statuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio. — Eccli. xlv. C — Psalm. lxxxviii.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos beati osmundi confessoris tui atqꝫ pontificis hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoramus clementiam, vt cuius solennia deuotis officijs veneramur: eius pijs suffragijs eterne vite remedia cōsequamur. Per. Epła. Ecce sacerdos magnus q in diebus suis. in cōi. fo. x. Gr. Jurauit dominus ꝛ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. V. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alla. V. Justus germinabit sicut lilium, et florebit in eternum ante dñm. Sequētia. Adest nobis. in cōi. fo. xi. Euangeliū. Homo quidā peregre. vt in cōi. folio. xi. Offertorium. Jnueni dauid seruū meū, ꝛ in oleo sācto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secre. — Ps. cix. — Psalm. lxxxviii.

Propitiare dñe q̄s supplicationibus nostris: ꝛ intercedēte p nobis btō osmūdo cōfessore tuo atqꝫ pōtifice: his sacramētis celestibus seruiētes ab omni culpa liberos esse cōcede: vt purificante nos gratia tua, iisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per. Cōio. Domine quinqꝫ talenta tradidisti michi, ecce alia quinqꝫ superlucratus sum, euge serue fidelis, qꝛ in pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituam, intra in gaudium domini tui. Postcōio. — Matth. xxv.

Presta q̄s dñe deus nr̄: vt diuinis mysterijs expiati (intercedēte btō osmūdo cōfessore tuo atqꝫ pōtifice) ad sumpti plenitudinē sacramēti cuius libauimus sācta tendamus. Per.

¶ Sancti nicolai episcopi ꝛ confessoris. Ad missam. Officium.


Tatuit ei dn̄s testamentū pacis, & prīcipem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Ps. Misericordias dn̄i: in eternum cantabo. Oratio

Deus q̄ beatū nicolaū pōtificē tuū innumeris decorasti miraculis: tribue nobis q̄s vt ei⁹ meritis & p̄cib⁹, a gehēne incēdijs liberemur. Per. Ep̄la. Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis. in cōi. fo. x. Gr. Dn̄e p̄uenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide p̄cioso. V. Uitam petijt: & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. V. Justus germinabit sicut lilium: & florebit in eternum ante dominum. Sequentia.

Congaudentes exultemus vocali concordia. Ad beati nicolai festiua solennia. Qui in cunis adhuc iacēs seruādo ieiunia. Ad papillas cepit summa promereri gaudia. Adolescēs amplexat̄ literarū studia. Alien⁹ & immunis ab oī lasciuia. Felix cōfessor cuius fuit dignitatis vox de celo nūcia. Per quā p̄uectus p̄sulat⁹ sublimat̄ ad sūma fastigia. Erat in eius animo pietas eximia: & oppressis impendebat multa beneficia. Auro per eū virginū tollit̄ infamia: atq̄ patris earundē leuatur inopia. Quidam naute nauigātes & contra fluctuum seuitiam luctantes, nauí pene dissoluta. Jam de vita desperātes in tāto positi periculo: clamātes voce dicūt oēs vna. O beate nicolae nos ad maris portum trahe de mortis angustia. Trahe nos ad portum maris: tu qui tot auxiliaris pietatis gratia. Dum clamarēt nec incassū: ecce quidam dicens assum ad vestra presidia. Statim aura datur grata: & tempestas fit sedata, quieuerunt maria. Ex ipsius tumba manat: vnctionis copia. Que infirmos omnes sanat: per ei⁹ suffragia. Nos qui sumus in hoc mundo: vitiorum in profundo iam passi naufragia. Gloriose nicolae: ad salutis portum trahe, vbi pax & gloria. Ipsam nobis vnctionē impetres a dn̄o p̄ce pia. Qua sanauit lesionem multorū peccaminū in maria. Huius festum celebrantes gaudeant per secula. Et coronet eos christus: post vite curricula. Euāgeliū. Homo quidā peregre proficiscens. in cōi. fol. xi. Off. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Psalm⁹ lxxxviij.

Anctifica q̄s dn̄e hec munera: q̄ in veneratione s̄cti pōtificis tui nicolai offerim⁹: vt p ea vita nr̄a inter aduersa vbiq̄ dirigat̄ & p̄spera Per. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilātē: amē dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōio. Matth xxiiii D

Acrificia que sumpsimus dn̄e pro solennitate sancti pontificis tui nicolai: sempiterna quesum⁹ nos protectione confirment. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ In oct. sancti andree apostoli. Ad missam. Officium.


Ichi autē nimis honorati sūt amici tui de⁹: nimis cōfortatus est p̄ricipatus eorum. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meam. Gloria patri. Sicut erat. Oratio. Psalm⁹ cxxxviii

Protegat nos q̄s domine sepius beati andree apostoli tui repetita solēnitas: vt cuius patroci-

nia pia deuotione recolimus, perpe-
tuā defensionē sentiamus. Per dñz.
Epl'a. Fratres. Corde creditur ad iu
Psalm. cxxxviii stitiam. vt in die. fo. i. Gr. Nimis hono
rati sunt amici tui deus: nimis confortatus
est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos:
& super arenam multiplicabuntur, Alla.
℣. Dilexit andream dominus in odorē sua-
uitatis. ¶ Sequentia sancti euāgelij
secundum Marcum.



i. B I N illo tempore. Postq̄ tradi-
tus est ioānes: venit iesus i ga
lileam, predicans euangelium regni
dei: dicens. Quoniā impletū est tem
pus, & appropinquabit regnum dei:
penitemini et credite euangelio. Et
preteriens secus mare galilee: vidit
simonem et andreā fratrē eius, mit-
tentes retia in mare. Erant enim pi
scatores. Et dixit eis ies9. Venite post
me: et faciam vos fieri piscatores ho
minum. Et protinus relictis retibus
ps. xviij secuti sunt eum. Offer. In omnem ter-
ram exiuit sonus eorum: et in fines orbis ter
re verba eorum. Secreta.
I Ndulgētiā nobis prebeāt hec
munera q̄s dñe largiorē: q̄ bti
andree ap'li tui suffragiis offerūt. p.
Matth. iiii. D Prefa. Et te do. Cōio. Venite post me, fa
ciā vos fieri piscatores hoīz: at illi relictis re
tibus & naui secuti sunt dñm. Postcōio.
P Rebeat nobis dñe q̄s beatus
andreas apostolus optatum
presidium: quo salutare nobis sum-
ptū proficiat sacramentū. Per dñm.



¶ In conceptione beate marie virgi
nis. Ad missam. Officium.
G Audeamus oēs
in domino: diem
festū celebrantes
sub honore ma-
rie virginis, de cu
ius conceptione
gaudent angeli,
et collaudāt filiū
dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonū:
dico ego opera mea regi. Gloria patri. Nō
dicitur Gloria in excelsis. Oratio.
S Upplicationem seruorū tuorū
deus miserator exaudi: vt qui
in conceptione dei genitricis & vir-
ginis congregamur: eius intercessio
nibus a te de instantibus periculis e-
ruamur. Per eundem dominum no.
Lectio libri sapientie.
E Go quasi vit9 fructificaui sua
uitatē odoris: & flores mei fru-
ctus honoris & honestatis. Ego mat
pulchre dilectionis & timoris: & ma-
gnitudinis: & sancte spei. In me oīs

gratia vie & veritatis: in me oīs spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Spūs em̄ meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea: in generatione seculorum. Qui edunt me adhuc esuriēt: & qui bibūt me adhuc sitient. Qui audit me non confundetur: et q̄ operant̄ in me non peccabunt. Et qui elucidant me, vitā eternam habebunt. Gr. Audi filia & vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. V. Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Alla. V. Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe, orta de tribu iuda, clara ex stirpe dauid. Sequentia.

Dies iste celebretur: in quo pie recensetur marie conceptio. Uirgo mater generatur: concipitur & creatur recta vena venie. Ade vetus exilium: & ioachim opprobrium hinc habent remedia. Hoc prophete preuiderunt: patriarche presenserūt inspirante gratia. Uirgo florē concептura: stella solem paritura, hodie cōcipitur. Flos de virga processurus: sol de stella nasciturus, christus intelligitur. O q̄ felix & preclara: nobis grata deo chara, fuit hec conceptio. Terminatur miseria: datur mīa, luctus cedit gaudio. Noua mater nouam prolem: noua stella nouum solem, noua pfert gratia. Genitorem genitura: creatorem creatura: patrē parit filia. O mirandā nouitatē: nouā quoq̄ dignitatē, ditat matris castitatē, filii cōceptio. Gaude vgo gratiosa: virga flore speciosa: mater prole generosa, plene plena gaudio. Q̄d precessit in figura nube latet sub obscura: hoc declarat genitura semel matris, virgo pura, pariendi vertat

Sar.

tura, sua mirante natura: deitatis pluuia. Triste fuit in eua ve: sed ex eua formans aue: versa vice, sed non praue: int⁹ zelās in cōclaue: verbum bonū & suaue: nobis mater virgo faue tua frui gr̄a. Oīs homo sine mora: laude plena soluēs ora, istā colas ipsā ora: oi die omni hora. Sit mens supplex vox sonora: sit supplica sic iplora huius patrocinia. Tu spes certa miserorum: vere mater orphanorū: tu leuamē oppressor: medicamen infirmorū oībus es oīa. Te rogam⁹ voto pari: laude digna singulari: vt errantes in hoc mari nos in portu salutari tua sistat gratia.

Initium sancti euangelij secundum Mattheum.





Liber generationis iesu christi filii dauid, filii abraham. Abrahā genuit isaac. Isaac autem genuit iacob: iacob autē genuit iudā et fratres eius. Judas autem genuit phares & zarā de thamar. Phares autē genuit esrom: esrom autem genuit aram: aram aūt genuit aminadab. Aminadab autē genuit naasson: naasō aūt genuit salmō: salmō autē genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse: iesse autē genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem: ex ea que fuit vrie,

Salomõ autem genuit roboam: roboam autem genuit abiam: abia autem genuit aza. Aza autem genuit iosaphat: iosaphat autem genuit ioram: ioram autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioathan: ioathã autem genuit achaz: achaz autẽ genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manassem: manasses autem genuit amon: amon autem genuit iosiam. Josias autem genuit iechoniã ⁊ fratres eius: in trãsmigratione babylonis. Et post transmigrationem babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel: zorobabel autẽ genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim: eliachim autem genuit azor: azor autem genuit sadoch. Sadoch autẽ genuit achim: achim autem genuit eliud: eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathã: mathan autẽ genuit iacob: iacob autem genuit ioseph virum marie. De qua natus est iesus: q̄ vocat christ9. Credo. Offer.

ps. xliiii Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum ⁊ in seculũ seculi. Secreta.

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine integritatem matris non minuit sed sacrauit, in cõceptionis eius solennijs a nostris nos piaculis exuens, oblationem nostrã sibimet faciat esse acceptã iesus christus dominus noster. Qui tecum. Prefatio. Et te in conceptione. Cõio.

Eccl'ia. Uera fides geniti purgauit crimina mũdi: ⁊ tibi virginitas inuiolata manet. Postcõ.

Sumpsimus domine celebritatis annue votiua sacramẽta: presta quesumus vt intercedente beata maria semper virgine, ⁊ tẽporalis vite nobis remedia prebeant ⁊ eterne. Per. Non dicitur Jte missa est.

Sãcte lucie virginis ⁊ martyris.

Ad missam. Officium.



Dilexisti iustitiã ⁊ odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre cõsortibus tuis. ps. xliiii Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate lucie virginis ⁊ martyris tue festiuitate gaudem9: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominũ. Epistola. Dñe deus meus in communi. fo. xv. Gr. Dilexisti iustitiam ⁊ odisti iniquitatem. V. Ibidem Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. V. Emulor enim vos dei emulatione: despondi enim vos vni viro virginem ii. co. castam exhibere christo. Sequen. Exultemus in hac die. vt in cõi. folio. xvi. Euangel. Simile est regnum celorũ thesauro. in cõi. fo. xv. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. ps. Secreta.

Grataunter dñe quesumus munera dicanda intuere: que nomini tuo pro solennitate sancte lucie virginis ⁊ martyris tue suppliciter immolamus. Per dominum. Cõio. Diffusa est gratia in labijs tuis, ppterea bñdixit te deus in eternum. Postcõio. Ibidem

Sancte lucie virginis ⁊ martyris tue nos dñe quesumus precatio tibi grata conciliet: vt per hec sancta que sumpsimus, salutaria sẽtiamus. Per dominum nostrum.

In vigilia sancti thome apli: q̄re oĩa in vigilia vnius apli. in cõi. fol. j. Si hec vigilia in dñica: vel in. iiij. fe. vel in. vj. fer. vel in sabbato quatuor

tempor͡ū euēit. nichil ad missam fiat de vigil. preter memoriā: sed in quacunqꝫ alia fer. contigerit: de eadem vigilia dicatur missa.

¶ In die sancti thome apli. Offm.

Michi autē nimis honorati sūt amici tui de⁹: nimis cōfortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā ⁊ resurrectionē meam. Oratio.

Da nobis quesumus dn̄e beati thome apostoli tui ita solennitatibus gloriari: vt eius semper ⁊ patrociniis subleuemur, ⁊ fidē cōgrua deuotione sectemur. Per dominum.

Ep̄la. Jam nō estis. vt in cōi. f. i. Gr.

Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ super arenam multiplicabuntur. Alla. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorū.

Sequentia. Clare sanctorum. in cōi. fo. ii. Secundum Joannem



In illo tempore. Thomas vn⁹ ex duodecim qui dicitur didymus: non erat cum eis quādo venit iesus. Dixerūt ergo ei alii discipuli. Uidimus dominū. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, ⁊ mittā digitum meum in locum clauorum, ⁊ mittam manum meam in latus eius: nō credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: ⁊ thomas cum eis. Uenit iesus ianuis clausis: ⁊ stetit in medio, et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuū huc, ⁊ vide manus meas, ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Domin⁹ meus: et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma, credidisti: beati qui non viderunt: ⁊ crediderūt.

Credo. Offerto. Constitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui in omni progenie ⁊ generatione. Ps. xliiii

Secreta.

Debitum domine nostre reddimus seruitutis suppliciter exorantes: vt suffragiis beati thome apostoli tui in nobis tua munera tuearis: cuius honorando confessionem laudis tibi hostias immolam⁹. Per.

Prefatio. Et te domine. Cōmunio.

Mitte manum tuam ⁊ cognosce loca clauorum alla: et noli esse incredulus sed fidelis: alleluia alleluia. Joā. xx. Postcōmunio.

Prosit plebi tue misericors de⁹ diuini perceptio sacramenti, et intercessio beati thome apostoli tui: vt saluationem mentis et corporis ⁊ incessabiliter expetat, et affluenter accipiat. Per dominum nostrū.

¶ Sācti felicis episcopi et martyris. Officium.



Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Gloria patri. Gloria in excelsis. Et dicitur in omni festo sanctorum extra aduētū: Daniel. iii. D

& a septuagesima usq ad pascha: preterq in festo sancte petronille virginis: cum post octa. sancte trinitatis & corporis christi euenerit: & in festo sancti bertini abbatis: et sancte tecle virginis: & sancti romani episcopi & confessoris, in quib9 dr nocturnus. Oro.

Concede quesumus omnipotens deus vt ad meliorem vitam sancti felicis martyris tui atq pontificis exempla nos prouocent: quatenus cuius solennia celebram9, etiam actus imitemur. Per dominu

Epla. Testificor in cõi. fo. iiij. Grad.

ps. cix Jurauit dominus & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. V9. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alla. V9. Inueni da-

Psalm9 lxxxviij. uid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eu.

Euangelium. Qui vos audit me audit. vt in cõi. fo. v. Offer Gloria & hono-

ps. xx re coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Hostias tibi domine beati felicis martyris tui atq pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum.

Ibidem Cõio Posuisti dñe in capite eius: coronam de lapide precioso. Postcommunio.

Tua sancta sumentes domine suppliciter deprecamur: vt beati felicis martyris tui atq põtificis, cuius celebramus solennitatem: sentiamus protectionem. Per dominu.

¶ Sciendum est q si aliquod festum trium lect. vel octa. sine regi. cho. ab octa. epi. vsq ad quadragesimam: et ab octa. pasche vsq ad proximã do. ante ascensionẽ dñi: & rursum ab inceptione Deus omnium, vsq ad aduentum domini in sabbato contigerit: vel per totius anni spaciu in dominicis siue in ieiuniis quatuor temporum vel in vigilia euenerit: nichil fiat ad missam de sanctis nisi tantu memo. nisi quãdo dr missa de aliquo sancto vel octa. in caplo vnde aliquid proprium habetur: & tunc non dr ad missam de die de eis memo. In sabb. enim solet fieri totum seruitium de sancta maria: nisi fest. ix. lect. vel triu cum propriis Vesp. vel laud. vel vigi. vel ieiun. iiij. temporum, vel oc. cum regimine chori impedierint: tunc eni fiat in aliqua feria ipsius hebdo. In dñicis autẽ diebus missa dñicalis cãtatur: nisi interim fest. vel octa. cum regi. chori impediant. tamẽ si in ipsa dominica noua historia inchoanda fuerit: festum si simplex fuerit differatur, et missa de dominica dicatur: nisi sit festum transla. sancti edmundi episcopi, vel. s. barnabe aplı, vel sancti petri ad vincula, vel decolla. sancti ioan. bapti. vel aliquod tale festu ix. lec. quod in crastino non sequatur aliud fes. ix. lec. & si histo. nõ fuerit duratura nisi p vnã hebd. & i ipsa hebd. tot fes. nõ vacauerint in quibus possit historia percãtari: festum differatur: & missa de dñica dicat. ¶ In vigiliis vero & quatuor tempori9 semper dicatur missa de ieiunio: cum moderatione tamen que est supra in vigilia sancti andree. Quod si festum nouem lec. ibi euenerit: missa de festo post tertiam dicatur: missa vero de ieiunio post sextam: vtraq ad principale altare: ita tamen q diaconus & subdiaco. sint albis cum amictibus induti: absq tunicis vel casulis ad illam missam. scz de ieiunio: vtãtur etiam clerici in cho. cappis nigris: et fiat prostratio post Sanctus, more solito. & dicantur preces feriales. licz duplex festu fuerit ipso die. Excipiuntur tamen quedam festiuitates triu

lect. scilicet sanctorum ioannis & pauli, hippolyti sociorumque eius, bricij epi, & vndecim milium virginum: secundum antiquum ordinale: que si in sabba. contigerint: missa de eis dicatur & missa de commemoratione beate marie in aliqua fer. ipsius hebd. celebretur. Si vero quedam istarum festiuitatum (vt est sanctorum ioannis & pauli: hippolyti: et sancti bricij) in dnica euenerit, magna missa de festis dicet & missa dominicalis in capi. nisi forte (vt supra dictum est) noua historia in ipsa dnica inchoanda fuerit: tunc enim missa de dnica dicet: & hmoi festa in crastinum differentur.

¶ Scti mauri abba. & confess. Offin.



Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo dni: in atrijs domus dei nostri. ps. Bonum est confiteri dno: & psallere noi tuo altissime. Oro.

Deus qui eterne glorie participem beatum maurum leuitam atque abbatem fieri concessisti: concede nobis propitius ipso intercedente aditum regni celestis: cuius ad bene viuendum informamur exemplis. Per dominum. Epistola. Iustus cor suum. in coi. fo. xiij. Grad. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius. Alla. vs. Amauit eum dominus & ornauit eum, stola glorie induit eum. Euange. Nemo accendit. vt in coi. fo. xiij. Offert orum Desiderium anime eius tribuisti ei domine, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, posuisti in capite eius coronam de lapide pcioso. Secreta.

Ecclesie tue domine munera propitiatus sanctifica: & concede vt per hec veneranda commercia (intercedente beato mauro confessore tuo atque abbate) pane celesti refici mereamur. Per. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Postco. Ibidem

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedente beato mauro confessore tuo atque abbate: & tua in nobis dona multiplices: & tempora nostra disponas. Per dominum. ¶ Sancti marcelli pape & martyris. Officium.



Statuit ei domin⁹ testamentum pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias domini, in eternum cantabo. Oratio. ec. xlv. b Psalm. lxxxviij

Preces populi tui quesum⁹ domine clementer exaudi: vt beati marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur: cuius passione letamur. Per dominum. Episto. Omnis pontifex. in coi. fol. v. Grad. Inueni dauid seruum meum, oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit eum. Alla. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Euangel. Vigilate quia nescitis. in communi. fo. xij. Offer. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso, et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Ibidem Ibidem

Ut nostre saluti munera oblata proficiant: sancti marcelli martyris tui atque pontificis domine qs obtineat intercessio salutaris. p. Coio. Dne quinque talenta tradidisti michi, ecce alia quinque superlucrat⁹ sum: euge serue fidelis, qz in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium dni tui. Postcoio. Matth. xxv. B.

Presta quesumus domine vt sacramenti tui participatiõe vegetati: sancti quoqʒ marcelli martyris tui atqʒ pontificis precibus adiuuemur. Per dominum. ¶ Sancti sulpitij episcopi ꝛ confesso. Officium

Dan. iij. D.



Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula. Oro.

Da quesumus omps deus vt q̃ beati sulpitij confessoris tui atqʒ pontificis depositionẽ colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dñm. Epła. Iustum deduxit. in cõi. fol. xiij. Gr. Ecce sacerdos
Eccli xliiii. C. magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alla. V. Posui adiutorium super potentem, ꝛ exaltaui electum de plebe mea. Euange. Homo quidã peregre.
Psalm⁹ lxxxviii in cõi. fo. xj. Offer. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eũ, manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meum confortabit eum. Secreta.

Supplicationibus nostris tibi domine grata pariter existat oblatio: quam pro sancti sulpitij cõfessoris tui atqʒ põtificis commemoratione deferimus: atqʒ indulgentiã nobis ei⁹ suffragijs largiaris. Per.
Matth xxiiii. D Cõio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

Prestent nobis domine tua sancta presidium: que interuẽtionibus beati sulpitij confessoris tui atqʒ pontificis ꝛ meritis: nos ab omnibus absoluãt peccatis. Per dñm. ¶ Sancte prisce virginis et martyris. Officium.



Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regum, et nõ cõfundebar: ꝛ meditabar in mãdatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio. ps. cx

Da quesumus omnipotẽs de⁹: vt qui beate prisce virginis et martyris tue natalitia colim⁹, ꝛ annua solennitate letemur: ꝛ tãte fidei proficiamus exemplo. Per dominũ. Epła. Domine deus meus. in cõi. fo. xiiii. Gr. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem ꝛ mansuetudinem ꝛ iustitiã: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intende prospere procede ꝛ regna. Euange. Simile est regnũ celorum thesauro. in cõi. f. xv. Offertoriũ. Filie regũ in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Munera nostra quesumus domine gratanter assume: vt per interuẽtionem beate prisce virginis tue ꝛ martyris, omnium nostrũ corda ad cultum vere religionis cõuerte. Per dominum. Cõio. Feci iudicium ꝛ iustitiam domine non calumnientur michi superbi, ad omnia mandata tua dirigebar, oẽm viã iniquitatis odio habui. Postcõio.

Adiuuent nos domine quesumus et hec mysteria sancta q̃ sumpsimus: et beate prisce virginis tue ꝛ martyris intercessio veneranda. Per dominum nostrum.

¶ Si festum alicuius sancti. ix. lect. ab oc. epipha. vsqʒ ad septuagesimã, ꝛ ab octa. pasche vsqʒ ad pẽteco. et a Deus omnium. vsqʒ ad aduẽtũ dñi, in dñica contigerit: fiat seruitium de

ipso sancto. Processio etiam in ipsa dominica fiat de sancto cũ. ix. respõ. cõis histo. vel cũ aliquo. R. de histo. ipsius si propria habeatur. In redeũdo: scz i introitu chori dicitur aliqua ãn. vel R. de sancta maria cum V. et oratione q tempori conueniant. Tamen si fuerit maius dup. alicui⁹ sancti: tunc in eundo & redeundo fiat totum de sancto. Dominica vero infra octa. & in octa. assumptionis et nati. btẽ ma. si dominica fuerit. in eundo de sancta ma. dr in introitu chori de omnibus sanctis. ãn. Saluator mundi V. Letamini. Oratio. Infirmitatẽ nostram. Quando vero ãn. Saluator mũdi. dicitur ad primas vesper. tunc ad procel. ante missam dr ãn. Te gliosus. cum predictis versu & oratione de omnibus sanctis. ¶ Sancti Wlstani epi & confessoris. Officium.



Tatuit ei domin⁹ testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias domini, in eternum cantabo. Oratio.

Spiritũ nobis domine tue charitatis infunde: vt intercedente beato Wlstano confessore tuo atqz pontifice: tuam mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. Per dominum nostrum. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis. vt in communi. fo. x. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pcioso. V. Vitam petijt: et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. V. Inueni dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eũ. Sequentia Alma chor⁹ vna laudum. vt in cõmuni. fo. xj. Euãge. Homo quidam peregre. in communi fol. xj. Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Ibidem

Suscipe quesum⁹ domine supplicis familie tue munus oblatum, et quod rea sperare non audet conscientia: intercedente btõ Wlstano, tua nobis largiatur indulgentia. Per. Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio. Matth xxiiij. D

Salutaris tui domine mysterio satiati, supplices imploramus clemẽtiam tuam: vt pro nobis eius non desit oratio: cuius nos donasti gubernari patrocinio. Per do. ¶ Sanctorum fabiani & sebastiani martyrum. Ad missam. Officium.

Ntret in conspectu tuo domine gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: polluerunt templum sanctũ tuũ, posuerũt hierusalẽ in pomorũ custodiã. Oratio. Psalm⁹ lxxviij.

Deus q beatos martyres tuos fabianum & sebastianum virtute constãtie in passione roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue p amore tuo prospera mundi despicere: & nulla eius aduersa formidare. Per dominum. Epistola. Sancti per fidem. vt in communi. fo vj. Grada. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua confregit inimicum. Alla. V. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent. ¶ Si hoc festum ante. lxx. euenerit dicitur sequentia de communi. Si vero infra: non dicitur Alla. nec Exo. xv A

sequentia sed tractus: quod in omnibus festis nouem lectionum obseruetur vsq ad passionem domini. In festis vero sine regimine chori nunq̄ dicitur tractus sed gradale repetitur. In festis autem duplicibus tā infra passionem q̄ extra dicitur tract⁹. nisi in festis purificationis. & annūciatiōe marie & dedicationis. Tractus.

p. cxxxix Qui semināt in lachrymis in gaudio metent. ℣ Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. ℣ Uenientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Euangelium Descendens iesus de monte. in communi. fol. viij

p. cxxxi. Offertorium Letamini in domino & exultate iusti: & gloriamini oēs recti corde. Sec.

Accepta sit in cōspectu tuo quesum⁹ domine nostre deuotionis oblatio: & eorum nobis fiat supplicatione salutaris, pro quorū passione defertur. Per dominum. Cōio.

lu. vi E Multitudo languentium et qui vexabātur a spiritibus immundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcommunio.

Sacramentorum tuorum dn̄e benedictione satiati: & beatorū martyrum tuorum fabiani et sebastiani gloriosa confessione muniti: te suppliciter exoramus, vt per hec eadem a cunctis vitijs emundemur. Per dominum. ¶ Sancte agnetis virginis & martyris. Officium.

Psalm⁹ cxviii. c. Me expectauerūt peccatores vt perderēt me: testimonia tua domine intellexi: omnis cōsummationis vidi finem: latum mādatū tuum nimis. ℣ Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui infirma mundi eligis vt fortia queq confundas: concede propitius vt qui beate agnetis martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum. Epistola Confitebor. in cōi. f. xiii. Gr.

ps. xliiii Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. ℣ Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣.

Eccli Ueni electa mea & ponam te in thronū meū: quia cōcupiuit rex speciem tuam. Sequentia Exultemus. in cōi. f. xv. Si infra lxx. dicitur tractus.

Ibid Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. ℣ Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere procede & regna. ℣ Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣ Audi filia & vide & inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex speciem tuam. Euangelium Simile est regnum celorum thesauro. in cōi. fo. xvij. Offer. Offerentur regi virgines post eam, proxime eius offerentur tibi in letitia & exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

Suscipe quesumus domine sacrificium cuius te voluisti dignanter immolatione placari: & presta vt intercedente beata agnete virgine tua & martyre, huius operatiōe mandati beneplacitū tibi nostre mētis seruitium offeramus. Per. Cōio.

Quinq prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis cum lampadibus, media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam christo domino. Postcōio.

Diuino refecti libamine quesumus domine deus noster: vt intercedente beata agnete v̄gine tua & martyre: presentis nobis vite subsidium, & eterne tribuas reperire letitiam. Per dominum nostrum.

¶ Sancti vincentij mar. Officium.


Letabitur iustus in domino, et sperabit in eo: & laudabūtur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orationē meam cum deprecor, a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscim⁹ beati vincentij martyris tui intercessione liberemur. Per dominū. Epla. Beatus vir qui in sapientia. in cōi. fo. iiij. Gr. Posuisti domine super caput eius, coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alla. V⁹. Letabitur iustus in domino & sperabit in eo, & laudabuntur oēs recti corde. Sequētia.

Sola iocunditatis alleluia. Induit hodie dominus militem suum vincentium. Solito plaudat alacrius: cōcio leta fidelium. Hodie martyr insignis hostiam deo placentem obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamē monitu beati senis. Grauissimis non refugit exhibere membra penis. Ante ducē accersitur: & de fide conuenitur communis ecclesie. Sed nō cedit blandimentis, emolitur aut tormentis eius pertinatie. Illuditur dacianus: dum sustinet martyr sanus penarum angustias. Dat minister charitatis hostibus exuperatis gratiarum copias. Furit igitur prefectus & paratur ardens lectus: insultantis viscera, crates vrit aspera. Sudat martyr in agone spe mercedis et corone: que datur fidelibus, pro christo certantib⁹. De cuius militia celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros neqtie. Ut hunc ergo per patronum consequamur vite donum. In illius die festo chorus noster letus esto. Iocūdū in ecclesia decantans alleluia. Si infra. lxx. euenerit: dr tractus sequens.

Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. V. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. V. Posuisti i suֹper caput eius: coronā de lapide precioso. Euāgelium. Nisi granum frumenti. in cōi. fo. iiij. Offr. Gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eum super opera manuū tuarum. Secreta. Ps. viij.

Gloriosi martyris tui vincentij domine quesumus interuētione hostiam quam offerimus tibi placitam effice, et acceptam. Per do. Cōio. Qui vult venire post me: abneget semetipsum et tollat crucem suam & sequatur me. Postcommunio. Matth. xvi. D.

Beati vincentij martyris tui domine suffragijs exorat⁹: percepti sacramenti nos quesumus virtute defende. Per dominum.

¶ In conuersione scti pauli. Officiū


Letemur omnes ī domino hodiernum diē solenniter celebrātes in quo beatus paul⁹ conuersione sua presentem mundum decorauit. Ps. De illustratione sancte predicationis: & de conuersione beati pauli. Orō. Eccl'ia.

Deus qui vniuersum mūdum beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus vt qui eius hodie conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum. Memo. de sctō preiecto martyre. Oratio.

Sancti piecti martyris tui nos quesumus domine interuen-

tio gloriosa commendet: vt quod nostris actibus non meremur, eius precibus assequamur. Per dominum.

Lectio actuum apostolorum.

ix. A In dieb⁹ illis. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: accessit ad principẽ sacerdotum, et petijt ab eo epistolas in damascum ad synagogas: vt si quos inuenirẽt hui⁹ vie viros ac mulieres, vinctos perduceret hierusalẽ. Et cum iter faceret: cõtigit vt appropinquaret damasco. Et subito circũfulsit eum lux de celo: et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi. Saule saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sũ ies⁹ quẽ tu perseq̃ris: durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Et tremẽs ac stupens: dixit. Dñe, qd me vis facere? Et dominus ad illũ. Surge et ingredere ciuitatem: et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autẽ illi qui comitabantur cum eo, stabãt stupefacti: audientes quidem vocẽ, neminem autem videtes. Surrexit autem saulus de terra: apertisq; oculis nichil videbat. Ad manus autẽ illũ trahentes: introduxerunt damascũ. Et erat ibi tribus diebus non videns: et non mãducauit neq; bibit. Erat autem quidam discipulus damasci, nomine ananias: et dixit ad illũ in visu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad eum. Surge, et vade in vicum qui vocatur rectus: et quere in domum iude saulum nomine tharsensem, ecce enim orat. Et vidit virũ ananiã nomine, introeuntem et imponentem sibi manus: vt visum recipiat. Respondit autẽ ananias. Domine audiui a multis de viro hoc: quanta mala fecerit sanctis tuis in hierusalem, et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eũ dominus. Vade, quoniam vas electiõis michi est iste: vt portet nomẽ meum coram gentibus et regib⁹ et filijs israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt ananias: et introiuit in domũ: et imponens ei manus dixit. Saule frater: dominus misit me iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas, et implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanq̃ squame: et visum recepit. Et surgens baptizatus est: et cũ accepisset cibum confortatus est. Fuit autẽ cum discipulis qui erant damasci: p dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas predicabat iesum, qm̃ hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebãt: et dicebãt. Nõne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomen istud: et huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotũ? Saulus autem multo magis cõualescebat, et confundebat iudeos qui habitabant damasci: affirmans qm̃ hic est christus. Gr. Qui operatus est petro in apostolatum: operatus est et michi inter gentes, et cognouerunt gratiam dei que data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alla. ℣. Magnus sanctus paulus vas electionis, vere digne est glorificãd⁹. Seq̃n.

SOlennitas sancti pauli deuote est recolenda. Quẽ domin⁹ tanta ditauit gratia. Vt doctor gentium ab omni vocetur ecclesia. Agn⁹ de lupo: de persecutore euangelista. Mutata sunt opera, mutatur et nomina: paulus nominatur qui saulus ante dictus fuerat. Instigatus furia

dirum virus efflabat: strage seuissima mēbra christi seuiens torquebat. Lux etherea quem circunfulgens visu priuat. Spiritalem sed ei intuitū donat. Colaphizat eū ne superbiat. Sternit eum: sed ruentem releuat. Deiectum increpat. Increpans emēdat. Fidei doctrinam commendat. Defensorem ecclesie ordinat. Impugnator qui prius extiterat. Secreta mystica. Credenti reuelat. Que homini loqui non licebat. Prius synagoga quem educauerat. Postmodū letat mater ecclesia. Mysteria. Que nouerat. Per totum iens orbem predicat. Venit romam: deum vnum annūciat. Nero resistit: qui colebat idola. Morte dira. Illum necat. Mundo exemplum, mittit ad astra. Quo nos deus miserando perducat. Adiutos prece pauli sancta. Alleluya. Si infra. lxx. dicit tractus sequens.

Tu es vas electionis sancte paule apostole: vere digne es glorificādus. ℣. Predicator veritatis et doctor gentiū in fide et veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam dei. ℣. Intercede pro nobis ad deum qui te elegit.

Secundum Mattheum.



In illo tempore. Dixit simon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen amen dico vobis: quos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros ꝓpter nomen meum: centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Credo.

Offer. Michi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psalm. cxxxviij

Secreta.

Beati pauli apostoli tui precib⁹ quesumus domine plebis tue dona sanctifica vt que tibi grata tuo sunt instituto: gratiora fiāt eius patrocinio supplicantis. Per dn̄m.

Alia secreta de sancto preiecto.

Suscipe dn̄e propiti⁹ orationē nostrā cū oblationib⁹ hostiarum superimpositis: et beati preiecti martyris tui deprecatiōe: pietati tue perfice benign⁹ acceptas. p. Prefa. Et te dn̄e. Cōio. Amē dico vobis quos q̄ reliquistis omnia et secuti estis me: cētuplū accipietis et vitam eternā possidebitis. Postcōio. Matth. xix. C

Salutari refecti mysterio, quesumus omnipotēs deus: vt q̄ hūc diem in beati pauli apostoli tui conuersione honorabilem haberi voluisti: nos quoque cōuersos a vicijs: in tua semp facias seruitute gratulari. Per. Alia postcōio de sctō ꝓiecto.

Da nobis quesumus domine deus noster, vt sicut beati preiecti martyris tui solennitate presenti gratulamur mysterio, ita perpetuo letemur aspectu. Per dominum.

Sancti iuliani episcopi. Officiū.

Statuit ei dominus testamētum pacis: et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias dn̄i: in eternum cantabo. Eccli. xlv. D.

Oratio.

Deus qui ecclesie tue beatū iulianū mirabilem tribuisti doctorē: cōcede propitius: vt hūc apud teipsum semper mereamur habere intercessorē. Per. Epla. Dedit dñs. in cōi.fo.xij. Gr. Ecce sacerdos. V. Non
Eccli xliiij. est inuētus. Alla. V. Amauit eum. in cōi. fo.xi. Euang. Uigilate quia nescitis. in cōi.fo.xij. Offr. Inueni dauid seruum meum. in communi.fo.xij. Secreta.

Respice domine q̄s super hec q̄ tibi offerimus: & beati pontificis iuliani meritis, ab omnibus nos exue peccatis. Per dominū. Cōio. Beatus seruus. in cōi.fo.xij. Postcōio.

Diuinis nos domine repleti sacramentis, supplices deprecamur: vt beati pontificis iuliani meritis nos dignos facias celestib9 institutis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

ps. xliiij ¶ Agnetis.ii. Officium.



Uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducētur regi v̄gines post eā: proxime eius adducentur tibi in leti-
Ibidem tia & exultatione. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Oratio.

Deus qui nos annua btē agnetis martyris tue solēnitate letificas: da vt quā veneramur officio: etiā pie cōuersatiōis sequamur exē-
Ibidem plo. Per dñm. Epla. Qui gloriat. in cōi.fo.xvi. Gr. Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere procede & regna. V. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Hec est virgo sapiens: quā dñs vigilantē inuenit. Si hoc fest. vel aliqd aliud fest. iij. lec. īfra. lxx. vsq3 ad caput ieiunij eue. nō dr Alla. post eplam nec tract. sed grad. cū suo v. tm̄. Euāgel.

Simile est reg. ce. decē. in cōi. fol. xvj.
Ibidem Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Grata tibi sint q̄s dñe munera nr̄a: quibus sctē agnetis virginis tue & martyris magnifica solēnitas recēset. Per. Cōio. Simile est regnū
Math. xiij. celorū homini negociatori: querenti bonas margaritas: īuēta vna p̄ciosa margarita dedit oīa bona sua & cōparauit eā. Postcōio.

Sumpta q̄s dñe sancta mysteria nos interi9 exteriusq3 cōseruēt: & intercedēte beata agnete martyre tua: presentē nobis conferāt clementiam & eternam. Per dominū.

¶ Sancte batildis regine. Officiū.

Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis.
ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

Beate batildis natalitia venerāda domine quesumus ecclesia tua deuota suscipiat: & fiat magne glorificationis amore deuotior, et tante fidei proficiat exemplo. Per dominum. Epla. Sapientia vincit. in cōmuni.fo.xvj. Grad. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. V9. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alleluia. V9. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Euāgelium. Simile est regnum celorum thesauro abscondito. in communi. fol. xv. Offertoriū. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in letitia & exultatione, adducentur in templum regi domino. Secreta.

Ut hec munera tibi domine accepta sint sācte batildis obtineant merita: que seipsam tibi hostiam viuam, sanctam & beneplacentem exhibuit. Per dominum. Cōio.

ps.xliiii Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcõio.

Refecti alimonia celesti omnipotens pater quesumus pietatem tuam: vt intercessione sancte batildis, misericordie tue gratiã consequi mereamur. Per dominum.

Sancte brigide vgi. offi. Vultũ tuũ deprecabunt. vrsu. in officio p̃ceđ. Orõ

Sancte brigide virginis tue domine quesumus precatio tibi grata nos adiuuet: ⁊ tuã nob[is] indulgẽtiã poscere nõ desistat. Per. Epla. Qui gloriatur. in cõi. fol. xvj. Građ.
Ibidem Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. V. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem ⁊ iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intende prospere procede ⁊ regna. Euange. Simile est regnũ ce. decem. in cõi. f. xvj. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Sacrificij dñe placat⁹ oblatis, intercedente beata brigida virgine tua: opẽ tuã nobis q̃s temporibus nostris clementer impende. Per
Matth Cõio. Quinq[ue] prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus, media autẽ nocte clamor factus est: ecce spõsus venit, exite obuiã christo dño. Postcõio

Beate brigide vginis tue p̃cib⁹ fidelib⁹ tuis dñe sũpta munera suffragẽt: ⁊ q̃ tibi placuit: nobis iploret auxiliũ. Per. In purific. b. marie vgi. cãtata hora. vj. fiat bñdictio lũis solẽniter a põtifice vel a sacer. cappa serica induto, cũ alijs indumẽtis sacerdotalib⁹ sup supremũ gradũ altaris conuerso ad orientẽ sic incipiẽte,




Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Orem⁹

Benedic ✠ dñe iesu christe hanc creaturam cerei supplicantibus nobis, et infunde ei per virtutem sancte crucis benedictionem celestẽ: vt qui eam ad repellendas tenebras humano vsui tribuisti talem signaculo sancte crucis tue fortitudinem et benedictionem accipiat vt quibuscunq[ue] locis accensa, siue apposita fuerit: discedat dyabolus et contremiscat ⁊ fugiat pallidus cum omnibus ministris suis de habitationibus illis nec presumat ampli⁹ inquietare



seruientes tibi. Qui cũ deo patre et



spiritu sancto viuis et regnas deus.



Per omnia secula seculorum. Amen

Et dicuntur omnes orationes cũ Oremus. sub eodem tono. Non dicit Dñs vobiscum. nisi ante primã orationem tantum. Oremus.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus, qui oĩa ex nichilo creasti, ⁊ iussu tuo p opera apũ hũc liquorẽ ad perfectionẽ cereor[um] venire fecisti: ⁊ q̃ hodierna die petitionẽ iusti simeonis implesti: te humiliter deprecamur vt has cãdelas ad vsus hominũ: ⁊ sanitatẽ corporũ ⁊ animarũ preparatas: siue in terra siue i aquis per inuocationẽ sancti nominis tui, et per intercessionẽ sancte marie semper virginis, cui⁹ hodie festa deuote celebrantur: ⁊ per p̃ces omniũ sctõrũ tuorũ bñ ✠ dicere ⁊ sanctifi ✠ care digneris, vt huius plebis tue q̃ illas

honorifice in manibus portare desiderat: teqꝫ laudando exultare, exaudias voces de celo sancto tuo, et de sede maiestatis tue et propitius sis omnibus clamantibus ad te quos redemisti precioso sanguine filij tui. Qui tecum et spiritu sancto viuit et gloriatur deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus, qui hodierna die vnigenitum tuū vlnis sancti symeonis in templo sancto tuo suscipiendū presentari voluisti presta supplices deprecamur clementiā tuā, vt hos cereos quos nos famuli tui nois magnificentia suscipientes gestare cupimus lumine accensos bene ✠ dicere et sanctificare atqꝫ lumine superne benedictionis accendere digneris, quatenus eos tibi domino deo nostro offerēdo digni: et sancto igne dulcissime tue claritatis succensi in templo sancto glorie tue representari mereamur.

Per eūdē dñm nostrū iesum christū filium tuū: qui tecū viuit et regnat in vni ta te spiritus sancti deus.

Per omnia scl'a seculoꝝ. Amē.

Dominꝰ vobiscū. Et cū spiritu tuo.

Sursū corda. Habemꝰ ad dominū.

Gratias agamus domino deo nostro. Di gnum et iustum est.

Vere dignū et iustū est equū et salutare: nos tibi semper et vbiqꝫ grās agere, dñe sctē pat omps etne deꝰ. Fons et origo totius luminis q mundū illustrasti lumine tue claritatis mittendo nobis vnigenitum tuū per vterū intemerate virginis Et quē longe ante pmisisti prophe

tarum oraculis: tēporibus nouissi-
mis misisti lucē populis sedentibus
in tenebris. Te ergo domine depre-
camur: vt has candelas nomini
tuo preparatas tua benedictione di-
gneris bene ✠ dicere q̄ nos trāstu-
listi a potestate tenebrarum in lucē
dilecti filij tui ꝛ regnū. Per quē ex-
ortū est in tenebris lumē rectꝫ corde
et gaudiū salutis eterne. Et q̄ iusti
symeonis implesti expectationē: vt

non prius videret mortē q̄ eiusdem
xp̄i filij tui visibilē incarnationē
totius mūdi lumē et salutē: nos lu-
mine tue claritatis sic repleas, vt
oēs infidelitatis tenebras a nobis
repellas: et sicut seruū tuum hodie
dimisisti in pace: sic nos in pace ec-
clesie tue sancte digneris guberna-
re: vt portū quietis eterne valeam⁹
intrare quatenus radijs vere lucis
perfusi, ibi in die examinis leti cum



hymnidicis angelorum choris va-



leam⁹ videre faciē indefessi solis. Hic mutet vocem suam quasi legēdo Qui tecum vivit ꝛ regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Hic aspergātur candele aqua benedicta ꝛ thurificentur. Deinde dicitur Dominus vobiscum. Oremus.

Domine sancte pater omnipotens lumen indeficiens q̄ es conditor omniū luminū bene✠dic hoc lumē tuis fidelibus in honorē nominis tui portandū: quatenus a te sanctificati atq; benedicti lumine tue claritatis accendamur ꝛ illuminemur, ꝛ propitius cōcedere digneris, vt veluti eodem igne quondā illuminasti famulum tuū: ita illumines corda nostra ꝛ sensus nostros, quatenus ad visionem eterne claritatis peruenire mereamur. Per xp̄m dn̄m. Oremus.

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ vnigenitū tuū ante tēpora de te genitum, sed temporaliter de maria virgine incarnatū: lumen verū ꝛ indeficiēs ad repellēdas humani generis tenebras, ꝛ ad incēdēdū lumē fidei ꝛ veritatis misisti in mūdum: concede propitius, vt sicut exterius corporali ita etiam interi⁹ luce spirituali irradiari mereamur. Per eundem.

¶ Peracta cādelarū bn̄dictiōe accēdantur candele ꝛ distribuantur, ꝛ interim cantet̄ an̄ Lumē ad reuelationem ps̄. Nunc dimittis totus ps̄. dr̄ cum Gloria patri. ꝛ post vnūquēq; v̄sum repetatur. an̄. ter. Lumen ad reuelationem

¶ In purifica. beate marie. Officiū.





Suscepim⁹ deus misericordiā tuam in medio tēpli tui: secūdum nomē tuū deus, ita ꝛ laus tua in fines terre, iustitia plena est dextera tua. ps̄. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte sancto eius. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, maiestatem tuam supplices exoramus, vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cū nostre carnis substātia in tēplo est presētatus: ita nos facias purificatis tibi mētibus presentari. Per eundem.

Lectio malachie prophete.

Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego mitto angelū meū: qui pparabit viā ante faciem meam. Et statim veniet ad tēplū sanctū suū dominator quē vos queritis: ꝛ angelus testamēti quem vos vultis. Ecce enim venit

dicit dñs exercituũ. Et quis poterit
cogitare diẽ aduentus eius: Et quis
stabit ad videndũ eũ: Ipse enĩ quasi
ignis conflans: ⁊ quasi herba fullo-
nũ. Et sedebit conflãs ⁊ emundans
argentũ, ⁊ purgabit filios leui. Et cõ-
flabit eos quasi aurũ ⁊ quasi argen-
tũ: ⁊ erunt dño offerẽtes sacrificia in
iustitia. Et placebit dño sacrificium
iuda: ⁊ hierusalẽ sicut dies seculi, ⁊ si-
cut anni antiqui. Dicit dñs omps.
ps. xlvij Grad. Suscepimus deus misericordiã tuã
in medio tẽpli tui: secundũ nomẽ tuũ deus, ita
Idem ⁊ laus tua in fines terre. V. Sicut audiuimus
ita et vidimus in ciuitate dei nostri in monte
sancto eius. Alla. V. Adorabo ad templũ
sanctum tuum ⁊ confitebor nomini tuo.
Hac die dr sequen. licet infra. lxx. hoc
festum contigerit. Sequentia.

Hac clara die turma festiua dat
preconia. Mariã cõcrepãdo sim-
phonia nectarea. Mũdi dña q̃ es sola
castissima virginũ regina. Salutis cau-
sa, vite porta atq; celi referta gratia.
Nam ad illam sunt nuncia olim fa-
cta angelica. Aue maria gr̃a dei ple-
na p secla. V. precedẽs ter dr hac die.
Mulierũ pia agmina intra semper
bñdicta. Virgo ⁊ grauida mr̃ intacta
prole gloriosa. Cui cõtra maria hec
reddit famina. In me quomodo tua
iã fient nũcia: Viri noui nullã certe
copulã. Ex quo atq; nata sum incor-
rupta. Diua missus ita reddit affa-
ta. Flatu sacro plena fies maria.
Noua efferẽs gaudia celo terre nati
per exordia. Intra vteri tui claustra
portans q̃ gubernat ethera. Omnia
qui dat tẽpora pacifica. Tũc sacerd.
⁊ eius ministri in sedib⁹ iuxta altare
priuatim dicant tractum.

ij. E. Nunc dimittis seruum tuũ domine:
secundum verbum tuum in pace. V.
Quia viderunt oculi mei salutare tuum. V⁹
Quod parasti ante faciẽ oĩm populorũ. V⁹
Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ: et gloriã ple-
bis tue israel. Secundum Lucam.



io. xiiii. c Cōio. Tāto tēpore vobiscū sum: & non cognouistis me: philippe qui videt me, videt et patrem allā, nō credis quia ego in patre & pater in me est? alleluia allā. Postcōio.

Paschale mysterium recensentes, beatorum apostolorum tuorum philippi & iacobi domine quesumus precibus foueamur: quorū magisterio hoc cognouimus exequēdū. Per dominum. ¶ In inuētione sancte crucis. Officium.

gal. vi. a 

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: p quē saluati et liberati sum⁹. allā allā. Ps. Deus misereatur nr̄i et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Kyrie, Lux & origo. & Gl̄a cum suis versibus. Oratio. Ps. lx

Deus qui in preclara salutifere crucis inuentione passionis tue miracula suscitasti: cōcede vt vitalis ligni precio, eterne vite suffragia consequamur. Qui viuis.

¶ Nulla fit memoria de resurrectione sed de sanctis martyribus alexandro, euentio, & theodolo. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum alexādri, euentij, et theodoli natalitia colimus: a cūctis malis imminētibus eorum intercessionibus liberemur. Per dominum. Epistola. Confido de vobis. in cōi. fo iiij. Allā. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorum & dn̄m. Allā. V. Dicite in gentibus, quia dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Salue crux sācta arbor digna. Cuius robur preciosum mundi ferret talentum. Ut hostis per lignum victor: ligno reuinceretur. Quodq3 exortus mortis primis erat terrigenis: paradiso propulsis. Causa etiā vite foret cunctis christi morte vere viuificatis. Horrificum tu es semper signum inimicis, crux sacra seuis. Quā mors pauet: infernusq3 timet, que christo suos reconsignat. Cui sit laus in euum.

Secundum Joannem.

In illo tempore. Erat homo ex phariseis nichodemus nomine: princeps iudeorum. Hic venit ad iesum nocte: & dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respō



dit iesus: & dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, nō potest videre regnum dei. Dixit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo renasci, cum sit senex. Nūquid potest in ventrem matris sue iterato introire, & renasci. Respondit iesus. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū dei. Quod natum est ex carne: caro est. Et quod natum est ex spiritu: spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respōdit nichodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respōdit iesus: & dixit ei. Tu es magister in israel: & hec ignoras. Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur: et quod vidimus testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis: quomodo si dixero vobis celestia, credetis. Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipso nō pereat: sed habeat vitam eternam. Credo. Offertorium. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis: ab omnibus insidijs inimicorum omnium, vt tibi gratam exhibeamus seruitutem: et acceptabile fiat tibi sacrificiū nostrū alleluia. Eccli̅a.

Secreta.

Sacrificium domine quod tibi immolamus placatus intende: vt ab omni nos exuat bellorū nequitia: & per vexillum sancte crucis filij tui, ad cōterendas potestates aereas, & aduersariorum insidias: nos in tue protectionis securitate constituat. Per eūdē dominum nostrum.

Alia secreta de martyribus.

Super has hostias quesumus domine benedictio gloriosa descendat: que & sanctificationē nobis clementer operetur: & de martyrum tuorum alexandri, euentij, & theodoli solennitate nos letificet. p. Prefa. Qui salutem humani. Communio. Per lignum serui facti sumus: & per sanctā crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: filius dei redemit nos. alla. in vtroq; festo finiatur cum alla. Eccli̅a.

Postcōio.

Repleti alimonia celesti, & spirituali poculo recreati quesum⁹ omnipotens deus: vt ab omni hoste maligno defendas: quos per lignū sancte crucis filij tui arma iustitie, pro salute mundi triumphare iussisti. Qui tecū. Alia postcōmu. de marty.

Sumptis dn̄e muneribus sacris: tribue q̄s vt ad eadē appetēda sanctorū martyrum tuorum alexandri, euētij, et theodoli precibus & exēplis promptius incitemur. Per do.

Joānis ante portā latinā. Offiī.



In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eum dominus spiritu sapientie & intellectus: stola glorie induit eum. ps. Jocū. Eccli xv. A

ditatem ⁊ exultationem: thesaurizauit sup eum. Oratio.

Deus qui conspicis quia nos vndiqz mala nostra pturbāt: presta quesumus vt beati ioannis apostoli tui et euangeliste intercessio gloriosa nos protegat. Per dominū.

Lectio libri sapientie.

Eccl. xv. A Qui timet deū: faciet bona. Et qui continens est iustitie, apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo ⁊ non flectetur, et continebit illum ⁊ non confundetur: ⁊ exaltabit illū apud proximos suos In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eū dominus spiritu sapientie et intellectus, ⁊ stola glorie induit eum. Jocunditatem ⁊ exultationem thesaurizauit super eum. Et nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noster. Alla. ℣. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his: ⁊ scimus quia verum est testimonium eius. Seque. Laus deuota. in communi. fol. iij.

io. vl. G

Secundum Joannem.



vlti. F In illo tempore. Dixit iesus petro. Sequere me. Cōuersus petrus: vidit illum discipulum quē diligebat iesus sequentem, qui et recubuit in cena supra pectus eius, et dixit. Domine: quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset petrus: dixit iesu. Domine: hic autem quid? Dixit ei iesus. Sic eum volo manere donec veniam: quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: q discipulus ille non moritur. Et non dixit ei iesus quia nō moritur: sed sic eum volo manere donec veniā, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his: ⁊ scripsit hec. Et scimus: quia verū est testimoniū eius. Credo. Offer. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabitur alleluia. Secreta.

Ps.

Sic nos domine beati ioannis apostoli tui ⁊ euangeliste solēnia tuis fac celebrare mysterijs: vt q predicauit, ⁊ credamus pariter et sequamur. Per dominū. Prefatio. Et te domine. Cōio. Exijt sermo inter fratres q discipulus ille non moritur: ⁊ non dixit iesus non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam. Postcommunio.

Refecti domine pane celesti: intercedente beato ioāne apostolo tuo et euangelista, ad vitam quesumus nutriamur eternam. Per do

Sancti ioannis de beuerlaco epi ⁊ confessoris. Officium.

Statuit ei domin⁹ testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Da quesumus omnipotēs de⁹: vt beati ioānis confessoris tui atqz pontificis venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat et salutē. Per dominum. Epistola. Justū deduxit. in cōmuni. fo. xj. Alleluia. ℣. Amauit eum dominus ⁊ ornauit eum: stola glorie induit eum. Sequentia. Adest nobis dies. in communi. fo. xj. Euange.

Ego sum vitis vera. in cōi. fol.j.
Offertorium Veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Respice quesumus domine munera populi tui, in beati ioannis confessoris tui atque pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis, nobis proficiat ad salutem. Per dominum. Cōio. Fidelis seruus et prudens, quem cōstituit dominus super familiā suā, vt det illis in tĕpore tritici mensurā. In tĕpore paschali. alleluia. Postcōio.

Quos tuis domine reficis sacramentis, sancti Joannis confessoris tui atque pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectum et mysterijs capiamus et moribus. Per dominum.

¶ Sanctorum gordiani et epimachi Ad missam. Officium.



Sancti tui domine benedicent te: gloriā regni tui dicent alla. ps. Exaltabo te deus me⁹ rex: et benedicam nomini tuo in seculū et i secl'm secli. Orō.

Da quesumus omnipotēs de⁹: vt qui beatorum martyrum tuorum gordiani et epimachi solennia colimus: eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominū nostrum iesum christū filium tuum. Epistola. Justorum anime. in cōi. fo. vij. Alla. V. Sancti tui domine florebūt sicut lilium: et sicut odor balsami erunt ante te. Euange. Ego sum vitis, vos palmites. in cōi. fo. j. Off'z. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue, benedict⁹ de⁹ alleluia. Secreta.

Presta quesumus domine de⁹ noster: vt sicut in cōspectu tuo mors est preciosa sanctorum: ita eorum merita venerantium, accepta tibi reddatur oblatio. Per dominū.
Cōio. Justorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentū malitie: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Postcommunio. Sap.iii.a

Refice quesumus domine populum tuum spiritalibus alimentis: et quorum tribuis solennia celebrare, fac eorū gaudijs interesse. P.

¶ Sanctorum nerei, et achilei, atque pancratij martyrum. Officium.



Ecce oculi domini super timentes eum, sperātes i misericordia ei⁹ alla: vt eripiat a morte animas eorū quoniam adiutor et protector noster est alla alla. ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Oratio. ps.xxxij

Semper nos domine sanctorū martyrum tuorum nerei et achilei atque pancratij foueat quesumus beata solennitas: et tuo dignos reddat obsequio. Per dominum. Epistola. Justi autem in perpetuum. in cōi. fo. vij. Alla. V. Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum. Euāg. ps.cxvij
Ego sum vitis vera, vos palmites. in cōi. fo. j. Off'z. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e: etenim veritatem tuā in ecclesia sanctorum alla alla. Secreta. Psalm⁹ lxxxviij.

Sanctorum martyrum tuorū nerei et achilei atque pancratij tibi dn̄e grata cōfessio, et munera nostra cōmendet: et tuam nobis indulgentiam semper imploret. Per dn̄m.
Cōio Gaudete iusti in domino alla: rectos decet collaudatio alleluia. Postcōio. ps.xxxii.

Quesumus domine de⁹ noster: vt beatorum martyrum tuorum nerei, et achilei, atque pancratij deprecationibus sacramenta sancta q̄ sumpsimus: ad tue nobis proficiant

placationis augmentum. Per dn̄m.
¶Sancti dunstani episcopi & cōfess.
Ad missam. Officium.
ps.cxxxi. 
Sacerdotes tui domine induant iustitiam: et sancti tui exultēt: propter dauid seruū tuū: non auertas faciem christi tui alla. ps. Memento dn̄e dauid, & omnis mā suetudinis eius. Cantus de Kyrie rex splendens. sine versibus. Oratio.
Deus qui beatum dunstanum pontificē tuum ad regna trāstulisti celestia: da nobis per gloriosa eius merita, ad gaudia transire perennia. Per dn̄m. Memoria de sācta potentiana virgine. Oratio.
Concede nobis quesumus omnipotens deus, sancte potentiane v̄ginis tue: & exultare meritis: et beneficiorum eius attolli suffragijs. Per dominum. Epistola. Ecce
ps.cix sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo. in communi. fol. x. Gr. Iurauit dominus & non penitebit eum, tu es sacerdos in eternum: secundum ordinē melchisedech. V⁹. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alla. V. Posui adiutorium super potentem: & exaltaui electum de plebe mea. Sequentia. Alma chor⁹. Euange. Homo quidam peregre. in cōi fo. xj. In tempore pasch. Euang. Ego sum vitis vera. in cōmuni. f. j. Offertoriū. Inueni dauid seruum meum et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. In tēpore pasc. alla. Secreta.
Suscipe quesum⁹ domine munera supplicantis familie tue que tibi in beati dunstani confessoris tui atq pontificis solennitate deferimus: precantes vt eius patrocinio venerando adiuti, defendi mereamur ab omnium inimicorum insidijs. Per. Alia secreta de sctā potētiana.
Holocausta hec domine tua benedictione sanctifica: vt sancte potentiane virginis tue tibi meritis accepta sint: in cuius veneratiōe sūt oblata Per. Cōio. Domine quinq talenta tradidisti michi: ecce alia quinq superlucratus sum, euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā intra, in gaudium domini tui. in tempore pasc. alleluia. Postcommunio.
Beati dunstani confessoris tui atq pontificis quesumus domine precatione nos adiuua: in cui⁹ veneratione tua contigimus sacramenta. Per dominum no. Alia postcommunio de sancta potentiana.
Sumptis domine salutis eterne mysterijs: quesumus vt intercedente beata potētiana virgine tua: ita nos tuis vti facias sacramētis, vt eternis mereamur interesse cōuiuijs. Per dominum nostrum.
¶Sancti aldelmi episcopi & confessoris. Ad missam. Officium.

Statuit ei dn̄s testamentū pacis, & principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. in tpe pascha. alleluia alla. ps. Misericordias dn̄i: in eternum cantabo. Oratio.
Deus qui hodierna die sanctū pontificem tuum aldelmum ad eterna subleuasti gaudia: eius q̄s meritis, illuc tua nos perducat misericordia. Per dominum. Memoria de sancto vrbano martyre. Oratio.
Da quesumus omnipotēs de⁹: vt qui beati vrbani martyris tui atq pontificis natalitia colim⁹: eius interuentu consequamur veniā

peccatorum, & cum ipso celestiū gaudia premiorum. Per dominū. Epl'a. Justum deduxit. in cōi. fo. xi. Gr. Domine preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide p̄cioso. ℣. Uitam petiit et tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculum seculi. Alla. ℣. Justus germinabit sicut lilium, & florebit in eternum ante dominum. Sequētia. Adest nobis. in cōi. fo. xi. Euangeliū. Uigilate quia nescitis. in cōi. fol. xii. In tempore pasc. Euange. Ego sum vitis vera. in cōmuni. fo. i. Offertor. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. in tempore paschali alleluia. Secreta.

Huius tibi precibus domine nostra quesumus grata reddat oblatio: pro cui⁹ festiuitate est immolata. Per dominum nostrum iesum. Alia secreta de sancto vrbano.

Munera domine quesumus tibi dicata sanctifica: & intercedēte beato vrbano martyre tuo atq; pontifice, per hec eadem nos placat⁹ intende. Per. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dominus inuenerit vigilātem, amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. in tēpore paschali. alleluia alleluia. Postcommunio.

Solennitatem quesumus domine sancti pōtificis aldelmi celebrantibus adesto propitius: & nobis eius meritis concede gaudia vite celestis. Per dominum nostrum. Alia postcōio de sancto Urbano.

Sumentes domine sacramēta celestia, pietatem tuam humiliter deuote deposcim⁹: vt illam que in beato vrbano martyre tuo atq; pōtifice flagrauit fortem dilectionem: nobis benignus aspires. Per dñm.

¶ Sancti augustini anglorum apostoli. Officium.



Sacerdotes dei benedicite dominum: sācti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. Oro. Da. iij. D.

Deus qui beatum augustinū pontificem, primum doctorē populo concessisti anglorum: tribue nobis quesumus vt cuius merita p̄dicamus in terris, eius suffragia apud te sentiamus in celis. Per dñm. Epistola. Dedit dominus. in cōi. fol. xii. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alla. ℣. Amauit eum dominus et ornauit eum: stola glorie induit eum. Sequen. Alma chorus. in communi. fo. xi. Eccli. xliiij. D Eccl'ia.

Secundum Lucam.



In illo tēpore. Designauit dñs & alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculū neq; peram neq; calciamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quancunq; domū intraueritis: primum dicite. Pax huic x. A

domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illum pax vestra: Sin autem: ad vos revertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius: mercede sua. In tempore paschali. Evangelium. Ego sum vitis vera. in communi fo. j. Credo.

Psalm. lxxxviij Offertorium. Inveni david servum meum, et in oleo sancto unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. in tempore paschali alleluia. Secreta.

Grata tibi sint domine quesumus oblata munera: quibus et beati augustini confessoris tui atque pontificis merita veneramur: et nostre pariter recolimus insignia libertatis et vite. Per dominum. Communio.

Matth. xxiiij D Fidelis servus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. in tempore paschali alleluia alleluia. Postcommunio.

Sancta tua quesumus domine que pro beati augustini confessoris tui atque pontificis hodierna solennitate libavimus, nos refoveant: quibus et iugiter satiemur: et semper desideremus expleri. Per dominum nostrum. ¶ Sancti germani epi et confessoris. Officium.

Eccli. xlv. D. Statuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotij dignitas in eternum. in tempore pasch. alleluia all. ps.

Psalm. lxxxviij. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos beati germani confessoris tui atque pontificis hodierna festivitate letificas: tuam supplices exoramus clementiam: ut cuius solennia devotis officijs veneramur, eius pijs suffragijs eterne vite remedia consequamur. Per dominum. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. in communi fo. x. Graduale.

p. cix. Iuravit dominus et non penitebit eum, tu es sacerdos in eternum: secundum ordinem melchisedech. Versus. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alleluia. Versus. Disposui testamentum electis meis: iuravi david servo meo. Evangelium. Homo quidam peregre. in communi fo. xj. In tempore pasch. Evangelium. Ego sum vitis vera. in communi fo. j.

Psal. lxxxviij Offertorium. Veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. in tempore pasc. alleluia. Secreta.

Propitiare domine quesumus supplicationibus nostris: et intercedente pro nobis beato germano confessore tuo atque pontifice: his sacramentis celestibus servientes, ab omni culpa liberos esse concede: ut purificante nos gratia tua: eisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per dominum. Communio. Beatus servus quem cum venerit dominus invenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. in tempore paschali. alleluia alleluia. Postcommunio.

Presta quesumus domine deus noster: ut divinis mysterijs expiati, intercedente beato germano confessore tuo atque pontifice: ad superni plenitudinem sacramenti cuius libavimus sancta, tendamus. Per dominum. ¶ Sancte petronille virginis. Ad missam. Officium.

Ps. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. in tempore paschali. alleluia alleluia alleluia. Versus. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui beate petronille virginis tue animam in celestibus

collocasti: fac nos eius interuentu a peccatorum nostrorum nexibus solui, et ab omni semper aduersitate defendi. Per. Epistola. Qui gloriatur. in communi. fol. xvj. Gr. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. V. Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere procede & regna. Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes. in communi. fol. xvj. Offertorium. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. in tempore pascha. alla. Secreta.

Sacrificium quod tue offerimus maiestati, clementissime deus placatus suscipe: et per merita beate petronille gloriose virginis tue: presentis vite subsidium, et future felicitatem concede. Per dominum nostrum. Coio. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. in tpe paschali alleluia alla. Postcommunio.

Perceptis domine salutaribus alimentis: quesumus vt intercedente beata petronilla virgine tua: per hec pficere ad gaudia mereamur eterna. Per dominum. ¶ Sancti nicomedis martyris. Officium.

Letabitur iustus in domino & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. in tempore paschali alleluia alleluia. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui nos beati nicomedis martyris tui meritis & intercessione letificas: concede propitius vt qui eius beneficia poscimus, dono tue gratie consequamur. Per dnm. Epistola. Beatus vir qui in sapientia. in communi. fol. iij. Gr. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Alla. V. Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide precioso. Euangelium. Si quis vult post me. in com. fo. v. In tempore pas. Euan. Ego sum vitis vera. in com. fo. i. Offertorium. In virtute tua domine letabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. In tempore paschali. alleluia alleluia. Secreta.

Munera domine oblata sanctifica: & intercedente beato nicomede martyre tuo, nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Coio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcoio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato nicomede martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dominum. ¶ Sanctorum marcellini & petri martyrum. Officium.



Clamauerunt iusti, et dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. in tempore pascha. alleluia. ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui nos annua beatorum martyrum tuorum marcellini & petri solennitate letificas: presta quesumus vt quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per do. Lectio libri apocalypsis beati ioannis apostoli.

In diebus illis. Respondens vnus de senioribus: dixit michi. Hi q

amicti sunt stolis albis: qui sunt, et unde venerunt? Et dixi illi. Domine mi, tu scis. Et dixit michi. Hi sunt qui venerūt de tribulatione magna: et lauerunt stolas suas ꝛ dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sūt ante thronum dei, et seruiunt ei die ac nocte in templo eius, ꝛ qui sedet in throno habitabit super illos. Non esurient neqꝫ sitient amplius: neqꝫ cadet super illos sol, neqꝫ ullus estus. Quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos: ꝛ deducet eos ad vite fontes aquarū. Et absterget deus omnem lachrymam: ab oculis eorū.

sap. iij. Gr. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie. V. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autem

ps. lxvij. sunt in pace. Alla. V. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. Euangelium. Cū audieritis. in communi. fo. viij. In tēpore paschali Euangeliū. Ego sum vitis: vos palmites. in communi. fo.

ps. xxxi. j. Offertorium. Letamini in domino ꝛ exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. in tempore paschali alla. Secreta.

Uotiua domine dona deferentes, in tuorum martyrū marcellini ꝛ petri passione, tuam magnificentiam veneramur: ꝛ per ea nobis imploramus tue pietatis auxilium. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit

Sap. iij et regnat. Cōmunio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie, visi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace. in tempore paschali alla alla. Postcommunio.

Protegat domine quesumꝰ populum tuum: et participatio celestis indulta cōuiuij: ꝛ deprecatio collata sanctorum. Per dominum.

¶ Sancti bonifacij sociorumqꝫ eius. Officium.

ps. cxliv. Sancti tui dñe bñdicēt te: gloriā regni tui dicēt alla. ps. Exaltabo te deꝰ meꝰ rex, ꝛ bñdicā nomini tuo in seculum ꝛ in seculum seculi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui beato bonifacio socijsqꝫ eiꝰ palmam martyrij contulisti: presta nobis quesumus eorum meritis indulgentiam: qui eis largiri dignatꝰ es coronam. Per dominum. Episto. Spectaculum. in communi. fol. vij.

ps. xxxiij. Gr. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. V. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit. Alleluia. V. Sancti tui domine florebunt sicut liliū: et sicut odor balsami erunt

Ibidem ante te. Euangelium. Cum persequentur. in cōi. fol. viij. In tēpore pascha. Euange. Ego sum vitis, vos palmites. in cōmuni. f. j. Offer. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatē tuā in

ps. lxxxviij. ecclesia sanctorum alla alla. Secreta.

Oblationem famulorum tuorū suscipe omnipotens deus: quā tibi suppliciter deferimus in honore beati bonifacij martyris sociorumqꝫ eius, ut q̄ tibi semetipsos obtulerunt hostiam laudis in odorem suauitatis, eorum precibus uniri mereamur unigenito filio tuo domino nostro iesu christo. Qui tecum. Communio

ps. Gaudete iusti in domino alleluia: rectos decet collaudatio alleluia alla. Postcōio.

Uia nos misericordia deꝰ per hec sacramenta que sumpsimus, intercedente btō bonifacio martyre tuo socijsqꝫ eius, et ab omni surreptione vetustatis expurget: ꝛ capaces sancte nouitatis efficiat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

¶ Sanctorum medardi et gildardi episcoporum. Officium

xxxj.  Acerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. in tempore paschali alleluia alleluia. ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctā nobis huius diei solennitatē in honore sanctorū confessorum tuorum atque pontificū medardi & gildardi cōsecrasti: adesto familie tue precibus, & dona vt quorum festa celebramus: eorū merito et auxilio subleuemur. Per dominum nostrum iesū christum. Epistola. Plures facti sunt. in cōi. fo. xiiij. Ibidem Grad. Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. Vsus. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Alleluia. V. Fulgebunt iusti & tanquam scintille in arundineto discurrent in eternum. Euange. Sint lumbi. in cōi. fo. xiiij. In tempore paschali. Euangelium. Ego sum vitis, vos palmi. in cōi. fo. j. Offer. Exultabūt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. in tēpore pasc. alleluia alleluia. Secreta.

Respice domine quesumus populum tuum ad tua sacramēta currentem, et presentem festiuitatem sanctorum confessorum tuorum atque pontificum medardi & gildardi: vt quod in honore nominis tui detulerunt, cunctis proficiat ad veniam. Per dominum. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis & fructum afferatis, et fructus vester maneat. in tempore paschal. alleluia alleluia. Postcommunio.

Gratias tibi agimus domine deus noster, qui nos celesti medela reparare dignatus es: da quesumus peccatis nostris veniam, sicut beatis confessoribus tuis atque pontificibus medardo et gildardo dedisti sedem pontificatus. Per dominum

¶ In translatione sancti edmundi archiepiscopi. Ad missam. Officiū. Eccl'ia.

 Audeamus oēs in dño, diē festū celebrātes sub honore edmūdi presulis: de cuius trāslatione gaudent angeli, et collaudant filiū dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio. ps. xxxij

Deus qui nos beati edmundi confessoris tui atque pontificis translationem celebrare concedis: te supplices exoramus: vt eius meritis & precibus, a vitijs ad virtutes: et a carcere trāsferamur ad regnū. Per. Memoria de martyribus primo & feliciano. Oratio.

Hac nos q̄s dñe sanctorū martyrum tuorū primi & feliciani semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tue dona sentiamus. p. Ep'la. Ecce sacerdos magnus qui in vita sua in communi. fo. xi. Gr. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petijt: & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. V. Hic edmundus pauper & modicus: celum diues ingreditur: hymnis celestibus honoratur. Sequentia. Alma chorus. in cōi. fo. xj. Euange. Homo quidā peregre. in cōi. fo. xj. In tēpore pasc. Euange. Ego sum vitis vera. in commun. fo. j. Offer. Veritas mea & mia mea cū ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. in tempore paschali. alleluia. Secreta. ps. xx. Eccl'ia. Psalm. lxxxviij

Deus qui panem et vinum in corpus tuum & sanguinem ce-

lesti benedictione conuertis: concede nobis per merita beati edmundi confessoris tui atq pontificis: vt ad tuā misericordiam reuertentes, tuo bene placito confirmemur. Per dominū.

Alia secreta de martyribus.

Hiat tibi dñe q̄s hostia sacranda placabilis preciosorum celebritate martyrū tuorum primi & feliciani: que per eorum merita gloriosa, & peccata nostra purificet: & tuorū tibi vota conciliet famulorum. Per.

Mattħ. xxiiij. D Cōio. Beatus seruus quem cū venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eū. In tēpore paschali. alla alla. Postcōio.

Deus qui beatum edmundum cōfessorē tuum atq pontificē a suppliciis ad gaudia trāstulisti: tribue q̄s vt qui trāslationē eius veneramur in terris, per eius patrociniū ad celestia transferamur. Per dñm.

Alia postcommunio de martyribus.

Quesumus omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorum primi & feliciani celestibus mysteriis celebrata solennitas, indulgētiā nobis tue propitiationis acquirat. Per. ¶ Scti barnabe apłi. Offi.

Psalm. cxxxviij ichi aūt nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cōfortat⁹ est pricipatus eorū. ps. Dñe pbasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā & resurrectionem meam. Oratio.

Ecclesiā tuam q̄s dñe beati barnabe apłi tui cōmēdet oratio: & pro ea interuentor existat, quā doctrina & passiōe illustrat. Per. Epła.

Ibidem Iā nō estis. in cōi. fo. j. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabuntur. Alla.

℣. In omnem terram exiuit sonus eorum: ps. xviij & in fines orbis terre verba eorum. Sequē. Alleluia nunc decantet. in cōi. fol. ij.

Secundum Joannem.



xv. B In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptū meum: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Iā nō dicā vos seruos: q2 seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos aūt dixi amicos: quia omnia quecūq audiui a patre meo, nota feci vobis. Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos et posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fruct⁹ vester maneat. Ut quodcunq petieritis patrem in nomine meo: det vobis. Credo. Offertoriū.

Psal. cxxxviij Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Placatiōis tibi dñe sacrificiū in hac beatissimi barnabe apostoli tui solennitate deferimus: cuius nos precibus hec redemptionis nostre suffragia, et intelligere q̄s cōcedas & assequi. Per. Prefatio. Et te dñe. Cōio

Mat. xix. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcommunio.

Sacramēta celestia q̄ pro beati barnabe apostoli tui passione

dñe tue obtulimus maiestati: ipsius nobis quesum⁹ fiát intercessiõe salutaria, in cui⁹ natalitio sunt percepta Per. ¶ Sãctorũ basilidis, cyrini, nabozis. & nazarij martyrum. Officiũ.

Psalm⁹ lxxviij. Intret in cõspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerũt tẽplũ sanctũ tuũ, posuerũt hierusalẽ in pomorum custodiã. Oratio.

Sanctorũ martyr̃ tuorum basilidis, cyrini, naboris, & nazarij (quesum⁹) dñe natalitia nobis votiua resplendeãt: & quod illis cõtulit excellẽtia sempiterna, fructibus nr̃e deuotionis accrescat. Per. Epistola. Iustorũ aie. in cõi. fo. vij. Gr. Uindica dñe sanguinem sanctorũ tuorũ qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorũ tuorum escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre. Alla. ℣. Iusti epulẽtur & exultent in conspectu dei: & delectentur in leticia. Euangel. Ecce ego mitto. in cõi. fol. ij. Offr. Exultabunt sancti in gloria: letabũtur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Da nobis quesumus dñe pure deuotionis affectũ: & sanctorũ martyrum tuorum basilidis, cyrini, naboris, & nazarij intercessionibus: etiã nostra munera propitius intuere. Per. Cõio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre, secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortipunitorum. Postcõio

Diuinis sacramẽtis referti q̃s dñe de⁹ noster: vt sctõrũ martyrum tuorũ basilidis, cyrini, naboris, & nazarij intercessiõib⁹: gaudijs mereamur interesse celestibus. Per.

¶ Sancti basilij epi & cõfes. Officiũ.



Statuit ei dñs testamentũ pacis, & principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias dñi: in eternum cantabo. Ecci xlv. D Psalm⁹ lxxxviij

Oro

Deus qui beatum basiliũ confessorem tuum doctorem precipuum, catholiceq; fidei predicatorẽ eligere dignatus es: presta quesum⁹ vt ipso pro nobis intercedente peccatorũ nostror̃ mereamur exui malis, & tibi domino sinceris mentibus deseruire. Per. Epl̃a. Ecce sacerdos magnus. in cõi. fo. x. Gr. Domine preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitã petijt: & tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculum seculi. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in eternũ ante dominum. Euange. Homo quidã peregre. in cõi. fo. xj. Offer. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. ps. xx. Ec. xxxv Psalm. lxxxviij.

Sancti basilij confessoris tui atq; pontificis supplicatione: munus oblatum domine quesum⁹ fiat nobis in perpetuũ salutare. Per Cõio. Beatus seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcõio. Matth xxiiij. D

Sumptum domine celestis remedij sacramentum: ad perpetuam nobis prouenire gratiam, beati basilij confessoris tui atq; pontificis obtineat intercessio gloriosa. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

¶ Sanctorum viti et modesti atq; crescentie martyrum. Officium.

ps. lxvii Iusti epulentur ꝛ exultent in cōspectu dei: et delectent in letitia. ps Exurgat deus ꝛ dissipētur inimici eius: ꝛ fugiāt qui oderunt eū a facie ei⁹. Or.

Concede q̄s omps deus: vt sctōrū martyrū tuorū viti ꝛ modesti atq̧ crescentie, quorū celebramus victorias: participemur ꝛ premijs. P. Epła. Iusti autem. in cōi. ſo. vij. Gr.

p. xxxiij. Clamauerūt iusti ꝛ dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. V. Iuxta est dominus his qui tri-

p. lxviij. bulato sunt corde: ꝛ humiles spiritu saluabit Alla. V. Mirabilis dn̄s nr̄ in sāctis suis.

Secundum Lucam.



xj. G In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum: ꝛ principib⁹ phariseorum. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini: q̄ consentitis operibus patrum vestrorum. Quoniam quidem ipsi eos occiderūt: vos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea ꝛ sapientia dei dicit. Mittā ad eos prophetas ꝛ apostolos, ꝛ ex illis occident ꝛ persequentur: vt inq̄ratur sanguis omnium prophetarū qui effusus est a constitutione mūdi a generatione ista, a sanguine abel iusti vsq̧ ad sanguinem zacharie, q̄ perijt inter altare ꝛ edē. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ve vobis legisperitis qui tulistis clauem scientie: ipsi non introistis, et eos qui introibant prohibuistis. Cū hec ad illos diceret: ceperūt pharisei ꝛ legisperiti grauiter insistere: et os eius opprimere de multis, insidiātes ei. Et querētes capere aliquid ex ore eius: vt accusarent eum. Offertoriū.

Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto, domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. ps. v

Secreta.

Propitius esto domine supplicationibus nostris: ꝛ populi tui oblationib⁹ precibusq̧ susceptis: intercessione sanctorum martyrum tuorum viti ꝛ modesti atq̧ crescētie, nostra ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberi, ad celestia desideria transeamus. Per dominū

Cōio. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est ꝛ nos liberati sumus. ps. cxx

Postcōio.

Salutaris alimonie participatione refectos, beatorum martyrū tuorū viti modesti atq̧ crescentie nos dn̄e (q̄s) vbiq̧ defensiōe custodi: quorum hodie voluisti nos tēporali solennitate gaudere. Per dn̄m.

¶ In trāsla. sancti Richardi. Offm. Eccli. xlv. D

Statuit ei domin⁹ testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternum. ps Mias domini, in eternū cantabo. Psalm. lxxxviii

Oratio.

Deus qui nos translationem beatissimi confessoris tui atq̧ pontificis richardi solenniter celebrare cōcedis: tribue nobis (q̄s) eius meritis ꝛ precibus a mundi hui⁹ trāsire miseria, ꝛ ad gaudia peruenire celestia. Per dominum. Memoria de

martyribus cyrico et iulita. Oratio.
Exaudi nos domine deus noster cum sanctorum martyrum tuorum cyrici et iulite matris eius tibi patrocinio supplicantes: vt quorum celebramus triumphum, possimus retinere constantiam. Per dominum. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in diebus. in communi. fol.x. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit: et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. V. Iustus germinabit sicut lilium: et florebit in eternum ante dominum. Sequentia. Adest nobis. in communi. fo.xi. Euangelium. Homo quidam peregre. in communi. f.xi. Offertorium. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Offerimus tibi domine preces et munera suppliciter exorantes: vt intercessione beati richardi confessoris tui atque pontificis, cuius translationis solennia colimus: a vitiis ad virtutes, et a carcere transferamur ad regnum. Per dominum. Alia secreta de martyribus.

Offerimus tibi domine fidelium tuorum dona solennia, sanctorum martyrum tuorum cyrici et iulite intercessionibus confidentes: vt quod nos exequimur minus idonea seruitute, illorum potius meritis efficiatur acceptum. Per. Communio. Beatus seruus. in communi. fo.xii. Postcommunio.

Per hec sacramenta domine que sumpsimus: et per intercessionem sancti pontificis tui richardi cuius translationis diem deuote celebramus: te supplices deprecamur, vt ipsius meritis et intercessione, a tenebris huius vite ad lucem perpetuam nos transferre digneris. Per dominum. Alia postcommunio de martyribus.

Plebs tua domine per hec sancta que sumpsimus, capiat sacre benedictionis augmentum: et intercessione sanctorum martyrum tuorum cyrici et iulite, copiosis beneficiorum tuorum semper subleuetur auxiliis. Per. Sanctorum marci et marcelliani. Officium.



Salus autem iustorum a domino: et protector eorum est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per. Epistola. Lingua sapientum. in communi. f.vii. Gr. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie. V. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia. V. Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: et deducet illos in via mirabili. Euangelium. Videte ne quis. in communi. fo.ix. Offertorium. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Secreta.

Preueniat nos quesumus domine gratia tua semper et subsequatur: et has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas offerimus benignus assume: vt per intercessionem sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani, cunctis proficiat ad salutem. Per dominum. Communio. Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, michi fecistis: venite benedicti patris mei: possidete preparatum vobis regnum ab initio seculi. Postcommunio.

Vt percepta nos domine sancta viuificent: sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani merita

Margin notes: Ps.xx. Esa.xxv. Psalmus lxxxviii. Ps.xxxvi. Sap.iii Sap.x.v. Ps.cxxiii. Matth. xxv.

gloriosa nos adiuuent. Per dñm.

¶ Sctõꝝ geruasij ꝛ prothasij. Offm

Psalm⁹ lxxxviij. 
Oquetur dñs pacẽ in plebẽ suã, ꝛ sup sctõs suos, ꝛ in eos q̃ cõuertũtur ad ipsum. ℣. Bñ dixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Oꝛ.

Deus qui nos annua sanctoꝝ martyꝛum tuoꝝ geruasij et prothasij solẽnitate letificas: cõcede propitius vt quoꝝ gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per do.

Lectio epl'e btĩ pauli apl'i ad Roñ.

viij. F Ratres. Scimus qm̃ diligentibus deũ oĩa cooperantur in bonũ: his q̃ secũdũ ppositũ vocati sunt sancti. Nã quos psciuit, ꝛ predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus i multis fratribus. Quos aũt pdestinauit hos ꝛ vocauit. Et quos vocauit: hos ꝛ iustificauit. Quos aũt iustificauit: illos ꝛ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: qs cõtra nos. Qui etiã proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus

Ex. xv. a tradidit illũ. Gꝛ. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicũ.

Eccl'a. Alleluia. ℣sus. Sancti ꝛ iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi.



Secundum Marcum.

viij. a In illo tpe. Egrediente iesu de tẽplo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister, aspice quales lapides: ꝛ quales structure. Et respõdẽs ies⁹: ait illi. Uides has oẽs magnas edificationes? Nõ relinquet lapis su per lapidem: qui nõ destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum: interrogabant eum separatim petrus, et iacobus, et ioannes, ꝛ andreas. Dic nobis quãdo ista fient: et quod signum erit quãdo hec omnia incipient consummari? Et respondens iesus: cepit dicere illis. Uidete ne quis vos seducat. Multi eñ venient in nomine meo, dicentes qꝛ ego sum: ꝛ multos seducent. Cum autem audieritis bella ꝛ opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, ꝛ regnum super regnum: ꝛ erunt terremotus per loca ꝛ fames. Initiũ doloꝛum hec. Uidete autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis vapulabitis: et ante presides ꝛ reges stabitis propter me in testimoniũ illis. Et in omnes gentes primum opoꝛtet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradẽtes, nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini. Nõ enim vos estis loquentes, sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrẽ in mortẽ, ꝛ pater filiũ: ꝛ cõsurgẽt filij in parentes, ꝛ morte afficiẽt eos. Et eritis odio oĩbus: propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic saluus erit. Offertorium. Letamini in domino ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus, q̃ beatis martyribus

tuis geruasio et prothasio contulisti: vt et pro tuo nomine mori nõ pauerent: et sempiterna gloria trãsitoriã commutarent interempti. Per. Cõio. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ dñe escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre, secundũ magnitudinẽ brachij tui possi de filios mortipunitorum. Postcõio.

Benedictio tua dñe q̃s per hec sancta mysteria tuor impleat corda fidelium: vt et sanctorum martyrum tuorum geruasij et prothasij honorificent passiones: et remedia salutis eterne q̃ expetunt, eisdẽ patrocinãtib⁹ assequant. Per. ¶ In trãsla. sancti edwardi regis et mar. Offm.

Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. ps. Domine dominus noster: q̃ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. Kyrie eleyson. Orõ.

Deus eterni triumphator imperij familiã tuam propitius respice, translationẽ regis celebrantem edwardi: et presta vt sicut illum munere glorificare dignaris celesti: ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi. Per. Epl'a. Beatus vir qui inuentus. in cõi. fol. iiij. Gr. Posuisti domine super caput eius coronã de lapide precioso. v⁹. Desiderium anime ei⁹ tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. All'a. v. Beatus vir qui suffert tentationẽ: q̃m cum probatus fuerit accipiet coronã vite. Si fiant. ix. l'c. dicitur sequentia. Organicis. in cõi. fo. iiij. Euange. Si quis venit. in cõi. fo. v. Offr. Posuisti domine in capite ei⁹ coronam de lapide precioso: vitam petijt a te et tribuisti ei alleluia. Secreta.

Intuere quesum⁹ domine de⁹ ad nostre humilitatis hostiã, tibi in honore sancti martyris tui ac regis edwardi oblatã: quã tibi sacrã oblationẽ mirabili dispensatione efficere voluisti: et concede nobis illius precibus ita innocenter viuere, vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. Per. Cõio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: et tollat crucem suam et sequatur me. Postcommunio. Matth. xvi.

Sancta tua nos dñe sũpta purificent: et beato martyre tuo ac rege edwardo intercedẽte, ad perpetue beatitudinis consortium perducãt. Per. ¶ Scti albani protomartyris anglorum. Officium.

In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehemẽter: desiderium anime ei⁹ tribuisti ei. ps. Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti i capite ei⁹ coronã de lapide pcioso. Or.

Deus q̃ hũc diem beati albani martyrio cõsecrasti: tribue q̃s vt cuius annuo gratulamur officio, ei⁹ continuo foueamur auxilio. Per dominum nostrum iesum christum.

Lectio libri sapientie. iiii. D

Iustus si morte preoccupat⁹ fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna: neq numero annorũ cõputata. Cani autẽ sunt sensus hois: et etas senectutis vita immaculata. Placẽs deo fact⁹ dilectus: et viuẽs inter pctõres trãslat⁹ est. Rapt⁹ est ne malitia mutaret intellectũ illius: aut ne fictio deciperet animã illi⁹. Cõsumat⁹ in breui: expleuit tempora multa. Placita em̃ erat deo anima illi⁹: propter hoc properauit educere illũ de medio ini-

quitatis. Quoniam gratia dei ꝛ mi
sericordia est in sanctos eius: ꝛ respe
ps.cxi ctus in electos illius. Gr. Beatus vir
qui timet dominum: in mandatis eius cupit
nimis. ℣. Potens in terra erit semē eius: ge
neratio rectorum benedicetur. Alla. ℣.
ps.xx. Posuisti domine in capite eius: coronam de
lapide precioso. Sequentia.

Eia gaudens caterua ouanter eia. Pange sonora domino cātica: ꝛ illius enarra magnalia. Ex toto corde, ex tota virtute, ex tota anima christo iubila. Qui est sanctorū vita, virtus, gloria, premium, corona. Cuius pietas larga: comit aurea albanum laurea. Cuius precellens gratia: expurgauit eius crimina. Eius ꝛ cornu per secla: exaltat in magna gloria. Cum enim percepisset diua munera. Sancte religionis dona mystica. Aspernans idolatram regē spernit idola. Et cum iam duceretur mortis ad supplicia. Prece fugās flumina. Per fluuij glareas: sicca transiuit semita. Pari quoqꝫ gratia. Grata fontis munera: terra produxit arida. Post hec inclyta albane pater opera. Linquens hec terrestria. Scādis cum gloria: celorum dindima. Te nunc petimus patrone prece sedula. Qui es nostra vera gloria. Solue precum votis seruorum scelera. Exora pro gente anglica: ꝛ pro eius pace eterna. Ter dicitur ℣. predict⁹. Et nobis tibi supplicibus vite vera impetra gaudia. Ubi sonat iugiter alleluia. Euangelium Si quis vult post me. in communi. fo. v. Offertor.
Ibidem In virtute tua domine letabitur iustus: ꝛ su
per salutare tuum exultabit vehementer: desi
derium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Sicut in beati albani martyris tui veneratione te mirabilem predicamus: sic domine apud clementiam tuam, per hec pie placationis officia: pro nobis quesumus ipse plus interuentor existat. Per dominum nostrum. Cōio Magna est gloria
eius in salutari tuo: gloriam ꝛ magnū deco- Psal. lxxxv
rem impones super eum domine. Postcōio

Ut tua nos domine sacramenta purgent a crimine: sanctā maiestatem tuam (quesumus) beat⁹ martyr albanus semper imploret. Per dominum. ¶ In vigilia sancti ioannis baptiste. Officium.



Ne timeas zacharia: exaudita est oratio tua: et elizabeth vxor tua pariet tibi filiū, ꝛ vocabis nomē eius ioannem: et erit magnus coram domino ꝛ spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: et multi in natiuitate eius gaudebunt Lu.i.
ps. Domine in virtute tua letabitur rex: et ps.xx.
super salutare tuum exultabit vehementer.

Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt familia tua per viā salutis incedat: ꝛ beati ioannis christi precursoris hortamenta sectēdo: ad eum quem predixit secura perueniat, dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat. Memoria de sancta etheldreda. Oratio.

Deus q̄ nos hodie beate etheldrede virginis tue annua solennitate letificas: cōcede propitius vt eius adiuuemur meritis, cuius castitatis irradiamur exemplis. Per.

Lectio hieremie prophete.

In diebus illis. Factum est verbum dn̄i ad me dicens. Priusq̄ i.A
te formarem in vtero, noui te: et an-

teq̃ exires de vulua, sanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi. A a a domine deus, ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer sum: quoniam ad omnia que mittã te, ibis: & vniuersa que mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum sum vt eruam te: dicit dominus. Et misit dominus manum suam: & tetigit os meum. Et dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gẽtes & super regna: vt euellas & destruas, et disperdas, & dissipes, et edifices & plantes. Dicit dominus omnipotens. Gr. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat ioannes, hic venit. ℣. Ut testimonium perhiberet de lumine: & parare domino plebem perfectam. Si dñica fuerit: dicit Alla. ℣. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis ante dñm parare vias eius.

Initium sancti euangelij. Secundum Lucam.



Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidã nomine zacharias, de vice abia: & vxor illius de filiabus aaron: & nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnib⁹ mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius: eo q̃ esset elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cũ sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deum secundum consuetudinem sacerdotij: sorte exijt vt incẽsum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi: erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini: stãs a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum ãgelus. Ne timeas zacharia: quoniam exaudita est depcatio tua. Et vxor tua elizabeth pariet tibi filium: & vocabis nomẽ eius ioãnem. Et erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus corã domino, Uinum & siceram non bibet: & spiritu sancto replebit adhuc ex vtero matris sue, & multos filiorum israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spiritu & virtute helie: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. Parare domino: plebem perfectam. Offertoriũ. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eũ super opera manuum tuarũ dñe. Secr.

Da quesumus omnipotẽs de⁹ vt (sicut beatus ioannes baptista astruxit) agnus ille tuus qui presentibus mysterijs declarat⁹ est: peccata nostra semper emũdet. Qui tecum viuit & regnat. Alia secreta de sancta etheldreda.

Que in hoc altari domine preposita oculis tue maiestatis offerimus: sancte etheldrede virginis tue supplicationibus (quesumus) ppitiatus assume. Per dominum nostrum iesum christum. Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eũ domine. Postcommunio.

Beati ioannis baptiste nos domine preclara comitetur oro: et quem venturũ esse predixit, poscat nobis fore placatum: dominum nostrum iesum christum filium tuum.

Alia postcõio de sancta etheldreda.

Quesumus omnipotens deus: vt quod de mensa celesti percepimus, intercedẽte beata etheldreda virgine tua nostros semp ad te trahat affectus. Per dominũ nostrum.

¶ In die sancti ioã. bapti. Officium

ec, xlix.a 
De ventre matris mee vocauit me dominus nomie meo: et posuit os meum vt gladiũ acutũ: sub tegumento man⁹ sue ptexit me: posuit me quasi sagittam electam.
ps.xci. Ps. Bonum est confidere domino: et psallere nomini tuo altissime.

Oratio.

Deus qui presentem diem honorabilem nobis in beati ioãnis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. Per dominum.

Lectio Esaie prophete.

xlix.A Audite insule: et attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum, in vmbra manus sue protexit me: et posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscõdit me: et dixit michi. Seruus meus es tu israel: quia in te gloriabor. Et nũc hec dicit dominus: formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gẽtiũ: vt sis salus mea vsque ad extremum terre. Reges videbunt, et consurgent principes: et adorabunt dominũ deũ tuum: et sanctum israel qui elegit te.

Gr. Priusque te formarem in vtero, noui te: Hie.j.B
et anteque exires de ventre, sanctificaui te. V⁹. Misit dominus manũ suã et tetigit os meũ, et dixit michi. Alla. V. Inter natos mulierum non surrexit maior ioanne baptista. Eccla.

Sequentia.

Sancti baptiste christi pconis. Solennia celebrantes morib⁹ ipsum sequamur. Ut ad vitam quã predixit, asseclas suos perducat. Deuoti te sanctissime hominum amice iesu christi flagitamus: vt gaudia pcipiamus. Sequens v. dicitur in natiuitate eiusdem tm̃. Apparẽsque zacharie gabriel repromisit: qui tuam celebrarent obsequijs natiuitatem. Sequẽs v. dr in decollatione eiusdẽ tm̃. Maxima que dantur sanctis in celo: qui martyrij tui congaudemus victorijs in die ista. Ut per hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sãcti dei sacris delicijs leti congaudẽt. Tu qui preparas fideliũ corda. Ne quid deuium vel lubricum deus in eis inueniat. Te deposcimus vt crimina nostra. Et facinora continua prece studeas abolere. Placatus. Ut ipse suos. Semper misereri. Fideles Et mansionẽ. In eis facere. Dignetur. Ut agni bellere quem tuo digito Mundi monstraueras tollere crimina: nos velit induere. Ut ipsum mereamur angelis associati. In alba veste sequi per portã clarissimam. Amice christi ioannes. Iste vltimus v. dicitur ter in vtroque festo. Sec. Lucã. xci

In illo tempore. Elizabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cũ illa: et congratulabantur ei. Et factũ est i.f



in die octauo venerunt circuncidere puerum: & vocabant eum nomine patris sui zachariam. Et respondẽs mater eius: dixit. Nequaq̃: sed vocabitur ioannes. Et dixerunt ad illam quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius: quẽ vellet vocari eũ. Et postulans pugillarem: scripsit dicens. Joannes est nomẽ eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem ilico os eius, & lingua eius: & loquebatur benedicens deũ. Et factus est timor super omnes vicinos eorũ: & super omnia montana iudee diuulgabantur omnia verba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in cor de suo: dicẽtes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cũ illo. Et zacharias pater eius implet⁹ est spiritu sancto: & prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebis sue. Credo. Offertoriũ.

xxi Justus vt palma florebit, sicut ced⁹ que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Tua nos domine muneribus altaria cumulamus, illi⁹ natiuitatem honore debito venerãtes et opem nobis affore deprecantes, q̃ saluatorem mundi & cecinit affuturũ: & adesse mõstrauit presentem: iesum christum filium tuum. Qui tecum.

x.f. Prefatio quotidiana. Cõmunio.

puer propheta altissimi vocaberis, preibis enĩ ante faciẽ dñi parare vias ei⁹. Postcõ.

Sumat ecclesia tua deus, beati ioannis baptiste generatione letitiam: per quem sue regenerationis cognouit auctorem: dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Per totas oct. dr eadem missa de sancto ioãne: nisi festum intercurrat, et nisi in dñica: sed sine sequentia & Credo: & nisi missa Salus populi. vel missa dñicalis ex necessitate cantanda fuerit: & quando dicit mis. de festo loci, vel de sãcta virgine maria. Sãctorum ioannis & pauli martyrum. Officium.



Multe tribulationes iustorum: et de his omnibus liberauit eos dominus: domin⁹ custodit oia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Ps. Benedicam dominum in omni tpe: semper laus eius in ore meo. Oratio p. xxxiij

Quesumus omnipotens deus, vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat: q̃ de beatorum ioannis & pauli glorificatiõe procedit: quos eadem fides et passio vere fecit esse germanos. Per dñm. Memoria de sancto ioãne baptista. vt supra. Epistola. Hi sunt viri. i cõi. fo. vij. Gr. Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum, habitare fratres in vnum. V. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam aaron. V. Mandauit dominus benedictionem, & vitam vsq; in seculum. Alla. V. Isti sunt due oliue & duo candelabra lucẽtia ante dominum, habent potestatem claudere celum nubibus, & aperire portas eius: quia lingue eorum claues celi facte sunt. Si dñica fuerit dr sequẽtia. Ecce pulchra canorum. in cõi. fo. viij. Euang.

p. cxxxij

Ecclia.

Attendite a fermento. in cõi. folio. ix

ps. v Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto: domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Hostias altaribus tuis domine placationis imponimus: potentiam tuam in sanctorum tuorum ioannis et pauli passionibus honorando, et per eos nobis implorando veniam peccatorum. Per dominum

sap. iij nostrũ. Cõio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos: tanquam aurũ in fornace probauit eos, et quasi holocausta accepit illos. Postcõmunio.

Sumptis sacramentis plebs tua domine quesumus repleta proficiat: et eorum fulta presidiis quorum natalitia celebrat: quod temporaliter deuota sectatur, eternũ cõsequi mereatur. Per dñm. In vig. apostolorum petri et pauli. Officium

io. xxi. e. Dicit dominus petro, cum esses iunior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extẽdes manus tuas, et alius te cinget: et ducet quo tu nõvis: hoc autem dixit, significãs qua mor

ps. xviij te clarificaturus esset deum. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus qui nos beatorum apostolorum tuorum petri et pauli natalitia gloriosa preuenire concedis: tribue quesumus eorũ nos semper et beneficiis preueniri, et orationibus adiuuari. Per dominum. Memoria de sancto leone. Oratio

Deus qui beatum leonem pontificem sanctorum tuorũ meritis coequasti: concede propitius ut qui commemorationis eius festa recolimus, vite quoque eius imitemur exempla. Memoria de sancto ioanne baptista.

Lectio actuum apostolorum.

iij. a. In diebus illis. Petrus et ioannes ascendebant in templum: ad horam orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris sue, baiulabatur: quem ponebãt quotidie ad portam templi que dicitur speciosa: ut peteret elemosynã ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset petrum et ioannem incipientes introire in templum: rogabat ut elemosynam acciperet. Intuens autem in eum petrus cum ioanne dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturũ ab eis. Petrus autem dixit. Argentum et aurum non est michi: qd autẽ habeo hoc tibi do. In noĩe iesu christi nazareni: surge et ambula. Et apprehensa eius manu dextera, alleuauit eum: et protinus consolidate sunt bases eius et plante. Et exiliens stetit: et ambulabat. Et intrauit cum illis in templum ambulans et exiliens: et laudans deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem: et laudãtẽ deũ. Cognoscebant autem illum: quoniã ipse erat qui ad elemosynam sedebat ad speciosam portam templi. Et repleti sunt stupore et extasi: in eo quod contigerat illi. Gr. In omnem terram exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamẽtũ. Si dominica fuerit. Alleluia. Vsus Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorũ. Sec. Ioã.

In illo tempore. Dixit iesus simoni petro. Simon ioannis, diligis me plus his? Dixit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dixit ei.



Pasce agnos meos. Dixit ei iterum. Simon ioannis, diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei tertio. Simon ioannis, amas me? Contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me: & dixit ei. Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te, et ambulabas vbi volebas Cum autem senueris, extendes manus tuas: & alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autē dixit: significās qua morte clarificaturus esset deum. Offerto. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Munera domine tue propitiationis deferimus: que tibi pro nostris grata ieiunijs, eorum (quesumus) deprecatio quorum solennia peruenimus efficiat. Per dominum.

Alia secreta de sancto leone.

Annue nobis domine vt per intercessionē beati leonis confessoris tui atq; pontificis, hec nobis prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta Per dominum. Communio. Simon ioānis diligis me plus his? dn̄e tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Postcōio.

Sumpsim⁹ domine diuina mysteria, beatorum apostolorum tuorum petri & pauli desiderata solēnia precurrentes: presta quesum⁹ vt eorum supplicationibus muniamur quorum regimur principatu. Per.

Alia postcommunio de sancto leone

Sumentes domine diuina mysteria, sancti leonis cōfessoris tui atq; pōtificis pia nos (quesum⁹) intercessio prosequatur: vt cuius solennia recensemus, optata presidia sentiamus. Per dominū. ¶ In die apostolorum petri & pauli. Officiū.



Nunc scio vere q[uia] misit domin⁹ angelum suum: & eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorū. Ps. Et petrus ad se reuersus dixit. Ac. xij. c

Oratio.

Deus qui hodiernam diē apostolorum tuorum petri & pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptū, per quos religiōis sumpsit exordiū. Per. Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Misit herodes rex manus: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrē ioannis, gladio. Uidens autē quia placeret iudeis: apposuit apprehēdere & petrum. Erant autē dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem: tradēsq; quatuor quaternionibus militū ad custodiendū, volens post pascha producere eum populo. Et petrus quidē seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset herodes, in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duab⁹: et custodes ante ostium custodiebant car- xij. C

cerem. Et ecce angelus domini astitit: & lumē refulsit in habitaculo carceris. Percussoq3 latere petri: excitauit eum, dicens. Surge velociter. Et ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuū: & sequere me. Et exiens sequebatur eum: & nesciebat q2 verum est qđ fiebat per angelum, existimabat aūt se visum videre. Trāseuntes autem primam & secundā custodiam: venerunt ad portam ferreā que ducit ad ciuitatē, que vltro aperta est eis. Et exeuntes processerūt vicum vnum: & continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus: dixit. Nunc scio vere quia misit dñs angelum suum, et eripuit me de manu herodis: & de omni expectatione
Ps.xliiij plebis iudeorum. Grad. Cōstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alla. ℣. Tu es simon bar-
Matth. xvj. D iona, cui caro & sanguis non reuelauit verbum patris: sed ipse pater qui est in celis.

Sequentia.

Laude iocunda melos turma persona. Iungēdo verba symphonie rithmica. Concrepans inclyta armonia: vera celi lumina. Luce qui aurea illustrarunt mūdi regna omnia. Vernant fortia iam quorum trophea: in celi regia. Quorum merita dissoluant crimina: hac die fulgida. Nam alter crucis supplicio triūphans, alter ensis iugulo: vterq3 nitet laurea. Et super sublimes sydera insignes victoria, celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre qui maritima reseras claudis verbo celi limina. Sume pius vota fidelia: peccati cuncta dissoluendo vincula. Sacra paule ingere dogmata: illustrās plebis pectora. Et quousq3 det deus perfecta: vltra fer mentes sydera. Pulchris qua resultet musica virtutum fidibus, atq3 melis concinna. In qua symphonia miscetur & illa que vere diatesseron prima. Constans virtute et iustitia. Temperantia & prudētia. Quibus supera agmina rite decorata: christo cantica psallunt en armonica. Nostro sint choro socia: illadent lumina quis preconia dam⁹ hyperlyrica. Sublime dicant nunc omnia amen redempta. Euange. Venit iesus in partes. in cōi. fo. xij. Credo.
Offertor. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui in omni progenie & generatione. Secreta. Ps.xliiij

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica prosequatur oratio: per quam nos & expiari tribuas & defendi. Per dominum nostrum. Prefatio. Et te dñe. Cōio. Tu es petrus: & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcōio Matth. xvj. B

Quos celesti domine alimento satiasti: quesum⁹ apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrum.

¶ In commemoratione sancti pauli. Officium.



Scio cui credidi & certus sum quia potēs est depositum meū seruare in illum diē ii.ti.j.
℣. Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā & resurrectionem meam. Oratio. Psal. cxxx

Deus qui multitudinem gētiū beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesum⁹ vt cuius natalitia colimus, et⁹ apud

te patrocinia sentiamus. Per dn̄m. Memoria de sancto petro. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis, animas ligandi atq; soluendi pontificium tradidisti: concede propitius vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. ¶ Memoria de sancto ioā. baptista. vt supra ¶ Ad Galathas.

Fratres. Notum vobis facio euangelium quod euāgelizatum est a me: quia non est secundum hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: sed per reuelationem iesu christi. Audistis enim conuersationem meam aliquādo in iudaismo: quoniam supra modū persequebar ecclesiam dei, & expugnabā illam. Et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundātius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris mee, et vocauit per gratiam suam vt reuelaret filium suum in me vt euangelizarem illum in gentibus: continuo nō acquieui carni & sanguini. Neq; veni hierosolymā ad antecessores meos apostolos: sed abij in arabiam, & iterum reuersus sum damascū. Deinde post ānos tres veni hierosolymā videre petrum: & mansi apud eū diebus quindecim. Alium autē apostolorum vidi neminem: nisi iacobū fratrem domini. Que autem scribo vobis: ecce coram deo, quia nō mētior. Deinde veni in partes syrie & cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesijs iudee: que erant in christo iesu. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequebatur nos aliquādo, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant dominum nostrū iesum christum. Gr. Qui operatus est petro in Ga. ij. b. apostolatum, operatus est & michi inter gentes: & cognouerunt gratiam dei que data est michi. V. Gratia dei in me vacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. Alla. V. Magnus sanctus paulus vas electionis, vere Ecclia. digne est glorificandus. Sequen. Solennitas sancti pauli. require supra i conuersione eiusdem. Euang. Dixit simon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia. in cōi. fol. ij. Credo. Offr. Michi autem nimis honorificati Psalm. cxxxviij sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Oblationem tibi domine votiuam deferimus deprecātes: vt ad laudem tui nominis & apostolice reuerentiam dignitatis, & ad nostrū proueniat sanctificata presidiū. Per dominum nostrum. Alia secreta.

Ecclesie tue quesumus domine preces & munera beati petri apostoli tui commēdet oratio: & quod pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad veniam. Per. Prefatio. Et te domine. Cōio. Amen dico vobis quod vos Matth xix. D qui reliquistis omnia & secuti estis me, centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Postcommunio.

Da quesumus omnipotēs de⁹, vt ecclesia tua & sacramentis refecta salutaribus: & beati pauli apostoli tui fulta supplicationib⁹: sic presentia dona percipiat, vt capere mereatur eterna. Per. Alia post cōio.

Letificet nos quesumus domine munus oblatum: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilē predicamus: sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per dn̄m.

¶ In octa. sancti ioānis baptiste. Introi. or. epistola. grad. alla. offerto. &

communio: sicut in prima die dican-
tur cum euangelio sequenti.

Secundum Lucam.



i.B In illo tẽpore. Dixit ad zacha-
riam angelus. Ne timeas za-
charia: quoniam exaudita est depre
catio tua. Et vxor tua elizabeth pa-
riet tibi filium: ⁊ vocabis nomẽ eius
ioannem. Et dixit zacharias ad an-
gelum. Unde hoc sciam? Ego enim
sum senex: ⁊ vxor mea processit in die
bus suis. Et respondens angelus: di
xit ei. Ego sum gabriel qui asto ante
deũ: et missus sum loqui ad te, ⁊ hec
tibi euangelizare. Et ecce eris tacẽs,
⁊ non poteris loqui vsq; in diem quo
hec fiant: pro eo q non credidisti ver-
bis meis: que implebuntur in tempo
re suo. Et erat plebs expectãs zacha
riam: et mirabantur q tardaret ipse
in templo. Egressus autem non po-
terat loqui ad illos: et cognouerunt
q visionem vidisset in templo. Et ip
se erat innuens illis: ⁊ permãsit mu-
tus. Et factũ est vt impleti sunt dies
officij eius: abijt in domum suam.
Post hos autem dies concepit eliza-
beth vxor eius: ⁊ occultabat se men-
sibus quinq;, dicẽs. Quia sic fecit mi
chi dominus: in diebus quibus respe-
xit auferre opprobrium meum, inter
homines. ¶ Si iste octaue in sabba-
to vel in dominica euenerint: missa
de octaua dicetur in capitulo.

¶ In visitatione btẽ marie. Officiũ.





Gaudeamus omnes in domino, diem fe- Eccl
stũ celebrantes: sub honore marie vir-
ginis: de cuius visitatione gaudẽt an
geli ⁊ collaudant filium dei. ps. Eru- ps.li
ctauit cor meum verbum bonum: dico ego o-
pera mea regi. Oratio.

Deus qui sacratissimam virgi
nem mariã, vnigeniti tui ma-
trẽ mutue consolationis gratia bea
tam elizabeth visitare fecisti: cõcede
propitius nobis famulis tuis: vt eius
visitationibus assidue consolemur,
⁊ a cũctis aduersitatibus tuo muni-
mine protegamur. Per eundem.

Mẽoria nulla. ¶ Lectõ libri sapiẽtie. Can
Ego flos campi: ⁊ lilium cõual ij.A
lium. Sicut liliũ inter spinas:
sic amica mea inter filias. Sicut ma
lus inter ligna syluarum: sic dilectus
meus inter filios. Sub vmbra illius
quem desiderabã sedi: ⁊ fructus eius
dulcis gutturi meo. Introduxit me

rex in cellā vinariā: ordinauit in me charitatē. En dilectus meus loquit mihi. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea: et veni. Iā enī hyems trāsijt: imber abijt et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tēpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra. Fic⁹ protulit grossos suos: vinee florentes odorem suum dederunt. Surge propera amica mea: colūba mea i foraminibus petre, in cauerna macerie. Ostēde michi faciē tuā: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: et facies tua decora. Gr. Bndicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quē totus nō capit orbis: in tua se clausit viscera fact⁹ homo. Alla. V⁹. Mater mirifica summa per gratiā dona multiplica: ditans ecclesiam: sacris virtutibus tollens dissidium, confer petentibus tuum presidium. Sequentia.

Celebremus in hac die, festū domus zacharie: laudib⁹ letitie. Cōtēplemur ibi gestū, et de gesto fiat festū: iā domus ecclesie. Thema iam solennitatis, copiose charitatis, gra recolitur. Quā elizabeth beata: senectute fecūdata: suscepisse scribit. Orbis totus gratuletur, toto corde veneretur: dulcis visitatio. Cōpassiui cordis benignitas, excessiua stat⁹ humilitas: sacra consolatio. In introitu marie, prolē matrē prophetie: spiritus illuminat. Cōfortata gemitū, roborata debitum: felix parens terminat. Ergo festi hanc actricem, lauda dei genitricem: sion ex precordijs. Quicquid dicas de benigna, minus est a laude digna: debitis preconijs. Visitatrix in montanis, visitatrix in his planis: sis matris ecclesie. Medicina christiana, quod nō valet vis humana: fias dono gratie. Benedicta mulierum, sydus maris, lumē verum, mestum consolare clerum, populum irradia. Benedicto ventris tui, fructu dona nobis frui: sicqz sim⁹ semper sui in perenni gloria. Amen.

Secundum Lucam.



In illo tempore. Exurgēs maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem iuda, et intrauit in domum zacharie: et salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth, et exclamauit voce magna, et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniā perficientur in te ea que dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit spūs me⁹: in deo salutari meo. Credo. Offertor. Aue maria gratia plena, dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Ecclesie tue qs domine oblatiōnē propitius intuere: et intercedente gloriosa virgine dei genitrice maria, vnitatis ac pacis semper eidem dona concede. Per eundē dñm.

Prefatio Et te in visitatione. Cōio. Eccl'ia. Beata viscera marie virginis: que portauerunt eterni patris filium. Postcōio.

Deus qui mediante beata virgine maria mūdo succurristi perdito: ipsius gloriosis meritis ꝛ pcibus interueniētib⁹, cōcede placat⁹ vt (ab ecclesie tue regno omniū scandaloꝝ perturbatione remota) in tua semper pace tibi debite famuletur. Quibuis. Per totas octauas dicantur seque. sicut infra oct. assumptionis eiusdem cum missa predicta. In octa. die dicatur Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. cū tarsura Spiritus ꝛ alme. Sequentia.

Veni mater gratie, fons mie: miseris remediū. Veni lux ecclesie, tristibus letitie: tu infunde radium. Te reginam colimus, tibi laudes canim⁹: ex affectu cordiū. Que es in angustijs, ꝛ in rebus dubijs: sal⁹ ꝛ solatiū. O stella pfulgida, tu dira certamina maris hui⁹ reprime. Simonis nauicula, filij tunicula: ne scindātur prohibe. Portus nauigantium, preces supplicantiū filiorum suscipe. Cōsolare flebiles, iuua pusillanimes ꝛ errantes corrige. Que deum hominibus, ꝛ una celestib⁹, iungis o puerpera. Hereses interime, schismata tu destrue, firma pacis federa. Amen. et Benedictus marie filius.

¶ Sāctorum processi ꝛ martiniani. Ad missam. Officium.



sa. iii. B Iudicāt sācti gētes ꝛ dominātᷣ populis: ꝛ regnabit dn̄s de⁹ illoꝝ in ppetuū. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Psalm⁹ xxxiij Oratio.

Deus qui nos sanctorum martyrum tuorum processi ꝛ martiniani cōfessionibus gloriosis circūdas ꝛ protegis: da nobis ex eoꝝ imitatione proficere, ꝛ intercessione gaudere. Per dominum nostrum. Memoria de sancto Swithino.

Deus qui hodiernam diem sacratissimā nobis in beati Swithini confessoris tui atq; pōtificis depositione celebrare concedis: adesto propitius ecclesie tue precibus: vt cuius gloriatᷣ meritis, muniatur suffragijs. Per dominum. Memoria de apostolis. Epistola. Sancti per fidē vicerunt regna. in cō. fo. vj. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticum nouū laus eius in ecclesia sanctorum. Alla. ℣. Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: ꝛ deducet illos in via mirabili. ps. cxli[...] Sa. x.

Secundum Marcum.



xiiii. In illo tpe. Sedente iesu super montem oliueti: accesserūt ad eum discipuli secreto, dicentes. Dic nobis quando hec erunt: et quod signum aduentus tui ꝛ consummationis seculi: Et respondens iesus: dixit eis. Uidete ne qs vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes ego sum christus, ꝛ multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones prelioꝝ. Uidete ne cōturbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondū est finis. Consurget eni̅ gens cōtra gentem, ꝛ regnū aduersus regnū: ꝛ erunt pestilentie, ꝛ fames, et terremotus per loca. Hec autem oia:

initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occidēt vos: & eritis odio omnibus gentib⁹ propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: & inuicem tradēt, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophete surgent: & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui aūt perseuerauerit usq; in finē: hic saluus erit. Offr. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto, domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Suscipe dn̄e preces et munera oblata: que ut tuo digna sint cōspectui, sanctorū martyrū processi et martiniani precibus adiuuemur. Per. Alia secre. de sancto Swithino.

Suscipe clementissime de⁹ munus quod maiestati tue offerimus: & intercedente beato Swithino confessore tuo atq; pontifice, ad vtriusq; vite prosperitatem illud nobis prouenire concede. Per dominum. Alia secreta de apostolis. vtsupra. Cōio. Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. Postcommunio

Quesumus domine diuino refecti mysterio: vt qui sanctorū martyrum processi et martiniani tēporali cōmemoratione gaudemus: eorum intercessionibus in ea numeremur sorte salutis, in qua illi sunt tua gratia gloriosi. Per dominum. Alia postcōio de sancto Swithino.

Deus qui nos a delictorū contagiis tuorum expias perceptione sacramentorū: presta quesumus vt beati Swithini cōfessoris tui atq; pontificis meritis, a cūctis eruamur aduersis, & celestis vite deliciis perfruamur. Per dominum nostrū. Alia postcōio de apostolis. vtsupra.

¶ Missa de apl'is petro & paulo infra octa. quando de eis fit seruitium.



Nimis hono rati sunt amici tui de⁹: nimis cōfortat⁹ est pricipatus eorū. Ps. Dn̄e probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā & resurrectionem meam. Psalm⁹ cxxxviij. Oratio.

Deus qui hodiernam diē apostolorum tuorum petri & pauli martyrio consecrasti: da eccl'ie tue eorū in oīb⁹ seq; preceptū, p quos religiōis sūpsit exordiū. p. Ep'la. Iā nō estis hosp. in cōi. f. j. Gr. Constitues. Alla. V. Nimis ho. Euā. Hec mādo vo. Credo. Offr. Cōstitues. in communi. fo. ij. Secreta.

Hostias dn̄e quas noī tuo sacrādas offerim⁹, apl'ica prosequat orō: p quā nos expiari tribuas & defēdi. p. Pref. Et te do. Cō. Uos q̄ secuti estis me: sedebitis super sedes iudicātes duodeci trib⁹ israel: dicit dn̄s. Math. xix. D Postcōio.

Quos celesti dn̄e alimēto satiasti: quesum⁹ apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per. ¶ In transla. & ordinatione sancti martini. Officium.



Statuit ei domin⁹ testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternum. Ps. Mias domini, in eternū cantabo. Eccli. xlv. D Psalm. lxxxviij. Oratio.

Deus q̄ populo tuo eterne salutis beatum martinū ministrū cōcessisti: presta q̄s vt qui executor mādatorū tuorū extitit in terris, intercessor noster semper esse dignetur in celis. Per dn̄m. Memoria de visita. & de apostolis. Epistola. Ecce sacerdos. in cōi. fo. x. Grad. Inueni da-

Psalm⁹ lxxxviij — uid seruum meū oleo sancto meo, vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachiū meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo, ꝛ filius iniquitatis nō nocebit eum. Alla. ℣. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotem magnum in populo suo. — Eccl'a. Sequentia.

SAcerdotē xp̄i martinū cuncta per orbē canat ecclesia pacꝫ catholice. Atqꝫ illius nomē omnis hereticus fugiat pallidus. Pānonia leteẗ genitrix talis filij. Italia exultet altrix tanti iuuenis. Et gallie trina diuisio sacro certet litigio: cuius esse debeat presul. Sed pariter habere se patrem omnes gaudeant: turoni soli eius corpus foueant. Huic francorum atqꝫ germanie plebs omnis plaudat Quibus videndū impinxit dn̄m in sua veste. Hic celebris est egyptijs patribus: grecie quoqꝫ cunctis sapientib⁹. Qui impares se martini meritis sentiunt, atqꝫ eius medicamini. Nā febres sedat: demonesqꝫ fugat: paralytica membra glutinat. Et mortuorū sua prece triū reddit corpora vite pristine. Hic ritus sacrilegos destruit: et ad christi gloriam dat ignibus idola. Hic nudis mysteria brachijs conficiens: pretectus est celesti lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis viribus suspensus, terrena cūcta respuit. Eius ori nunq̄ christus defuit: siue iustitia, vel quicquid ad veram vitam pertinet. Igitur te cuncti poscimus o martine: vt qui multa mira hic ostēdisti. Etiam de celo gratiā christi nobis supplicatu tuo semper infundas. Secundum Lucam.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Nolite timere pusill⁹ grex: q2 cōplacuit patri vr̄o dare vobis regnū. Uendite que possidetis: et date elemosinam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt: thesaurū non deficientem in celis, quo fur non appropiat, neqꝫ tinea corrūpit. Ubi est enim thesaurus vester: ibi ꝛ corde strum erit. Offr. Ueritas mea ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. — Psalm lxxxviij. Secreta.

INtercessio q̄s dn̄e beati martini cōfessoris tui atqꝫ pontificis munera nostra cōmendet: nosqꝫ maiestati tue semper reddat acceptos. Per. Cōio. Fidelis seruus ꝛ prudens quē constituit dn̄s super familiā suā: vt det illis in tempore tritici mensuram. — Matth. xxiiij. Postcōio.

PResent nobis dn̄e q̄s sumpta sacramenta presidiū salutare: ꝛ interuenientibus beati martini cōfessoris tui atqꝫ pōtificis meritis, ab omnibus nos absoluant peccatis. Per dominum nostrum iesum xp̄m.

¶ In octaua apostolorum petri et pauli. Officium. — Ec. xliiij



Sapientiā sanctorū narrant populi: ꝛ laudē eorū nunciat eccl'ia: noīa autē eorū viuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. — ps. xxxij. Oratio.

DEus cuius dextera beatū petrum apostolū ambulantē in fluctibus ne mergereẗ erexit: ꝛ coapostolum eius paulū tertio naufragātē de pr̄ūdo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, ꝛ concede vt amborū meritis eternitatis gloriam cōsequamur. Qui vi. Mēo. de visi. b. ma. ep'la Hi sunt viri mie. in cōi. to. vij. Gr. Iustorū anime in manu dei sunt, ꝛ nō tāget illos tormētū malitie. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Alleluia. ℣⁹ Isti sunt due oliue ꝛ duo cādelabra lucentia ante dominum, habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas eius, q2 lingue eorū claues celi facte sūt. — Sap. iij. Eccl. — Ec. xliiij

Sequen. Ecce pulchra. in cõi. fo. viij.
Secundum Mattheum.



In illo tempore. Iussit iesus discipulos suos ascẽdere in nauiculã, et precedere eũ trans fretum: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto: solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim ventus cõtrarius. Quarta autẽ vigilia noctis, venit ad eos ambulãs supra mare. Et vidẽtes eũ supra mare ambulãtẽ: turbati sunt dicẽtes, q2 fãtasma est. Et pre timore clamauerũt: statimq3 iesus locut9 est eis, dicẽs. Habete fiduciã: ego sum, nolite timere. Respondens autẽ petrus: dixit. Dñe, si tu es: iube me venire ad te sup aquas At ipse ait. Veni. Et descendẽs petr9 de nauicula, ambulabat super aquã vt veniret ad iesum. Videns vero vẽtum validum timuit, et cum cepisset mergi, clamauit dicens. Domine saluum me fac. Et continuo iesus extendens manum apprehendit eum, et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset iesus in nauiculam: cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant: venerunt et adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es. Nõ dicitur Credo, nisi dominica fuerit. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Intẽde precamur altissime deuota q̃ reddimus tibi: q̃ et placita fieri eorũ precibus cõcede, p quorum deferuntur honore. Per. Prefa. Et te dñe. Cõio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie, visi sunt oculis insipientium mori, illi autẽ sunt in pace. Postcommunio.

Sumpta dñe sacramenta celestia: beatis apostolis tuis petro et paulo deprecantibus, remediũ nobis celeste concilient. Per dñm.

¶ Translatio sancti thome. Offm.



Gaudeamus omnes in domino, diem festũ celebrantes: sub honore thome martyris: de cuius passione gaudent angeli, et collaudant filium dei. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio

Deus q nos beati thome martyris tui atq3 pontificis translationem celebrare cõcedis: te suppliciter exoramus: vt eius meritis et precibus a vitijs ad virtutes, et a carcere transferamur ad regnum. Per dominum nostrum. Memoria de visi. Epistola. Omnis põtifex. in cõi. f. v. Gr. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorũ eius non fraudasti eum. Alla. V. Gloria et honore coronasti eum domine: et constituisti eum super opera manuum tuarũ. Sequẽtia. Solenne canticum hodie. quere supra in alio fest. infra octa. natiuita Euã. Homo quidã nobilis. i cõi. f. vi. Offer. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt a te et tribuisti ei, alleluia. Secreta.

Deus qui panẽ et vinũ in corp9 tuum et sanguinẽ celesti bene-

diccione cōuertis: cōcede nobis p merita beati thome martyris tui atq pōtificis: vt ad tuā miam reuertētes tuo beneplacito conformemur. Qui
ps.xx. vi. Cōto Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorē impones super eum domine. Postcommunio.

Deus qui beatum thomā martyrem tuū atq pōtificē a suppliciis ad gaudia transtulisti: tribue quesumus vt qui translationē ei9 veneramur in terris, per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per.

¶ Notādū est q proxima dñica post fes. trans. sancti thome mar. celebrat festum reliquiarum ecclesie Sar.

¶ In die reliquiarum. Officium.
Ec.xliiii Sapientiam sanctorū narrāt populi: & laudē eorū nūciat eccl'ia, nomina autem eorū viuent in seculū secl'i.
p. xxxij. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt sancte dei genitricis semperq virginis marie, & sanctorū tuorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia, nos protegant merita: quatenus eorum precibus trāquilla pace in tua iugiter laude letemur. Per eundem. Epistola. Hi sunt
ps.cxlix viri. in cōmuni. fo. vij. Grad. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilib9 suis. V. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Alla. V. Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Sequentia. Ecce pulchra. in communi folio. viij. Euangelium. Uidens iesus turbas.
Lx.xv.a in communi. fo. viij. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis: de9 israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue, benedictus deus alleluia. Secreta.

Munera tue misericors de9 maiestati oblata benigno q̄s intuitu aspice: vt eorum nobis fiāt precibus salutaria, quorū sacratissime in hac basilica reliquie sunt recōdite.
Per. Cōto Gaudete iusti i dño alla: rectos decet collaudatio. Postcōmunio ps.xxxij

Diuina libātes mysteria q̄s domine: vt eorū nos vbiq intercessio protegat, quorū hic sacra gaudemus habere patrocinia. Per dñm

¶ Sctōrū septē fratrū mar. Officiū. p.cxij

Laudate pueri dñm, laudate nomē dñi: q habitare facit sterilē in domo, matrē filiorū letātē. p. Sit nomē dñi benedictū: ex hoc nūc et vsq in seculum. Oratio.

Presta q̄s omps de9: vt q gloriosos martyres tuos felicē, philippū, vitalē, martialem, alexandrū, siluanū, & ianuarium fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nr̄a intercessiōe sentiam9. Per.
Epl'a. Rememoramini. in cōi. fol. vij p.cxxiiij
Gr. Aīa nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. V. Laqueus contritus est: & nos liberati sumus, adiutorium nostrum in nomine dñi: qui fecit celum & terrā. Alla.
V9. Laudate pueri dñm: laudate nomē dñi. V. Sit nomē dñi bn̄dictū: ex hoc nūc & vsq in seculū. Et dicit cū vtroq V. hac die sicut in sabba. in hebdoma. pasche.



Secundum Mattheum.

xii. C In illo tẽpore. Loquẽte iesu ad turbas: ecce mater eius & fratres stabãt foris, querentes loqui ei. Dixit autẽ ei quidã. Ecce mat tua et fratres tui foris stant, querentes te. At ipse rñdẽs dicẽti sibi, ait. Que est mr mea, & qui sunt fres mei? Et extẽdẽs manũ in discipulos suos: dixit. Ecce mr mea, & fratres mei. Quicũq3 eñ fecerit volũtatẽ patris mei qui in celis est: ipse meus frater, et soror et mater est. Offer. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus cõtritus est, & nos liberati sum⁹. Secreta. ps. cxxiii

Respice dñe oblationes fideliũ: vt tibi grate sint in tuorũ passione sanctorũ: q germano amore te diligẽtes, sua corpa martyrio tradiderũt. Per. Cõio. Quicũq3 fecerit volũtatẽ pris mei qui in celis est: ipse meus frater & soror et mater est, dicit dñs. Postcõio. Matth. xii. D.

Refecti dñe grẽ tue vitalib⁹ alimentis, supplices implorám⁹: vt quorũ celebramus victorias participemur & premijs. Per dominum.

Trãsla. scti bñdicti abba. Officiũ.

Os iusti meditabit sapiẽtiã: & lingua eius loquet iudiciũ: lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹. ps. Noli emulari i malignãtib⁹: neq3 zelaueris faciẽtes iniquitatem. Oratio. ps. xxxvi.

Intercessio nos q̃s dñe bti bñdicti abbatis tibi cõmẽdet: vt quod nris meritis nõ valem⁹, ei⁹ ptrocinio assequamur. p. Epla. Iust⁹ cor suũ. i cõi. f. xiiij. Gr. Os iusti meditabit sapientiã: & lingua ei⁹ loq̃tur iudiciũ. ỽ. Lex dei ei⁹ in corde ipsius & non supplantabuntur gressus eius. Alla. ỽ. Posui adiutoriũ super potẽtẽ: & exaltaui electum de plebe mea. Si fiãt. ix. l. dr sequẽ. de cõi. scz Adest no. in cõi. f. xi. Euã. Nemo accẽdit. i cõi. f. Ibidem Psalm⁹ lxxxviij.

xiiij. Offer. Desideriũ anime eius tribuisti ei domine: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum, posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Secreta.

Sacris altaribus dñe hostias superpositas, sanctus benedictus abbas (quesum⁹) in salutẽ nobis puenire deposcat. Per dominũ. Cõio. Beatus seruus quem cũ venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis, sup omnia bona sua constituet eũ. Postcõio. Matth. xxiiij. D

Protegat nos dñe cũ tui perceptione sacramenti beat⁹ benedictus abbas pro nobis intercedẽdo vt & conuersationis ei⁹ experiamur insignia: & intercessiõis ipsi⁹ percipiam⁹ suffragia. p. Translatio sãcti Withuni sociorumq3 eius. Officium.

Sacerdotes eius induam salutari: et sancti ei⁹ exultatione exultabunt. ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio. ps. cxxxi.

Omnips sẽpitne de⁹: q hodiernã diẽ honorabilẽ nobis i bti Swithini cõfessoris tui atq3 põtificis, sociorũq3 ei⁹ trãslatiõe fecisti: da ecclie tue i hac celebritate letitiã: vt quorũ solẽnitatẽ veneramur i terris, eorũ intercessiõe subleuemur i celis. p. Epla. Plures facti sũt. i cõi. f. xiiij. Gr. Sacerdotes ei⁹ induã salutari: & sancti ei⁹ exultatione exultabunt. ỽ. Illuc producã cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Alla. ỽ. Fulgebunt iusti & tanq̃ scintille in arũdineto discurrent in eternum. Nulla dr sequẽtia. Euange. Sint lumbi. in cõi. fo. xiiij. Offerto. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. Secreta. Ibidem Sap. iij. a ps. cxlix.

Respice q̃s dñe populũ tuũ ad tua sacramenta currentem, in

presenti festiuitate beati Swithini cõfessoris tui atq3 pontificis sociorũq3 eius: ⁊ concede vt ipsis intercedentibus quod in honorem tui nominis detulerunt, cunctis prosit ad veniã.
Jo.xv.c Per dominum. Cõio. Ego vos elegi de mũdo, vt eatis ⁊ fructum afferatis, ⁊ fruct⁹ vester maneat. Postcommunio

Pignus vite eterne capientes dñe humiliter imploram⁹: vt intercedente beato Swithino confessore tuo atq3 pontifice cũ socijs suis: quod imagine contigimus sacramẽti, manifesta participatione sumamus. Per. ¶ Trãslatio sancti osmũ
Eccl'ia. di episcopi ⁊ confessoris. Officium.



Gaudeamus omnes in domino, diem festũ celebrantes: sub honore osmũdi p̃sulis: de cuius trãs
ps.lxiij. latione gaudẽt angeli ⁊ collaudant filium dei. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris temporibus ad tui nominis magnificentiam, ac laudem ⁊ honorem sancti cõfessoris tui atq3 pontificis osmundi coruscare sentimus: concede propitius vt cuius translationem colimus, eius intercessionibus ⁊ in presenti seculo te glorificemus, et in futuro te perfrui mereamur. per. Ep'la. Ecce sacerdos
ps.xx. magn⁹ q̃ i vita. i cõi. f. xj. Gr. Dñe p̃uenisti eũ in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V.
ec.xxxv. Vitã petijt: ⁊ tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculum seculi. Alla. V. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternũ ante dominum. Sequentia.

Gaudeamus in messia, veritate, vita, via, beatorum gloria. Dies let⁹ celebretur, quo osmũdi decantetur honor ⁊ memoria. In sacra translatione, cuius celice persone astant reuerentia. Et collaudant natũ dei, qui vt finis omnis spei ex munificentia. Hunc osmundum confessorem parentela clariorem illustri prosapia. Ortũ fecit: qui virtutũ preter militare scutum insignitur gratia. Prudens potens temperatus, spe ⁊ fide roboratus, preminet iustitia. Et prepollet charitate, quib⁹ armis deitate datis vicit vitia. Fastum rixum ⁊ liuorem, auaritiam, torporem, gulam ludos iacula. Sternit cedit delet pellit, fugat extirpat refellit, miles absq3 macula. Gẽmas terras vestes aurum, seq3 pariter thesaurũ ponit in ecclesia. Illis decorauit chorũ: sed de se miraculorũ semper fluit copia. Claudis gressus, cecis visus, mutis lingua, mestis risus, leprosis munditia. Vita mortuis donatur, sanus redit qui precatur illum cum fiducia. Ergo presul o beate, deprecãtibus te da te semper ad solatia. A peccatis nos emunda, claritatis quo iocũda intremus palatia. Euangel'. Homo quidam peregre. in cõi. fo. xj. Offert. Psalm
Veritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in noĩe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secr. cxxxviij

Munera nostra domine quesumus meritis ⁊ intercessionib⁹ munifici confessoris tui osmũdi sanctifica: vt in filij tui domini nostri iesu christi corpus ⁊ sanguinem cõuertantur, ⁊ ad nostrarum proficiant salutem animarum. Per dominũ no.
Cõio. Beatus seruus quẽ cum venerit dñs Matth inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis super xxiiij omnia bona sua constituet eum. Postcõio

Sumptis domine muneris⁹ sacris te supplices deprecamur: vt eorũ virtute roborati, beati osmũ-

di confessoris tui atq pontificis imitemur exempla: & ad gaudia perueniamus eterna. Per. ¶ Sancti kenelmi regis & martyris. Officium.


Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Oratio.

Omnipotens & misericors deus, qui nobis preclaram huius diei letitiam pro beati kenelmi regis & martyris tui solennitate tribuisti: intende serenus vota fidelis populi: & concede ut cuius hodie festa percolimus, eius semper meritis & precibus subleuemur. Per dominum. Epla. Beatus vir qui inuentus. in communi. fo. iiij. Gr. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alla. V. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Euangelium. Si quis venit ad me. in communi. f. v. Offer. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Presentibus domine deus intende muneribus: & patrocinante beato kenelmo martyre tuo cuius festa ueneranda recensemus, fidelibus salutis indulgentiam conferant: & eternitatis premia dignanter acquirant. Per. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Postcoio

Percipiat quesumus domine plebs tua beati martyris tui kenelmi natalitia celebrando, cum exultatione letitiam: & quam mense celestis refecisti edulio, eternitatis tue gratias assisti consortio. Per dominum. ¶ Sancti arnulphi epi & mar. Offim.


Letabitur iustus in domino: & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio. Ps. lxiiij.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: & quibus fiduciam sperande pietatis indulges, intercedente beato arnulpho martyre tuo atq pontifice: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per do. Epla. Beatus vir qui in sa. mo. in coi. fo. iij. Gr. Iustus non conturbabitur: quia dominus firmat manum eius. Ps. xxxvi V. Tota die miseretur & commodat: & semen eius in benedictione erit. Alla. V. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. Euangelium. Si quis vult post me. in communi. fo. v. Offertorium. Ps. cxi In virtute tua domine letabitur iustus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secret. Ps. xx.

Sancti martyris tui atq pontificis arnulphi nobis domine pia non desit oratio: que & munera nostra tibi conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dnm. Coio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcomunio.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus martyr tuus arnulphus & pontifex (quesumus) precator accedat. Per. ¶ Sancte margarete virginis & martyris. Officium.


Me expectauerunt peccatores ut perderent me: testimonia tua domine intellexi, omnis consummationis vidi finem: latum Ps. cxviij

mandatum tuum nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus qui beatam virginem margaretam hodierna die ad celos per martyrii palmam venire fecisti: concede nobis quesumus ut eius exempla sequentes, ad te pertingere mereamur. Per dominum. Epistola Domine deus meus. in cõi. fol. xiiii.

ps. xliiii Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V.

Eccla. Veni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Sequentia. Exultemus in hac die. in cõmuni fol. xv. Euangelium. Simile est regnum celorum thesauro. in cõi. fo. xv. Offr.

ps. xliiii Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione: adducentur in templum regi dño. Secreta.

Hec victima quesumus domine pro beate virginis margarete martyrio oblata: et mentium nobis conferat sanctitatem, et corporum obtineat iugiter castitatem. Per do.

ps. cxviii Cõio. Feci iudicium et iustitiam domine: non calumnientur michi superbi, ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Postcommunio.

Percipiat quesumus dñe plebs tua beate margarete virginis tue et martyris natalitia celebrando letitiam: quam celestis mense refecisti conuiuio. Per dominum nostrum.

¶ Sancte praxedis virginis. Offin.

Ibidem



Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Or.

Adsit plebi tue omnipotens deus beate praxedis virginis tue supplicatio: ut quicunque eius gaudent honore, tuo semper protegantur auxilio. Per dominum. Epla. Sapientia vincit. in cõi. fo. xvi.

ps. xliiii Gr. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. V. Propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. V. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos uni viro virginem castam exhibere christo. Euange. Simile est regnum celorum decem. in cõmuni. fol. xvi. Offr.

Ibidem Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Suscipe quesumus domine ob honorem sacre praxedis munus oblatum: et quod nostris assequi meritis non valemus, eiusdem suffragantibus meritis nobis largire propitius. Per dominum nostrum. Cõmunio.

Matth. xiii. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta una preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Postcommunio.

Sancta tua nos domine quesumus sancte praxedis virginis tue meritis suffragantibus: et a peccatis omnibus exuant, et ad celestia regna perducant. Per. ¶ Scte marie magdalene. Ad missam. Officium.

Eccla.



Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebrantes, sub honore marie magdalene: de cuius solennitate gaudent angeli, et collaudant filium dei.

ps. xliiii Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Largire nobis clementissime pater: quod sicut beata maria magdalena unigenitum tuum super omnia diligendo, suorum obtinuit veniam peccaminum: ita nobis apud mise-

ricordiam tuam sempiternam impetret beatitudinem. Per eundem. Memoria de sctō Wandregesilo. Oratio.

Deus cuius gratia beati Wandregesili cōfessoris tui atqz abbatis vita extitit laudabilis: ipsius interuentu quod tibi placitū est, pietas tua operetur in nobis. Per dn̄m nostrum. Epistola. Mulierē fortem
ps.xliiii quis inueniet. in cōi. fo. xvij. Gr. Audi filia & vide & inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex speciem tuam. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede
Lu.x.g. & regna. Alla. V. Optimam partē elegit sibi maria, que non auferetur ab ea in eternum. Sequentia.

Mane prima sabbati, surgens filius dei, nostra spes & gloria Victo rege sceleris: rediit ab inferis, cum summa victoria. Cuius resurrectio, omni plena gaudio, consolatur omnia. Resurgētis itaqz, maria magdalene, facta est prenuncia. Ferens christi fratribus, eius morte tristibus, expectata gaudia. O beati oculi: quibus regem seculi, morte iam depositum, prima est intuita. Hec est illa femina: cuius cuncta crimina, ad christi vestigia, eius lauit gratia. Que dum plorat & mens orat: facto clamat qd cor amat, iesum super omnia. Non ignorat quem adorat: quid precetur, sed deletur quod mens timet cōscia. O maria mater pia: stella maris appellaris, operum per merita. Matri christi coequata: dum fuisti sic vocata, sed honore subdita. Illa mundi imperatrix, ista beata peccatrix: leticie primordia fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit porta, per quam fuit lux exorta: hec resurgētis nuncia mūdum replet leticia. O maria magdalena, audi vota laude plena: apud christum chorum istum clementer conciliā. Ut fōs summe pietatis, qui te lauit a peccatis: seruos suos atqz tuos, mundet data venia. Amē dicāt oīa.

Secundum Lucam.



In illo tēpore. Rogabat iesum quidam phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei, discubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit q iesus accubuit in domo pharisei, attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes domini, lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum, ait intra se dicēs. Hic si esset propheta, sciret vtiqz que et qualis est mulier que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respondit ei iesus. Duo debitores erāt cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisqz. Quis ergo eum plus diligit? Respondens autem simon, dixit. Existimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit simoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domū tuam: aquā pedibus meis nō dedisti. Hec autem vij. F.

lachrymis rigauit pedes meos: & capillis suis tersit. Osculum michi nõ dedisti: hec autẽ ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Dixit aũt ad illam dñs. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discũbebãt, dicere intra se. Quis est hic q̃ etiã peccata dimittit? Dixit autẽ ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Ps. xliiij Credo. Offer. Filie regum in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Benedictionem tuam domine his tibi domine oblatis tribue sacrificijs: et presta vt beata maria magdalene hoc nobis apud te obtineat, qđ ab vnigenito tuo obtinuit, dum ei mystica obsequia exhibuit. Per eundem dominum nostrum.

Alia secre. de sancto Wandregesilo.

His intercessionibus bti Wandregesili cõfessoris tui atq; abbatis (quesumus) omnipotens deus tue familie commẽdetur oblatio: cuius vitalibus decoratur exemplis. p.

Ibidem Prefatio quot. Cõio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcommunio.

Prebeat nobis domine salutarem beate marie magdalene imitatio sancta doctrinã: quatenus illius optime partis mereamur esse consortes, que non auferetur ab ea. Per dominum. Alia postcommunio de sancto Wandregesilo.

Tua domine sacramẽta sumẽtes suppliciter exoramus: vt beati Wandregesili cõfessoris tui atq; abbatis, cuius veneramur memoriã presidium sentiamus. Per dominũ.

¶ Sãcti apollinaris marty. Offm.



Sacerdotes tui dñe induant iustitiam, & sancti tui exultẽt: propter dauid seruum tuũ non auertas faciẽ christi tui. Ps. cxxxi
Ps. Memento domine dauid: & omnis mansuetudinis eius. Oro.

Uotiua nos domine beati apollinaris martyris tui atq; pontificis natalitia semper excipiant: q̃ & iocunditatem nobis sue glorificationis infundat, & tibi nos reddat acceptos. Per dominum nostrum. Epistola. Testificor. in cõmuni. f. xiij. Psalm. lxxxviii

Grad. Inueni dauid seruum meum oleo sãcto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. Eccli. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Euangeliũ. Facta est contentio. in cõmuni. fo. ij. Offer. Psal. lxxxviii Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in noie meo exaltabitur cornu ei9. Secre

Hostiam nostram quesum9 domine sancti apollinaris martyris tui & venerãda confessio, & laudabilis commendet oratio. Per do.

Communio. Ibid. Semel iuraui in sãcto meo: semen eius in eternum manebit, & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in eternum, & testis in celo fidelis. postc.

Sumentes domine pignus redemptionis eterne, quesum9 vt intercedẽte beato apollinare martyre tuo, vite presentis auxilio nos foueat & eterne. Per dominum nrm.

¶ In vigilia sancti iacobi apostoli. Ad missam omnia fiant sicut in vigilia vnius apostoli. Et fiat memo. de

sancta christina virgine. Oratio.
INdulgentiam nobis domine beata christina virgo et martyr imploret: que tibi grata semper extitit, et merito castitatis et tue professione virtutis. Per. Secreta.
QUesumus omnipotens deus: vt qui annua beate christine virginis et martyris tue solennia presentibus honoramus sacrificijs, eius semper et fidei integritate roboremur: et pijs apud te precibus adiuuemur. Per dominum. Postcommunio.
SUpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos donis celestibus satiasti, intercedente beata christina virgine tua et martyre, perpetua protectione custodias. Per dominum. Si hec vigilia in dominica euenerit, nichil fiat de vigil. nisi memo.
In die sancti iacobi apostoli. Ad missam. Officium.



Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.
ESto domine plebi tui sanctificator et custos: vt apostoli tui iacobi munita presidijs: et conuersatione tibi placeat, et secura deseruiat. Per. Memoria de martyribus christoforo et cucufato. Oratio.
DEus mundi creator et rector, qui hunc diem beatorum christofori et cucufati martyrum tuorum passione consecrasti: concede vt omnes qui martyrij eorum merita veneramur, eorum intercessionibus ab eternis gehenne incendijs liberemur. P. Epistola. Jam non estis. in com. fol. j.

Gr. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrant gloriam dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Alleluia. V. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Sequen. Alleluia nunc decantet. in communi. folio. ij. Ps. xviij / Psalm. cxxxviij
Secundum Mattheum.



IN illo tempore. Accessit ad iesum mater filiorum zebedei cum filiis suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam: et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Credo. Offertorium. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta. xx. C / Psalm.
OBlationes populi tui quesumus domine beati iacobi apostoli tui passio beata conciliet: vt que nostris non apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per. Alia secreta de martyribus.
ACcipe domine munera dignanter oblata: et beatorum mar-

tyrum tuorum christofori et cucufati suffragantibus meritis, ad nostre salutis auxiliũ prouenire concede. Per dominum. Prefatio. Et te domine.

Matth. xix. D Cõio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel, dicit dominus. Postcommunio.

Beati iacobi apostoli tui: cuius hodie festiuitate corpore et sanguine tuo nos refecisti: quesum⁹ dñe intercessione nos adiuua: pro cuius solennitate percepimus tua sancta letantes, saluator mundi. Qui viuis et regnas. Alia postcommunio.

Sumpsimus domine sanctorũ martyrum tuorum christofori et cucufati solennitate sacramẽta celestia: quorum suffragijs (quesum⁹) largiaris vt quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs cõsequamur Per dominum nostrum.

¶ Scte anne matris marie. Officiũ.

Ecclia. 
Gaudeamus omnes in domino, diem festũ celebrantes, sub honore anne mris marie: de cuius solẽnitate gaudẽt angeli, et collaudant filium dei. Ps. xliiij Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui beatam annam dilectissime genitricis tue matrẽ egregiã, hodierna die ad celestis vite subleuasti gaudia: fac nos quesum⁹ gloriosis eius meritis ad eternã pertingere beatitudinẽ: ex cuius puerperio salutari pro salute mundi humanam assumere dignatus es carnem. Qui viuis. Epistola. Mulierẽ for. quis inue. in cõi. fol. xvij. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia cõcupiuit rex speciem tuam. Ps. xliiii V⁹. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Alla. V. Salue sancta mater anna ex qua processit virgo maria, que de celo suscepit prolem, et mundo genuit saluatorem. Sequentia.

Testamento veteri anna fuit genita: et de stirpe regia. Hec matrona nobilis, diu fuit sterilis: in magna tristitia. Cui fructum contulit, et sic luctum abstulit, diuina clemẽtia. Patriarchis edita, anna luce predita, in perenni gloria. Deprecamur inclyta, vt per tua merita: nobis detur gratia. Anna parens labe carẽs rubens rosa speciosa: florens inter lilia. Matrem christi genuisti, tua prece nos a nece: tuearis noxia. Ecce lucis officina, egris spes et medicina: tua proles est regina, in celesti patria. Ipsa cunctis iam prelata, per te sumẽs hec precata: nostra fiat aduocata, in dei presentia. Euangel. Liber generationis. vt supra in fes. conceptiõis beate marie. fo. iiij Offer. Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Sec.

Sanctifica redẽptor mundi presentis munera sacrificij: et beate matris anne precibus eadẽ nobis effice salutaria: de cui⁹ vteri palatio mater tua aula virginee puritatis est egressa. Qui viuis. Cõio. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcommunio.

Uotiua celestis mense percipiẽtes domine sacramenta, beate anne matris marie gloriosa intercessione nos protege: de qua virgo puerpera ad salutem humane natiuitatis prodijt: que nobis splẽdorem vite sine castitatis dispendio generauit: dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

¶ Sanctorum septem fratrum dormientium. Officium.

Eccle. p. xxxvj.



Salus autem iustorum a domino: et protector eorum est in tempore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus q̄ gloriosos resurrectionis eterne precones septē dormientes magnifice coronasti, presta quesumus vt eorum precibus resurrectionem sanctam (que in eis mirabiliter preostensa est) cōsequamur. p. Epistola. Iustorum anime. in coi. to. vij. Grad. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cātate dn̄o canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluia. ℣. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: ⁊ delectentur in letitia. Euangelium. Cum audieritis. in cōmuni. folio. viij. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinem plebi sue, benedict⁹ deus alleluia. Secreta.

Ps. cxlix

Ps. ibidem

Deus in quo est omnium iustorum requies, ⁊ pax certa sanctor: tribue nobis pacificas hostias tibi digne offerre: vt perfectionē pacis qua tui sancti iam fruuntur in celis, nos iugiter hanc meditemur in terris. Per dominum. Cōmunio. Iustorū anime in manu dei sunt, ⁊ nō tāget illos tormētū malitie: visi sunt oculis insipiētium mori, illi autem sunt in pace. Postcō.

Ibidem

Sap. iii. a

Sanctorum tuorū domine victorias recolentes sacramēta venerāda percepimus: que prestent nobis quesumus eorum meritis indulgentiam, in quorum dormitione tuam magnificentiam collaudam⁹. Per dominum nostrū iesum christū.

¶ Sancti sansonis epi. Officium.



Statuit ei dn̄s testamentū pacis, ⁊ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias dn̄i: in eternum cantabo. Orō. Eccli. xlv. D Psalm⁹ lxxxviij

Omnipotens sempiterne deus: tribue nobis famulis tuis per intercessionem sancti sansonis episcopi poscētibus peccatorum veniā, querentibus salutis viā, pulsantib⁹ aperire regni celestis aulam: vt ad eternam maiestatis tue habitationē, te adiuuante peruenire mereamur. Per dominum. Memoria de sancto pantaleone martyre. Oratio.

Deus qui hunc diem beati pātaleonis cōsecrasti martyrio presta quesumus vt ipsius interuentu hoc in nostris floreat actibus, qd̄ premijs remuneretur celestib⁹. Per. Epl'a. Ecce sacerdos. in cōi. fo. x. Gr. Ecce sacerdos magnus: q̄ in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, q̄ conseruaret legem excelsi. Alleluia. ℣. Amauit eum dominus ⁊ ornauit eum, stola glorie induit eum. Euangelium. Homo quidā pere. in cōi. f. xj. Offer. Inueni dauid seruum meū, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachiū meum confortabit eum. Secreta.

Ec. xliiij.

Eccl'a.

Psalm. lxxxviij

Deus apostolorum, deus martyrum, deus confessorum, de⁹ virginum, deus omnium electorū: te suppliciter exoramus: vt hanc hostiam sanctam in honore sancti sansonis episcopi sanctificare ⁊ benedicere digneris: ⁊ ante conspectum maiestatis tue tam ad corporis sanitatem, q̄ ad aiarum proficiat salutē. p. Alia secreta de sancto pantaleone.

Beatus pātaleon martyr tuus dn̄e qui diuersis supplicijs ma

ceratus, vera & viua fact⁹ est hostia: hec que tibi offerimus ad salutē nostram gratificet sua intercessione libamina. Per. Cōio Fidelis seru⁹ & pru
Matth xxiiij. D dens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mēsuram. Postcommunio.

SAtiasti nos domine in hac solennitate sancti sansonis confessoris tui atq; pontificis muneribus sacris: te quesumus vt ecclesie tue pacem, fidem, spem, & charitatem multiplicare digneris: per quas tibi in ecclesia tua placere mereamur. Per.

Alia postcōio de sancto pantaleone

REdemptionis nostre sacro gustu satiati, quesumus domine vt interueniente beato pantaleone martyre tuo: per hec sancta que sumpsimus ad eterna gaudia preparemur. Per dominum nostrum.

¶ Aliter missa de sancto pātaleone martyre pro voluntate contra febrē acutam. Et qui eam audierit vel celebrauerit: in illo anno febrem acutā non habebit ¶ Sancti pātaleonis martyris. Officium.

p. xxxvj. 

IUstus non conturbabitur, quia dominus firmat manum eius: tota die miseretur et commodat, & semē ei⁹ in benedictiōe erit, in eternum conseruabitur. ps. Noli emulari in malignantibus, neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Oratio.

DEus qui hunc diem beati pātaleonis cōsecrasti martyrio: presta quesumus vt ipsius interuentu hoc in nostris floreat actibus, qd premijs remunerer celestibus. Per.

Lectio libri sapientie.

iiij. A. IUstus si morte preoccupatus fuerit: anima ei⁹ in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est: non diuturna, neq; numero annorū computata. Cani autē sunt sensus hominis: & etas senectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus: & viuens inter peccatores trāslatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius: aut ne fictio deciperet animā illius. Consummatus in breui: expleuit tēpora multa. Placita enim deo erat anima illius: propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatū. Quoniā gratia dei & misericordia est in sanctos illius: & respectus in electos illius.

Gr. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorū eius non fraudasti eum. Alla. ℣. Letabitur iustus in domino & sperabit in eo: & laudabūtur omnes recti corde. Euange. Si quis vult post me. in cōi. fo. v. Offertoriū. In virtute tua letabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer, desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

BEatus pantaleō martyr tuus dñe qui diuersis supplicijs maceratus, vera & viua fact⁹ est hostia: hec que tibi offerimus ad salutē nostram gratificet sua intercessione libamina. Per dō. Cōio. Magna est gła eius in salutari tuo: gloriam & magnū decorem impones super eum dñe. Postcōio.

REdēptionis nr̄e sacro gustu satiati, q̄s dñe vt iteruenieēte beato pantaleone martyre tuo: per hec sancta q̄ sumpsimus ad eterna gaudia preparemur. Per dominum.

¶ Sctorū felicis, simplicij, faustini, & beatricis martyrum. Officium.

SAcerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. ps. Memento domine dauid: & oīs mansuetudinis eius. Oratio.

PResta q̄s omīps deus: vt sicut populus christianus martyr. tuorū felicis, simplicij, faustini, & beatricis tēporali solennitate cōgaudet, ita perfruatur eterna: et quod votis celebrat, pio cōprehēdat effectu. Per. Ibidem Epistola. Lingua sapien. in cō. f. vij Gr. Sacerdotes eius induam salutari, et sancti eius exultatione exultabunt. V. Illuc producam cornu dauid, paraui lucernā chri- ps. cxlvij sto meo. Alleluia. V. Vox exultationis et salutis, in tabernaculis iustorum. Euangelium. Attendite a. in commū. f. ix. ps. cxlix Offertorium. Exultabunt sancti in gl'ia, letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

HOstias tibi dn̄e pro sanctorū martyrum tuorum felicis, simplicij, faustini, & beatricis honore deferimus: supplicitèr deprecantes vt indulgentiam nobis conferant & salutem. Per. Cōio. Ego vos elegi de mūdo, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Postcommunio.

BEnedictionis tue dn̄e plebs tibi deuota fructum reportet et gaudiū: vt quod sanctis martyribus tuis felici, simplicio, faustino, & beatrici exhibuit tēporali seruitio, perenni presidio cōsequatur. Per. ¶ Sāctorū abdon & sennes martyrum. Officiū.

Psalm. lxxviij.

INtret in conspectu tuo domine gemitus cōpeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinē sāctorum tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuā, polluerunt tēplum sanctū tuum, posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

DEus qui sanctis martyribus tuis abdon & sennes ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratie tue contulisti, da famulis tuis suorum veniam delictorum: vt sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari. Per dn̄m. Epistola. Benedictus deus. in cō. fo. iiij. Ex. xv a Gr. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicum. Alleluia. V. Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deducet illos in via mirabili. Euangeliū. Uidete ne quis. in communi. fo. ix. Offerto. Mirabilis deus in sanctis suis, deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue, bn̄dict' de' all'a. Sec.

FRequentata mysteria domine pro sanctorū martyrū tuorum abdō et sennes veneratione, deuota mente tractamus: quibus & presidium nobis crescat & gaudiū. Per. Psalm. lxxviij. Cōmunio. Posuerunt mortalia seruorū tuorum domine escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorum bestijs terre, secūdū magnitudinē brachij tui posside filios mortipunitorum. Postcommunio.

SUmat domine plebs fidelis celestis dona remedij: per que intercedētibus sanctis martyribus tuis abdon & sennes, a suis emundetur delictis. Per dominum nostrū.

¶ Scti germani epi & cōfes. Officiū. Dani. iij

SAcerdotes dei benedicite dn̄m: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster: & quia nr̄e voces non merentur audiri, sancti germani cōfessoris tui atq; pontificis interuentio

(q̄s) sit accepta pro nobis. Per. Ep̄la
ps.cix. Iustum deduxit. in cō̄i.f.xi. Grad. Iu
rauit dominus & non penitebit eum, tu es sa
cerdos in eternū scd̄m ordinē melchisedech.
V. Dixit dn̄s domino meo, sede a dextris
Eccli. meis. Alla. V. Amauit eum dn̄s et orna
uit eū, stola glorie induit eū. Euā. Vigila
te quia nescitis. in cō̄i.fol.xij. Offert.
Psalm. Veritas mea & misericordia mea cum ipso:
lxxxviij & in noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secr.

Sacrificiū tibi dn̄e p beati ger-
mani confessoris tui atq3 pon
tificis celebritate offerētes: q̄s vt pro-
pitiationē quā nostris operibus nō
meremur, pijs suffragatoris itercessionibus
consequamur. Per. Cō̄io.
Matth Domine quinq3 talenta tradidisti michi, ecce
xxv.B. alia quinq3 superlucrat⁹ sum, euge serue fi-
delis, quia in pauca fuisti fidelis, supra mul-
ta te constituam, intra in gaudium domini
tui. Postcommunio.

Supplices te rogam⁹ op̄s de⁹:
vt q̄ pcepim⁹ celestis mēse sub
stātiā: intercedēte btō germano cōfes-
sore tuo atq3 pōtifice: ad vitā pueniā-
m⁹ eternā. Per. ¶ Ad vincul. s. petri.



ac.xij.c. Nunc scio vere q2 mi
sit dn̄s angelū suū
& eripuit me de ma
nu herodis: & de oī
expectatiōe plebis
iudeorū. V. Et petr⁹
ad se reuersus, dixit. Or.

Deus q̄ beatū petrū apostolū a
vinculis absolutū illesum a-
bire fecisti: nostrorū q̄s absolue vincula
peccatorum, & omnia mala a nobis
propitiatus exclude. Per dominum.
Memoria de martyribus. Oratio.

Fraterna nos domine marty
rum tuorum corona letificet, q̄
& fidei nostre prebeat incrementa vir
tutum: & multiplici nos suffragio cō
soletur. Per dominum nostrum.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Egressus petr⁹ xij.C
de carcere, venit ad domū ma
rie matris ioannis qui cognomina-
tus est marcus: vbi erant multi con
gregati & orantes. Pulsante autem
eo ad ostium ianue: processit puella
ad videndum eum, nomine rode. Et
vt cognouit vocem petri, pre gaudio
nō aperuit ianuam: sed introcurrēs
nunciauit stare petrum ante ianuā.
At illi dixerunt ad eā. Insanis. Illa
autem affirmabat sic se habere. Illi
autem dicebant quia angelus ei⁹ est.
Petrus autē perseuerabat pulsans.
Cum autem aperuisset ostium: vide-
runt eum, & obstupuerunt. Innuens
autem eis manu vt tacerent: narra-
uit quomodo dominus eduxisset eū
de carcere. Gr. Constitues eos principes
super omnem terram, memores erunt nomi
nis tui domine. V. Pro patribus tuis nati
sunt tibi filij, propterea populi confitebūtur
tibi. Alla. V. Solue iubente deo terrarū
petre catenas, qui facis vt pateant celestia
regna beatis. Sequentia.

Nunc luce alma splēdescit per
orbē hec dies ecce gloriosa. Al
mi recolamus petri voce celsa. Gra
tāter modulos accommodet in qua.
Vincentis amorem ob superum cru
cis sacre trophea. Merito gloriamq3
perlatam in celesti gloria. Pio corde
fraterna iubiletq3 turma. Qui a chri
sto ligandi soluēdiq3 dona. Accipiēs
clauiger effectus nostra resoluēs vin
cula. Subleuando ethereis sedibus
potestate nos tradita. Iungat cetui
sancto, culmine in poli paradisiq3 a-
mena. Tibi adorat ordo te christe psal
lendo armonica voce cantica. Noua
sanctorum resonantium laude ange
licus mellica. Cum supernā maiesta
tem tuam poscētes humiliter almā.

Cui⁹ digna nos cū illis resonem⁹ b̄na: rithmica in excelsis carmina. Celestiq̧ in gl̄ia trinū atq̧ vnū iugiter veneremur in arua. Celsa potestas āgelica. Quās te laudat ī gl̄ia. Uirtutes celi te gl̄ificant per astra. Qui p̄tris sedes ad dexteram. Nr̄a exaudi angelorū Et famulor iūgēs voces p̄ carmina. Quorū vocibus vt caterua Gl̄ificet semp te ꝛ nr̄a. Regnātē iure cū sanctis in eternū. Euāg. Uenit iesus in partes. in cōmuni. f. xj. Credo. Offer. Cōstitues eos principes super omnē terram, memores erūt nominis tui, in omni progenie ꝛ generatione. Secreta.

Offerim⁹ tibi dn̄e placabile mun⁹ depcātes: vt sicut btō petro ap̄lo tuo in vinculis dedisti constantiā, ita nob̄ tua gr̄a indulgētiā operet. Per. Alia secreta de martyribus.

Mysteria dn̄e pro sanctorū martyrum tuorum solennitate deuota mēte oblata, nobis presidiū prestēt ꝛ gaudiū. Per. Prefa. Et te dn̄e. Cōio. Tu es petrus: ꝛ super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. Postcōmunio.

Muneris diuini perceptio (q̄s) dn̄e beato petro ap̄lo intercedēte semp a nobis pctōrū nr̄orū vincula submoueat: ꝛ pericula cūcta depellat. Per. Alia postcō. de marty.

Presta q̄s omp̄s deus: vt quorꝫ memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoq̧ p̄ficiēdo sectemur. Per dominum.

¶ Scti stephani pape ꝛ mar. Offiū.



Sacerdotes tui dn̄e induant iustitiam, ꝛ sancti tui exultēt: propter dauid seruum tuū non auertas faciē christi tui. ps. Memento domine dauid: ꝛ omnis mansuetudinis eius. Oro.

Deus q̄ nos bti stephani martyris tui atq̧ pōtificis annua solennitate letificas: cōcede propiti⁹ vt cuius natalitia colimus, de eiusdē etiam protectione gaudeamus. Per Epistola Omnis pontifex. in cōi. fo. v. Gr. Inueni dauid seruum meum oleo sā cto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meum confortabit eum V⁹. Nichil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Euan. Homo quidā nobi. in cōi. f. vj. Offr. Inueni dauid. in communi. fo. xij. Secreta.

Hostias nostras q̄s domine tibi reddat acceptas intercessio sancti stephani martyris tui atq̧ pōtificis: qui eas tibi digne offerēdo cōplacuit. Per. Cōio Domine quinq̧ talē ta. in cōmuni. f. xij. Postcommunio.

Sumētes dn̄e diuina mysteria q̄s: vt bti stephani martyr̄ tui atq̧ pontificis intercessione, eterne nobis prebeant incrementa letitie. p.

¶ In inuentione sancti stephani protomarty. sociorumq̧ eius. Officium.

Etenim sederūt principes, ꝛ aduersum me loquebantur: ꝛ iniqui persecuti sunt me, adiuua me dn̄e de⁹ me⁹: quia seruus tu⁹ exercebatur in tuis iustificationibus. p̄s. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus qui es sanctorū tuorum splendor mirabilis: quiq̧ hodierna die beati stephani martyris tui, nicodemi, gamalielis, atq̧ abibō inuētionem gloriosam reuelasti: da nobis quesumus in eterna letitia de eorum societate gaudere. Per dn̄m.

Lectio actuum apostolorum.

Psalm. lxxxviij.

Eccl̄ia.

p̄. cxviij.

vj.C In diebus illis. Stephan⁹ plenus gratia & fortitudine: faciebat prodigia & signa magna i populo. Surrexerunt autem quidã de synagoga que appellabatur libertinorum & cyrenensium & alexandrinorum, & eorum qui erant a cilicia & asia: disputantes cum stephano, & nõ poterant resistere sapiẽtie & spiritui
vij.G qui loquebatur. Audientes aũt hec, dissecabantur cordibus suis: & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sãcto: intendens in celum vidit gloriã dei, & iesum stantẽ a dextris virtutis dei, & ait. Ecce video celos apertos: & filiũ hois stantem a dextris virtutis dei. Exclamãtes aũt voce magna continuerunt aures suas: & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiiciẽtes eum extra ciuitatem: lapidabãt. Et testes deposuerunt vestimẽta sua secus pedes adolescẽtis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanũ inuocantẽ et dicentẽ. Dñe iesu suscipe spiritũ meũ. Positis aũt genibus: clamauit voce magna, dicens. Dñe iesu: ne statuas illis hoc peccatũ. Et cũ hoc dixisset: obdormiuit i dño. Gr. Sederunt. cũ vsu et Alla. et sequẽ. qre in alio festo post natiuitatẽ domini.

Secundum Mattheum.



xxiiij. In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum & principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: & ex illis occidetis et crucifigetis, et ex illis flagellabitis in synagogis vestris, et persequemini de ciuitate in ciuitatẽ. Ut veniat super vos omnis sãguis iustus qui effusus est super terram: a sanguine abel iusti, vsq; ad sanguinem zacharie filij barachie: quem occidistis inter templũ & altare. Amen dico vobis: venient hec omnia super generationẽ istam. Hierusalem hierusalẽ q̃ occidis pphetas, et lapidas eos q̃ ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti. Ecce reliquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus q̃ venit, in nomine domini. Nõ dicit Credo.

Offr. Elegerunt apostoli stephanum leuitam plenum fide & spiritu sancto: quẽ lapidauerunt iudei, orantem & dicentem: dñe iesu accipe spiritum meum. alla.

Secreta.

Sacrificium tibi domine fidelium tuorum votis oblatum serenus intẽde: vt quod dilecto martyri tuo stephano, nicodemo, gamalieli, atq; abibon hodiernam inuentionis eorum cõtulit gloriam: nobis ad redemptionem prosit & gratiam. Per dominum.

Cõmunio. Video celos apertos et iesum stantem a dextris virtutis dei: domine iesu accipe spiritum meum: & ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciũt quid faciunt.

Postcommunio.

Epularum tuarum alimẽto saginati te humiliter rogamus domine deus noster: vt beati martyris tui stephani, nicodemi, gamalielis, atq; abibon meritis nos vbiq; adiuues: quorum hodie reuelationis solennitatem celebramus. Per.

¶ Scti oswaldi regis et martyris. Officiũ.



s.viij. Gloria & honore coro
nasti eum: & cõstitui
sti eũ super opa ma
nuũ tuarũ. Ps. Domi
ne dñs noster: q̃ admira
bile est nomen tuũ in uni
uersa terra. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui hu
ius diei iocũdam sanctamq; le
titiã in sancti serui tui oswaldi pas
sione cõsecrasti: da cordibus nostris
tui amoris charitatisq; augmentũ:
vt cuius in terris sancti sanguinis
effusionẽ celebramus, illi⁹ in celo col
lata patrocinia sentiamus. p. Epla.
Beat⁹ vir qui inuen. in cõi.s.m.ij. Gr.
s.xx. Posuisti dñe super caput eius coronã de la
pide precioso. V. Desiderium anime eius tri
buisti ei: & voluntate labiorũ eius nõ frauda
sti eum. Alla. V. Beatus vir qui suffert tẽ
obi.j. tationẽ: qm̃ cum probatus fuerit, accipiet co
Ac.vij. ronã vite. Euãg. Si quis venit ad me.
in cõmuni. fo. v. Offer. Gloria & honore
s.viij. coronasti eum: & constituisti eum super opera
manuum tuarum domine. Secreta.

Munera q̃s dñe q̃ in sancti os
waldi regis & martyr tui cõ
mẽoratione tue maiestati offerim⁹,
propitiatus assume: & illã q̃ in eo fla
grauit fortẽ dilectionẽ, nobis inspi
s.xx. ra benign⁹. Per. Cõio. Magna est glia
ac.viij. eius in salutari tuo: gloriam & magnũ deco
rẽ impones super eum domine. Postcõio.

Vitali alimonia recreati q̃s
omps deus: vt beati oswaldi
martyris tui precib⁹ tuã nobis iusti
tiam placari sentiamus, cuius glo
riosa certamina solenni deuotione
veneramur. Per. ¶ In transfigura
tione domini. ¶ Benedictio vue.

Benedic dñe & hos fructus no
ue vue: quos tu dñe rore celi, &
inũdatione pluuiarũ, & tẽporũ sere
nitate atq; trãquillitate ad maturi

tatẽ perducere dignatus es: & dedisti
eos ad vsus nr̃os cũ gratiarũ actiõe
percipere. In nomine dñi nr̃i ✠ iesu
christi: per quẽ omnia dñe semper bo
na creas. Qui tecum. ¶ In trãsfigu
ratione dñi. Ad missam. Officium.



Veni & ostende nobis Ps. xcvij
faciẽ tuã dñe, q̃ sedes
super cherubin: & sal
ui erim⁹. Ps. Qui regis
israel intẽde: qui deducis
velut ouem ioseph. Orõ

Deus qui hodierna die vnige
nitum tuum mirabiliter trãs
figuratũ, celitus vtriusq; testamen
ti patribus reuelasti: da nobis quesu
mus beneplacitis tibi actibus ad ei⁹
semper contemplandam pertingere
gloriam: in quo tue paternitati opti
me complacuisse testatus es. Per eũ
dem dominum nostrum. &c.

Lectio epistole beati petri apostoli. ij.j

Charissime. Nõ enim indoctas
fabulas secuti, notã fecim⁹ vo
bis domini nostri iesu christi virtutẽ
& prescientiam: sed speculatores facti
illius magnitudinis. Accipiẽs enim
a deo patre honorem et gloriam: vo
ce ad eũ delapsa huiuscemodi a ma
gnifica gloria. Hic est filius meus di
lectus, in quo michi bene complacui:
ipsum audite. Et hanc vocem nos au
diuimus de celo allatam: cum esse
mus cum illo in monte sancto. Et
habemus firmiorem propheticũ ser
monem, cui benefacitis attendentes
quasi lucerne lucenti in caliginoso
loco. Donec dies illucescat: et lucifer
oriatur in cordibus vestris. Grada.
Tecum principiũ in die virtutis tue in splen Ps. cix
doribus sanctorum: ex vtero ante luciferum
genui te. V. Dixit domin⁹ domino meo, sede
a dextris meis: donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Alleluia. V⁹.

uia. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes & adorate dominum, quia hodie descēdit lux magna super terrā. Sequētia. Laudes salvatori require in dominica octa. pasche. Vel ista sequentia.

Benedicta semper sit beata trinitas deitas: sed vnitas coequalis gloria. Pater filius sanct⁹ spiritus tria sunt nomina: omnia eadē substantia. Deus genitor, deus genitus: in vtroq; sacer spiritus deitate socia. Non tres tamen dij sunt, deus verus vnus est: sic pater dominus filius spiritusq; dominus. Ipse tamē filius deus verus vnus est: preclar⁹ itaq; spirit⁹ ab vtroq; emanat. Proprietas in personis: vnitas est in essentia. Maiestas par & potestas: decus honorq; per omnia. Sydera maria continens, arua simul & vniuersa condita. Quē tremūt impia tartara: colit quoq; quē & abyssus infima. Quē laudāt sol atq; luna: dignitas adorat angelica. Nunc oīs vox atq; lingua fateatur hunc laude debita. Et nos voce precelsa omnes modulemur organica cantica dulci melodia Eia & eia nunc omnes iubilemus alti throni dño laudes in excelsis. O venerandа trinitas. O adoranda vnitas. Per te sumus creati vera eternitas. Per te sumus redempti summa tu charitas. Populum cunctum protege, salua, libera, eripe & emūda. Te adoramus omnipotens, tibi canimus: tibi laus & gloria.

Secundum Mattheum.

xvij. A In illo tpe. Assumpsit iesus petrū & iacobum & ioannem fratrē eius, & duxit illos in montē excelsum seorsum: & trāsfiguratus est āte eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt il-



lis moyses & helias: cum eo loquētes. Respondens autem petrus: dixit ad iesum. Domine: bonū est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, moysi vnum, & helie vnum. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo michi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit iesus & tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderūt nisi solum iesum. Et descendentibus illis de monte: precepit eis iesus, dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Credo. Offert.

Deus enim firmauit orbem terre qui nō cōmouebitur: parata sedes tua deus ex tunc, a seculo tu es. ps. xcij.

Secreta.

Suscipe q̄s dñe sācte pater oīps eterne de⁹ munera q̄ pro gloriosa filij tui transfiguratione deferimus: & cōcede propitius vt per hec a tēporalib⁹ liberemur incōmodis, & gaudijs connectamur eternis. Per eundem. Prefa. de nati. Qr per incarnati. Cōio. In splendoribus sanctorū ex vtero ante luciferum genui te. ps. cix. Postcōio.

Deus qui hunc diē incarnati verbi tui transfiguratione, tuaq; ad eum missa paternitatis voce cōsecrasti: tribue q̄s vt diuinis pa-

sti alimoniis in eius mereamur mēbra transferri, qui hec in sui memoriam fieri precepit: iesus christus fili⁹ tuus dominus noster. Qui tecum.

¶ Sanctorum sixti, felicissimi, ⁊ agapiti martyrum. Officium.

xxxvj. Salus autem iustorum a domino: et protector eorum est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus qui nos cōcedis sanctorum martyrū tuorum sixti, felicissimi, ⁊ agapiti natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. Per dn̄m. Epistola.

iii. A Bn̄dictus deus. in cōi. fo. viij. Gr. Iustorū anime in manu dei sunt, ⁊ nō tāget illos tormētū malitie. V. Visi sunt oculis insipiētium mori, illi autē sunt in pace. Alla.

x. D V. Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorū: ⁊ deducet illos in via mirabili. Euāgelium Cum audieritis. in cōi. f. viij

b. Offertor. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto: domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Munera dn̄e tue maiestatis oblata: sanctorū martyrū tuorū sixti, felicissimi, ⁊ agapiti qs interuētu: nobis ad salutē proficere sentia-

o. xv. e mus eternā. Per dn̄m. Cōio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus vester maneat. Postcōmunio.

Beatorū martyrū tuorū sixti, felicissimi, ⁊ agapiti dn̄e intercessione placatus: presta quesumus vt mysteria sancta que tpali celebram⁹ actiōe, ppetua saluatiōe capiam⁹. P.

¶ In festo nominis iesu. Officium.



In nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteatur quia dn̄s noster iesus christ⁹ in gloria est dei patris. in tempore paschali alla. Ps. Laudate dominum quoniā bonus dn̄s: psallite noī ei⁹ qm̄ suaue. Or. Phil. ij Ps. cxlvj

Deus qui gloriosissimum nomen domini nostri iesu christi vnigeniti filij tui, fecisti fidelib⁹ tuis summo suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibus tremendum atqꝫ terribile: concede propiti⁹ vt oēs qui hoc nomen iesu deuote venerant in terris: sancte consolationis dulcedinem in presenti percipiant, ⁊ in futuro gaudium exultationis ⁊ interminabilis iubilationis obtineant. Per eundem. Lectio actuū apłorū.

In diebus illis. Petr⁹ repletus iiij. B. spiritu sācto, dixit. Principes populi ⁊ seniores, audite. Si nos hodie diiudicamur in benefacto hoīs infirmi: in quo iste saluus fact⁹ est. Notū sit omnibus vobis ⁊ omni plebi israel: quia in noīe domini nostri iesu christi nazareni, quem vos crucifixistis, quē deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificātibus: qui factus est in caput anguli. Et non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datū hominib⁹: in quo oporteat nos saluos fieri. Gr. Cōstituit deus pa- Eph. j. d ter ad dexterā suā iesum christum in celestibus, super oēm principatū ⁊ potestatē ⁊ virtutē ⁊ dn̄atione, ⁊ omne nomē quod noīatur nō solum in hoc seculo sed etiam in futuro: et oīa subiecit sub pedibus eius. V. Adiuua nos Psalm⁹ deus salutaris noster: ⁊ propter gloriā noīs lxxviij. tui dn̄e libera nos, ⁊ propitius esto peccatis

nctis ꝓpter nomē tuū. Alla. ℣. Dulce cor-
di nomen iesu, melos auri, mel in esu: cor con
uertit in iubilum ꝫ fugat mundi sibilū. Se-
cundum Alla. in commemo. in tēpo-
lu. xxiiij F re pasch. Alla. ℣. Surgens iesus domi
nus noster stetit in medio discipulorum suo-
rum ꝫ dixit: pax vobis. In commemora.
a. lxx. vsq; ad pascha. Tractus.

Dulce nomen iesu christi: felix omen ferens tristi: iocundās mentē iubilo. ℣. Tollit luctū affert fructum: ꝫ obductū ꝫ seductū purgat cor a nubilo. ℣. Nominatū inuocatum, honoratum, predicatum, semper sonat dulciter. ℣. Tam peccatum ꝙ reatū: condonatum expurgatum, reddit mulcens leniter. ℣. Hostes ferit, mores ferit: mala terit, grauces gerit, plenum est presidium. ℣. Nos defendit nos accendit: nos intendit ꝫ extendit, hoc nomē in gaudiū. Sequentia.

Dulcis iesus nazarenus, iudeorū rex amenus: pius pulcher floridus. Pro salute sue gentis, subit mortem cum tormentis: factus pallens liuidus. Dulce nomen ꝫ cognomen, hoc transcendens est prenomē: omnibus nominibus. Mulcet reos sanat eos, fouet iustos munit eos: seruans ab insultibus. Huius regis sub vexillo, statu degis in tranquillo: hostes tui fugiunt. Nomen eius meditatum, belli fugat apparatū: hostes victi rugiunt. Hoc est nomen recolendum, quod sic semper est tremēdum, malignis spiritibus. Hoc est nomen salutare, ꝫ solamen singulare: quod succurrit tristibus. Hoc nos decet honorare: arca cordis inserare: cogitare ꝓamare, amore sed heroico. Ignatius hoc docuit, illud passus insonuit: cor eius scissum patuit, inscriptum iesu celico. Ut quid maiora cupimus, ꝙ quod iesus sit intimus: qui est preamantissimus, ꝫ querit nos amare: Amat feruentissime, amat constātissime: amat fidelissime, ꝫ suos vult inuare. Nomen suum fecit tale, vt sit cunctis cordiale: capitale principale dilectum ex intimis. Habent hoc nature iura, vt amantem tota cura redamemus: placitura prestantes ex animis. Jesu nomen omne bonū tenet, dulcem facit sonū: promeretur regni thronum, auditum letificat. In hoc lucet splendor patris, in hoc patet decor matris, in hoc fulget honor frīs: hoc fratres magnificat. Caput iesu cor mens manus, vulnus liuor sanguis planus, pedes corpus vigor sanus: parantur hominibus. Hec torquentur passa dura: his lesura ꝫ natura, reparantur pia cura purgatis criminibus. Ergo si quis velit scire, quare iesu nomen mire, facit bonos concupire, sui inherentiam. Diuisio. Jesus pulcher in decore, summe bonus in valore: mitis lenis cum dulcore, pronus ad clementiam. Jesus est rex generosus, iesus forma speciosꝰ, iesus lingua gloriosus, et mirandus opere. Jesus fortis animosus, iesus pugil vigorosus, iesus donis copiosus, et gaudet tribuere. Jesus pie visccrosus, iesus ductor luminosus, iesus est deliciosus, ꝫ sapit dulcissime. Jesus fama gloriosus, iesus cunctis fructuosus, iesus totus virtuosus, fouet suos optime. Summus potēs in vigore, summus celsus in honore, summus gratus in amore: omnem laudem obtinet. In sciendo summe sapit, ambiendo cuncta capit: diligēdo corda rapit, ꝫ illata detinet. Eia nobis nomen gratum, iesus dulcis appellatum: sit in corde sic firmatū, vt non possit erui. Hoc reatum peccatorum tollat, prestet iubilorum odas sede beatorum donet nobis perfrui. Amen. Secundum Mattheum.



In illo tēpore. Angelus domini apparuit in somnis ioseph: dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autē filium: & vocabis nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum: a peccatis eorum. Hoc autem totum factū est: vt adimpleretur quod dictum est a domino, per prophetam dicētem. Ecce virgo concipiet in vtero et pariet filium: & vocabitur nomen eius emanuel. Quod interpretatur nobiscum deus. Credo. in die tātū. Offr. In nomine meo demonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint non eis nocebit, super egros manus imponent & bene habebunt alleluia. Secreta.

In veneratione nominis dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi tibi deus pater misericordiarum, deuotis mentibus hostias immolamus suppliciter deprecātes: vt earum virtute cunctis egentibus prestetur auxilium: vt in eodem noīe delectantes, salutarem sui propositi consequantur effectum. Per eundē. Prefatio. Quia per incarnati. per totum annum. Cōio. Vincenti dabo manna absconditum: & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouū scriptū, qđ nemo scit nisi qui accipit alla. Postcōio.

Sacrosācta mysteria que sumpsimus domine ad honorē cōplacentissimi nominis filij tui domini nostri iesu christi deuotis precordiis recolentes, quesumus vt incremēta spiritualis exultationis nobis accumulent: & affectum nostrum ad hoc salutiferum nomen iesu iugiter imprimendum accēdant: & ad iubilādū in iesu saluatore nostro dulcissimo, tota mentis intentione promoueāt. Per eundē. Per to. octa. dicat mis. predicta qñ de octa. agit: sed sine Credo. & cum sequētia Jesus pulcher in decore. vt supra in diuisione.

Sancti donati epi & mart. Offiū.



Sacerdotes dei benedicite dominū: sancti & humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui es tuorum gloria sacerdotum: presta quesum⁹ vt sancti donati martyris tui atq pontificis cuius festa celebramus, sentiamus auxiliū. Per. Epistola. Nemo militans. in cōi. fo. iiij. Gr. Inueni dauid seruum meū, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiū meum confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eum. Alla. V. Disposui testamentum electis meis: iuraui dauid seruo meo. Euā. Vigilate quia nescitis. in cōi. fol. xij. Offert. In virtute tua domine letabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehemēter, desiderium aīe eius tribuisti ei. Sec.

Exaudi domine preces nostras: & vt tibi digna sint munera q oculis tue maiestatis offerimus: intercedēte beato donato martyre tuo atq pontifice: subsidium nobis tue

Margin: i.C — Marci. xvi.D — po. ij. e — Da. iij. f — Psalm. lxxxviij

pietatis impende. Per dominū no.
ps.xx. Cōio Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcommunio.

Deuotioni nostre domine quesum⁹ clementer adesto: vt intercedente btō donato martyre tuo atqꝫ pōtifice: qđ ad honorē tui nominis debito frequentamus obsequio, fiat nobis remedium salutare. Per.

¶ Sancti cyriaci sociorumqꝫ eius martyrum. Officium.

ps.xxxiij. 
Timete dominū oēs sancti eius, quoniam nichil deest timētibus eū: diuites eguerunt et esurierūt, inquirentes aūt dominū non deficient omni bono. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui nos annua beatorū martyrum tuorum cyriaci sociorumqꝫ eius solennitate letificas: concede propitius vt quorum natalitia colimus, virtutem quoqꝫ passionis imitemur. Per dominum nrm.

Lectio libri sapientie.

eccl.ij.b Metuentes dominū sustinete misericordias eius: et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum credite illi: et non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dominum sperate in illum: et in oblectatione ei⁹ veniet vobis misericordia. Qui timetis dominū diligite illum: et illuminabuntur corda vrā. Respicite filij nationes hominum: et scitote quia nullus sperauit in dño, et confusus est. Quis enim permāsit in mandatis eius: et derelict⁹ est: Aut quis inuocauit illum: et despexit eū:

Quoniam pius et misericors est dñs deus noster. Grad. Timete dominum omnes sancti eius: quoniam nichil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dñm non deficient omni bono. Alla. V. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. ps.xxxiij ps.lxvij

Secundum Marcum.



In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Euntes in mundum vniuersum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autē eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquētur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferū quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Offer. Letamini in domino et exultate iusti: et gliamini oēs recti corde. Secr. xvj.D ps.xxxj

Pro sanctorum tuorum cyriaci sociorūqꝫ eius martyrio venerando tibi domine laudis hostias immolamus, tua mirabilia pertractantes: per que talis est perfecta victoria. Per. Cōio. Signa eos qui in me credent hec sequentur: demonia eijcient, super egros manus imponent, et bene habebunt. Postcommunio. Marci.xvj.D

Sanctorum martyrum tuorū cyriaci sociorumqꝫ eius precibus confidentes: quesumus domine vt per ea que sumpsimus, eterna remedia capiamus. Per dominum.

Quando vigi. sancti lauren. extra dñicã euene. tũc dicatur missa de oct. nominis iesu post tertiã cum mẽo. de sctõ romano, et post sextã dicat missa de vigil. vtraqz ad principale alta. Quando vigi. sancti laurentij in do. euene. tunc dicatur missa de vigil. in capl'o: cũ memo. de sancto roma. Et in summa missa de oct. nois iesu fiat memoria de dñica & de trinitate: & nichil de sancto romano: & tunc in fer. iij. proxima sequente dicatur missa dñicalis in capitulo. In vigil. scti laurentij martyris. Officium.

Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ scli: cornu eius exaltabitur in gloria. ps. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. Oro.

Da quesumus omnipotẽs deus, vt triumphum beati laurẽtij martyris tui quem despectis ignibus consummauit in terris: perpetua celorũ luce conspicuum digno fidei fervorem veneremur. Per dominum.

Memo. de sancto roma. mart. Oro.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt q beati romani martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum nostrum.

Lectio libri sapientie.

Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorẽ meum. Confitebor nomini tuo quoniam adiutor et protector factus es michi: & liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operantium mẽdacium. Et in conspectu astãtium factus es michi adiutor: & liberasti me secũdum multitudinem misericordie nominis tui. A rugiẽtibus preparatis ad escam: de manibus querẽtium animã meã, & de multis tribulationibus que circundederunt me. A pressura flamme que circundedit me: & in medio ignis non sum estuatus. De altitudine vẽtris inferi: & a lingua coinquinata, & a verbo mendacij. A rege iniquo: et a lingua iniusta. Laudabit vsqz ad mortem anima mea dominum: & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circundederunt me vndiqz: & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominũ: & non erat. Memoratus sum misericordie tue dñe & cooperationis tue: q a seculo sunt. Quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustie: domine deus meus. Gradale.

Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. V. Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorum benedicetur. ps. cxi

Si dñica fuerit dicitur Alleluia. V.

Leuita laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit: et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Euangeliũ. Si quis vult post me venire. in cõi. fo. v. Offertoriũ. Oratio mea munda est, & ideo peto vt detur locus voci mee in celo, quia ibi est iudex meus & conscius meus in eternum, ascendat ad dominum deprecatio mea. Secreta. eccl. vo

Tanto placabiles tibi domine (quesumus) nostre sint hostie: quanto sancti martyris tui laurẽtij, pro cuius solennitate exhibentur: tibi grata sunt merita. Per dominũ.

Alia secreta de sancto romano.

Muneribus nostris quesumus domine precibusqz susceptis: & celestibus nos munda mysterijs, et intercedente beato romano martyre tuo clemẽter exaudi. Per. Cõmunio Matth

Qui vult venire post me abneget semetip- xvi. C

sū, & tollat crucē suā, & sequatur me. Postc.
Conserva quesumus dn̄e munus tuū in nobis: vt quod te donante pro beati laurentij martyris tui solennitate percepimus: & salutem nobis operetur & pacem. Per.
Postcommunio de sancto romano.
Da quesumus domine de⁹ noster: vt sicut vti romani martyris tui temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. P.
¶ In die sancti laurētij mar. Offitiū.
ps. xcv 
Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Ps. Cātate domino canticum nouum: cātate domino omnis terra. Oratio.
Da nobis quesumus omnipotens deus vitiorum nostrorū flammas extinguere: qui beato laurentio tribuisti tormentorum suorū incēdia superare. Per. Memo. de nomine iesu. Epistola. Ad Corinthios.
ij. c. ix. b. Fratres. Qui parce seminat: parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus & metet. Unusquisqꝫ prout destinauit in corde suo: nō ex tristitia aut necessitate. Hilarem enim datorē diligit deus. Potens est autē deus omnem gratiam abūdare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficiētiam habentes, abundetis in omne opus bonum sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculū seculi. Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducādum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum: et augebit incrementa frugum iustitie vestre. Grad. Probasti domine cor meum & visitasti nocte. V. Igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Alla. V. Ps. xvi
Leuita laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit. Sequentia. Eccli.
Stola iocunditatis alleluia. Induit hodie dominus militem suum laurentium. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium. Hodie martyr insignis hostiam deo placentē obtulit. Hodie tormentū ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamen monitu beati senis. Grauissimis non refugit exhibere membra penis. Ante regem accersitur: & de rebus conuenitur occultis ecclesie. Sed non cedit blandimētis: emollitur aut tormentis eius auaritie. Luditur valerianus: & leuite larga manus: dum petit inducias. Dat minister charitatis: pauperibus cōgregatis: facultatum copias. Furit igitur prefectus: & paratur ardēs lectus. Insultātis viscera: crates vrit aspera. Sudat martyr in agone: spe mercedis et corone. Que datur fidelibus, pro christo certantibus. De cuius militia: celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros nequitie. Ut hunc ergo per patronum: consequamur vite donum. In illius die festo: chorus noster letus esto. Jocundum in ecclesia: decantans alla. Euange. Nisi granum. in communi. fol. iiij. Offertoriū. Confessio & pulchritudo in cōspectu ei⁹: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. Secreta. Ps.
Ut tuis domine mysterijs digni reddamur, illa quesum⁹ veritas nos illuminet semper et foueat: que in beati laurentij martyris tui corde flammam tue confessionis accēdit: iesus christus filius tuus do-

io.xii.d. min⁹ nr̄. qui te. Cōio. Qui michi ministrat me sequatur: et vbi ego sum, illic et minister meus erit. Postcommunio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur: vt quod debite seruitutis celebram⁹ officio: intercedente beato laurentio martyre tuo, saluationis tue sentiamus augmentum. Per. ¶ Sācti tyburtij martyris. Officium.

s. xci. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit̄ plātatus in domo domini, in atrijs dom⁹ dei nostri. ps. Bonū est confiteri dn̄o: et psallere noī tuo altissime. Orō.

Beati tyburtij martyr̄ tui nos domine foueant cōtinuata p̄sidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dominum nr̄m.

Memoria de sancto laurentio. Epl̄a Doctrinis varijs. in cōmuni. fol̄. v.

xxxvi. Gr̄. Iustus non conturbabitur: quia dominus firmat manum eius. ℣. Tota die miseretur et commodat: et semē eius in benedictione erit. Alla. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Euangelium. Si quis vult. in cōmuni. f. v.

xx. ibidem Offr̄. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt et tribuisti ei, alleluia. Secreta.

Grata tibi sint domine hec sacrificia, que in sancti tyburtij martyris tui passione deferuntur, cuius intercessione (quesumus) salutaria nobis efficiantur. Per. Cōio. Qui

Matth xvi. D vult venire post me, abneget semetipsum: et tollat crucē suā: et sequatur me. Postcōio.

Quesumus omnipotens deus: vt interueniente beato tyburtio martyre tuo: et tua in nobis dona multiplices, et misericorditer largita conserues. Per. ¶ Scti hippolyti sociorumq; eius martyrum. Officiū.

ps. lxvij Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Da quesumus omnipotēs de⁹, vt beati hippolyti martyris tui sociorumq; eius veneranda solennitas, et deuotionem nobis augeat et salutem. Per. Memo. de noīe iesu. et de sācto laurentio. Epistola. Iusti

Sap. iii. a aūt in ppetuū. in cōi. fol̄. vi. Gr̄. Iustorū anime in manu dei sunt, et nō tāget illos tormētū malitie. ℣. Visi sunt oculis insipiētium mori, illi autē sunt in pace. Alla. ℣. Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatē sibi. Si dn̄ica fuerit dr̄ sequētia de cōi pluri. mar. f. vij. Euange. Attendite a fermen. in cōi.

Eccl̄ia. ps. cxxiij. fo. ix. Offr̄. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus cōtrit⁹ est, et nos liberati sumus. Secreta.

Respice quesum⁹ dn̄e munera populi tui, in sanctorum martyrum tuorū hippolyti sociorumq; eius honore oblata: et testificatio tue veritatis nobis proficiat ad salutē.

lu. xij. a. Per dominum. Cōio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his q̄ vos persequuntur. Postcommunio.

Quos tuis domine refici sacramentis, sanctorum martyrū tuorum hippolyti sociorumq; ei⁹ attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectum, et mysterijs capiamus et moribus. Per dominū.

¶ Quando vigi. assumptionis beate marie extra dn̄icā eueñ. tunc dicat̄ missa de oct. nois iesu post tertiā: cū memorijs de sctis eusebio et laurē. et post sextā dicat̄ missa de vigi. vtraq;

ad principale altare. ¶ Quādo vig. assumptionis beate marie in dñica euenerit. tunc dicatur missa de vigilia in capitulo cum memorijs de sāctis eusebio & laurentio: & in summa missa de oct. nominis iesu fiat memo. de dñica et de trinita. & nichil de sanctis eusebio et laurentio: & tunc in tertia feria proxima sequente dicatur missa dominicalis in capitulo.

¶ In vigilia assumptionis. Officiū.

Sedulius.



Salue sancta parens enixa puerpera regem: qui celum terramqꝫ regit in secula seculorum. Vꝰ. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. In hac vigi. non repetatur officiū post psalmū: sed post Gloria patri. et Sicut erat. tm̄. Ad hanc missam de vigi. dr cātus ferialis sup Kyrie eleison. Gloria in excelsis. Sāctus. et Agnus. nisi dñica fuerit: tūc enī dicitur cantus super Kyrie eleison. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus. et Ite missa est. sicut in festo triū lectionum sine regimine chori: & dicitur missa in capitulo. Oratio.

Lu. j. C

Deus qui virginalem aulam beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumꝰ vt sua nos defensione munitos, iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui vi. Memo. de sancto eusebio. Oratio

Deus qui nos beati eusebij cōfessoris tui annua solēnitate letificas: concede propitius vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per d. Mēo. de sctō laurentio. Lectio libri sapientie.

Eccli xxiiij. C

Ab initio & ante secula creata sum, et vsqꝫ ad futurum seculum non desinam: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in siō firmata sum, et in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum, detentio mea. Grad.

Eccli

Benedicta & venerabilis es virgo maria: q̄ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. Vꝰ. Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factꝰ homo. Si dñica fuerit, dr Alla. V. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Sec. Lucam.



xj. D

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocē quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbū dei: & custodiūt illud. Offer. Felix nāqꝫ es sacra virgo maria & omni laude dignissima: quia ex te ortꝰ est sol iustitie christus deus noster. Et dicit hac die sine alla. Quandocunqꝫ dicit (extra. lxx. vsqꝫ ad pascha) nisi ad hāc missam de vigilia tantū, cum extra dñicā euenerit. V. Beata es virgo maria que dominum portasti creatorem mundi: genuisti qui te fecit et in eternum permanes virgo. Secreta.

Eccli

Munera nostra domine (quesumus) apud clemētiam tuam dei genitricis commēdet oratio: quā

ideirco de p̄senti sc̄lo trāstulisti, vt pro peccatis nr̄is apō te fiducialit̄ intercedat. Per eūdē. Alia secre. de sc̄to eusebio.

Sancti eusebii cōfessoris tui interuētu dn̄e tibi seruit⁹ nr̄a cō placeat: ⁊ oblatio p̄sētiū munerū fiat p̄sidiū deuotorū. p. Pref. quot. Cōio.

Alma dei genitrix succurre p̄cātib⁹ cūctis: nos quoq̄ vna p̄camur supplices, vt tuis p̄cib⁹ adiuti laudemus trinitatē. Postcōio. Eccl'ia.

Concede quesum⁹ misericors deus fragilitati nostre presidium: vt qui sancte dei genitricis et virginis marie requiē celebramus: intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eūdem dominum nostrum. Alia postcommunio de sancto eusebio.

Leti domine sumpsim⁹ sacramenta celestia: que nobis intercedente beato eusebio confessore tuo, sentiamus vberius profutura. Per dominum nostrum iesum.



In die assumptionis beate marie virginis. Ad missam. Officium.



Gaudeamus omnes in domino, diem festū celebrantes, sub honore marie virginis: de cuius assūptiōe gaudēt angeli, ⁊ collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Kyrie. De⁹ creator. Oro. Eccl'ia. ps. xliiii

Ueneranda nobis domine huius diei festiuitas opem conferat salutarem, in qua sancta dei genitrix mortem subiit temporalē: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filium tuum dominum nostrū de se genuit incarnatū. Qui te.

Lectio libri sapientie.

In omnibus requiem quesiui: ⁊ in hereditate domini morabor. Tunc precepit ⁊ dixit michi creator omnium: ⁊ qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, ⁊ dixit mihi. In iacob inhabita, ⁊ in israel hereditare: ⁊ in electis meis mitte radices. Et sic in sion firmata sum, ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, ⁊ in partes dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: ⁊ quasi cypressus in monte sion. Quasi palma exaltata sum ī cades: ⁊ quasi plātatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquas In plateis sicut cinnamomū ⁊ balsamum aromatizans, odorem dedi. Quasi myrrha electa: dedi suauitatē odoris. Alia epistola per octauas. Eccl'i. xxiiii. B

Lectio libri sapientie.

Egredimini filie sion, et videte regem salomonē in diademate quo coronauit eū mater sua in die cāt. iii. d

desponsationis illius: et in die letitie
.iiii.A cordis eius. Quam pulchra es amica mea: quam pulchra es et decora. Oculi tui columbarum: absque eo quod intrinsecus latet. Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te. Ueni de libano sponsa mea: veni de libano, veni. Quam pulchre sunt mamme tue, soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino: et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa: mel et lac sub lingua tua, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tue paradisus malorum punicorum: cum pomorum fructibus. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium: que fluunt impetu de libano. Ueni in hortum meum soror mea sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis. Una est columba mea, perfecta mea: vna est matri sue, electa genitrici sue. Uiderunt eam filie sion, et beatissimam predicauerunt: regine et concubine laudauerunt eam. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens: pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata: Quam pulchra es et quam decora charissima in delicijs. Statura tua assimilata est palme: et vbera tua botr[is]. Et legantur alternis vicibus per oc. videlicet vna die. In omnibus requiem. et altera die. Egredimini. Ita tamen quod in do. infra octa. et in octa. die dicitur epistola. In omnibus requiem. Grad.

Ps. xliiii Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide, et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alla.

Eccl'ia. V. Hodie maria virgo celos ascendit, gaudete: quia cum christo regnat in eternum. Sequens Alla dicitur quotidie per octa. nisi in dominica, et in octa. die. tunc vero dicitur alla Sicut in prima die. Alla

V. Assumpta est maria in celum: gaudent angeli, et collaudantes benedicunt dominum. Eccl'ia.

Sequentia.

Aue virgo prime matris eue: florens rosa processit maria. Oritur vt lucifer inter astra etherea: perpulchra vt luna. Fragrascit vltra omnia balsama, pigmenta et thymiamata. Purpurea vt viola, rosida vt rosa, candens vt lilia. Patris summi quam elegit proles deica. Ut assumeret carnem sacrosanctam: ex virginis carne incorrupta. Celsus nunciat gabriel noua gaudia. Eterni regis exortum in terra: matremque eius ita salutat. Aue maria, domini mei mater alma: celica plena gratia. Et dicitur trina vice. Tu benedicta regem in secula paries, effecta orbis regina. Fecunda ego (inquit) quomodo esse queam: cum virum non agnoscam: ex quo sum nata semper manens virgo pudica. Ne timeas respondit angelus: sanctum pneuma descendet in te casta: quo fecundata paries deum et hominem vna. O vere sancta atque amanda: ex qua est orta redemptio nostra, salus quoque mundi veraque vita. O dei nostri genitrix pia: suscipe nostra hac die precata, in qua es assumpta ad celi astra. Tu es enim patri chara, tu es iesu mater bona, tu sancti spiritus es templum facta. Tu es pulchra dei sponsa, tu regem christum enixa: domina es in celo et in terra. Hodie namque curie celestis tibi obuia agmina: te assumpserunt ad palatia stellata. Jesus et ipse festiuus tibi matri cum angelis occurrens: sede paterna secum locauit in secula. Jam cum deo regnans, nostra erru-

sa clemens mala: poscens cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra que es post deum spes sola: tuo filio nos representa. Ut in poli aula leti iubilemus alleluia. Secundum Lucam.



In illo tēpore. Intrauit iesus in quoddam castellum: et mulier quedā martha nomine, excepit illū in domū suā. Et huic erat soror nomine maria: que etiā sedēs secus pedes domini, audiebat verbū illius. Martha autem satagebat circa frequēs ministeriū: que stetit, & ait. Dñe nō est tibi cure q̄ soror mea reliq̄t me solā ministrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respondens: dixit illi dominus. Martha martha, solicita es: & turbaris erga plurima. Porro vnū est necessarium. Maria optimā partem elegit: que non auferetur ab ea. Credo. Offertoriū. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta.

Grata tibi domine (q̄s) munera nostra efficiat beate dei genitricis oratio: quam & si pro cōditione carnis migrasse cognoscimus, in celesti gloria pro nobis apud te iugiter orare sentiam⁹. Per eūd. Pref. Et te in assumptione. Hec prefatio dr̄ quotidie per octa. & in octa. Cōio. Beata viscera marie virginis: que portauerunt eterni patris filium. Postcōmunio.

Mense celestis participes effecti imploramus clemētiā tuā domine deus noster: vt qui festa dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus, eius intercessionib⁹ liberemur. Per eundem dominum nostrum iesum christū. Quotidie p̄ heb. dr̄ eadē missa cū p̄p̄riis seq̄n. sed sine Credo. nisi in do. & Credo. & in oc.

Secunda die sequentia.

Post partū virgo maria. Dei genitrix fecunda: gratia tonātis plena. Aue terrarum domina, alma celorum regina. Tibi ethera, omnisq̄ sanctor̄ turma, depromat symphonia. Tellus, flumina, atq̄ syluarum nemora: resultent voce sua. Salue parens inclyta: felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra: extans virgo feta mater intacta. Unde nostris eia faue votis dña christū interpellās pro salute humana. Per te mater, aboleri filiorū flagitamus crimina. Nosq̄ omnes introduci sēpiterna paradisi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria. Tertia die sequentia.

Aue maria gratia plena. Dominus tecum virgo serena. Bñdicta tu in mulieribus. Que peperisti pacem hominibus et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essem⁹ sui: nos fecit per gratiā. Per hoc aūt aue mundo tam suaue: cōtra carnis iura. Genuisti prolē, nouū stella solem: noua genitura. Tu parui & magni, leonis & agni: saluatoris christi templum extitisti: sed virgo intacta. Tu floris & roris, panis & pastoris: virginum regina, rosa sine spina: genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es misericordie. Theophilum reformans gratie: de lacu fecis et miserie. Ergo maris

stella verbi dei cella, et solis aurora. Paradisi porta, per quam lux est orta: natum tuum ora. Nos vt soluat a peccatis, & in regno claritatis: quo lux lucet sedula, collocet per secula.

¶ Quarta die sequentia.

LEtabundus exultet fidelis chorus alleluia. Nota q̄ in. lxx. p alleluia dicitur die ista. Regem regū intacte profudit thorus: res miranda Angelus consilij natus est de virgine, sol de stella. Sol occasum nesciēs, stella semper rutilans: semper clara. Sicut sydus radium, profert virgo filiū: pari forma. Neq; sydus radio, neq; mater filio: fit corrupta. Cedrus alta libani, conformatur hysopo: valle nostra. Verbum ens altissimi, corporari passum est: carne sumpta. Esaias cecinit, synagoga meminit: nū q̄ tamen desinit, esse ceca. Si nō suis vatibus, credat vel gentilibus: sibyllinis versib⁹, hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur damnaberis gēs misera? Quem docet litera. Natum considera. Ipsum genuit puerpera. ¶ Quinta die seque.

HAc clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mundi domina, q̄ est sola castissima, virginum regina. Salutis causa, vite porta, atq; celi referta gratia. Nam ad illā sunt nūcia: olim facta angelica. Aue maria, gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina: intra semper benedicta. Virgo & grauida, mater intacta, prole gloriosa. Cui contra maria: hec reddit famina. In me quomodo tua iam fient nuncia? Viri noui nullam certe copulā. Ex quo atq; nata sum incorrupta. Diua missus ita: reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua afferens gaudia, celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portās, qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica.

¶ Sexta die Sequentia.

AVe mūdi spes maria: aue mitis, aue pia: aue plena gratia. Aue virgo singularis, que per rubū designaris: non passum incendia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula. Cuius fructus, nostri luctus relaxauit vincula. Aue carens simili: mundo diu flebili, reparasti gaudium. Aue cuius viscera, contra mortis federa: ediderunt filium. Aue virginum lucerna, per quam fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci, & de cuius lacte pasci: rex celorū voluit. Aue gemma: celi luminarium. Aue sancti spiritus sacrarium. O quam mirabilis, & q̄ laudabilis: hec est virginitas. In qua per spiritum facta paraclitum, fulsit fecunditas. O q̄ sancta q̄ serena: q̄ benigna q̄ amena: esse virgo creditur. Per quā seruitus finitur: porta celi aperit: et libertas redditur. O castitatis lilium: tuū precare filium, qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vitio: in flebili iudicio: subijciat supplicio. Sed nos tua sancta prece: mundans a peccati fece. Collocet in lucis domo: amē dicat omnis homo.

¶ Septima die Sequentia.

HOdierne lux diei, celebris in matris dei: agitur memoria. Decantemus in hac die, semper virginis marie: laudes & preconia. Omnis homo omni hora, ipsam ora et implora: et⁹ patrocinia. Psalle psalle nisu toto, cordis oris voce voto: aue plena gratia. Aue domina celorum, inexperta viri thorum: parens

paris nescia. Fecūdata sine viro, genuisti modo miro: genitorē filia. Florēs hortus austro flāte, porta clausa post & ante: via viris inuia. Fusa celi rore tellus, fusum gedeonis vellus: deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti, tu caliginose menti: desup irradia. Placa mare maris stella, ne inuoluat nos procella: & tēpestas obuia. ¶ Tertia die infra octa. assumptionis, dr missa in capitulo de octa. sancti Laurentij. Officium.

Ps. xvi

Probasti dn̄e cor meū & visitasti nocte: igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas. Ps. Exaudi dn̄e iustitiam meam: intende deprecationem meam. Oratio

Beati laurētij martyr; tui nos faciat domine passio veneranda letantes: & vt eam sufficienter recolamus, efficiat promptiores. Per. Epistola Qui parce seminat. vt sup. in die. Grad. Posuisti domine sup caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alla. V. Leuita laurentius bonū opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminauit, et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Si vigilia in dn̄ica euenerit: tunc hac die dicetur sequens Alleluia. Vsus. Leuita laurentius bonū opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminauit.

Ps. xx.

Ecclia.

Ecclia.

Secundum Mattheum.

In illo tpe. Dixit ies discipulis suis. Qui amat patrē aut matrē plusq̄ me: nō est me dign⁹. Et qui amat filiū aut filiā sup me: nō est me dignus. Et qui non accipit crucē suā & sequitur me: non est me dign⁹. Qui inuenit animam suam: perdet illā. Et qui perdiderit animam suā propter me: inueniet eā. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit pphetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustū in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq; potum dederit vni ex minimis istis, calicem aque frigide tantum in nomine discipuli: amē dico vobis, non perdet mercedē suā. Offer. In virtute tua domine letabitur iustus: & sup salutare tuū exultabit vehemēter desiderium anime eius tribuisti ei. Secre. Ps. xx

Beati laurētij martyris tui honorabilem passionem muneribus domine geminatis exequimur: q̄ licet ppriis sit mēorāda principiis, indesinenter tamē permanet gl̄iosa. Per. Cōio. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso. Postcōmunio. Ibidem

Salutare nobis domine quesumus intercessio beati laurētij martyris tui prestet auxilium: vt celestis mense participatio quā sumpsimus, tribuat ecclesie tue recensitam letitiam. Per dominum nr̄m. ¶ Sciendū est q̄ quandocunq; octa. sancti laurentij in dominica cōtigerit: missa de ipsa octaua in illa dominica in capitulo dicitur: et missa dominicalis in vigilia sancti bartholomei in capitulo dicatur: nisi cum fuerint. xxvi. vel. xxvii. dominice. a De omnibꝰ. vsq; ad aduentum dn̄i. tūc eñ ibi vna missa dominicalis differat. ¶ Dn̄ica infra oct. assumptionis ad missam omnia fiant sicut in prima die more simplicis festi. ix. lect. ita tū q̄ Kyrie. Gloria in excelsis. Sequen. Sāctus. & Agnus. p ordinē dicātur. ¶ Quarta die infra oct. fiat memo. de sancto agapito martyre. Oratio.

Letetur ecclesia tua deus beati agapiti martyris tui confi-

sa suffragijs: atq; eius precibus gloriosis, & deuota permaneat, & secura cõsistat. Per dominum. Secreta.

Pro btī agapiti martyris tui passione ueneranda hostias laudis tibi domine immolantes: q̃s vt eius orationibus placeant: pro cuius meritis offerũtur. Per. Postcõio.

Presta q̃s dñe de⁹ noster, vt sacramẽti tui btute percepta: intercessiõe beati agapiti martyris tui tãto munere digni reddamur. Per.

¶ Quinta die infra oct. fiat mẽo. de sancto magno martyre. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: & intercedẽte beato magno martyre tuo, ab hostium nos defende propitiat⁹ incursu. Per dominum nostrum. Secreta.

Oblatis tibi domine q̃s fideliũ tuorũ muneribꝰ intẽde propitius: & vt nulli⁹ sit irrita postulatio: nullius inane sit votũ: gloriosi martyris tui magni desideratum nobis prebe subsidium. Per. Postcõio.

Tua sancta sumentes q̃s dñe: vt beati magni martyris tui nos foueãt cõtinuata presidia. Per.

¶ In octa. assumptionis beate marie ad missam omnia fiãt sicut in prima die more simplicis festi. ix. lectio. & dicitur sup Kyrie cantus de Kyrie omps, dr etiã Spũs & alme a tribus clericis de superiori gradu in suppellicijs ad gradũ chori: & dr Sanctus: cũ hac additione Bñdictus marie filius. Et fiat memoria de martyribꝰ timotheo & symphoriano. Oratio.

Auxilium tuũ nobis domine placat⁹ impẽde: & intercedẽtibus beatis martyribus tuis timotheo et symphoriano, dexterã super nos tue propitiationis extende. Per dominum. Et dicitur ista sequentia.

Aue preclara maris stella in lucem gentium maria diuinit⁹ orta. Euge celi porta que non aperta verita tis lumen ipsum solẽ iustitie: indutum carne ducis in orbem. Virgo decus mũdi regina celi: preelecta vt sol, pulchra lunaris vt fulgor, agnosce omnes te diligentes. Te plenã fide virgam alme stirpis iesse nascituram: priores desiderauerunt pr̃es & prophete. Te lignum vite sacro rorante pneumate parituram diuini floris amygdalum signauit gabriel. Tu agnum regem terre dñatorem moabitici de petra deserti ad montẽ filie sion traduxisti. Tuq; furentem leuiathan serpẽtemq; tortuosum et vectem collidens dãnosum, crimine mundum exemisti. Hinc gẽtium nos reliquie tue sub cultu memorie. Mirũ in modũ quẽ es enixa propitiationis agnũ regnantẽ celo eternaliter, reuocamus ad arã mactandũ mysterialiter. Hinc manna verũ israelitis. Veris veri abrahe filijs. Admirantibus, quondam moysi quod typus figurabat: iã nunc abducto velo datur perspici: ora virgo nos illo pane celi dignos effici. Fac igni sancto pñsq; verbo quod (vt rubus flãma) tu portasti virgo mater facta: peculiari pelle distincto pede mundis labijs cordeq; propinquare. Fac fontem dulcẽ quem in deserto petra premõstrauit degustare quam sincera fide: renesq; succingi lotos in mari, anguẽ eneũ in cruce speculari. Audi nos nam te filius nichil negãs honorat. Salua nos iesu pro quibus virgo mater te orat. Da fontẽ vite visere: da puros mẽtis oculos in te defigere. Christianũm fidẽ operibus redimere: beatoq; fine. Ex huius incola tu seculi auctor ad te transire. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominũ. Postcõio.

Sacro munere satiati q̃s om̃s deus: vt interuenientibus sanctis martyrib⁹ tuis timotheo ꝛ symphoriano: nos omnes sanctorũ tuorum iubeas assisti collegio. Per do.

¶ In vigi. sancti bartholomei apl'i. quere oĩa in cõi vnius apl'i: ꝛ fiat memoria de martyribus timotheo ꝛ apollinare, cũ oratione de cõi. Si hec vigilia in dñica euenerit. nichil fiat de vigilia preter mẽo. ¶ In die sancti bartholomei apostoli. Officium.

psalm⁹ cxxxviij.



Michi autem nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cõfortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meã. Orõ

Omñps sempiterne deus, qui huius diei venerandã sanctamq; letitiã in beati bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti: da eccl'ie tue (q̃s) ꝛ amare quod credidit: ꝛ pdicare quod docuit. Per dñm. Memoria de sancto audoeno episcopo. Oratio.

Deus q̃ perennẽ gl'iam sanctissimi confessoris tui atq; pontificis audoeni anime cõtulisti: tribue q̃s eius nos apud te ita patrociniis subleuari: vt cũ eo vitã possideamus
ps. xviij eternã. Per. Ep'la. Iam nõ estis hos. in cõi. fol. j. Gr. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. V⁹. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum.
Psalm. cxxxviij Alla. V⁹. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Sequẽtia. Clare sanctorum. in cõi. fo. ij. Euangel. Facta est contentio. in cõmuni. fo. ij. Credo. Offerto.
Constitues eos principes super omnem terram: memores erũt nominis tui in omni progenie et generatione. ps. xliiij Secreta.

Beati apl'i tui bartholomei domine solennia celebrantes tuã clementiam deprecamur: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, in cui⁹ veneratione tibi laudis hostias immolamus. Per dominum nostrum. Alia secreta de sancto audoeno.

Oblata quesum⁹ dñe munera fidelis populi meritis btĩssimi audoeni confessoris tui atq; põtificis tibi reddantur accepta: vt ab omni contagione peccati, eisdem quibus famulamur mysteriis: clemẽter emũdari mereamur. Per. Pref. Et te dñe.
Cõio. Uos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribus israel: dicit dominus. Matth. xix. D Postcommunio.

Sumptis dñe salutaribus sacramentis: pro solẽnitate btĩ apl'i tui bartholomei, supplices deprecamur: vt que predicauit ꝛ credam⁹ pariter ꝛ sequamur. Per dominum. Alia postcõio de sancto audoeno.

Mense celestis participatione vegetati supplices te rogamus om̃ps deus: vt sicut de beati audoeni perpetua glorificatiõe annua celebritate gaudemus: ita ipsius apud te intercessione ab omni mereamur aduersitate defendi. Per dñm.

¶ Sancti ruphi martyris. Officiũ.



Iustus nõ cõturbabitur qr dñs firmat manũ ei⁹ tota die miseretur ꝛ cõmodat ꝛ semẽ eius i bñdictiõe erit, in eternũ cõseruabitur. ps. xxxvi. ps. Noli emulari in malignãtib⁹: neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. Orõ.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt btī ruphi martyris tui intercessionibus cōfidētes: nec minis aduersantium nec vllo cōturbemur incursu. Per dñm. Epla. Beatus vir qui in sapientia. in cōi. fo. iij. Grad. Justus non cōturbabitur: qꝛ dominus firmat manum eius. ℣. Tota die miseretur ⁊ commodat, ⁊ semen eius in benedictione erit. Alleluia ℣. Beatus vir qui timet dominū, in mandatis eius volet nimis. Euange. Nichil opertum cōi. fo. v. Offer. In virtute tua domine letabitur iustus, ⁊ super salutare tuum exultabit vehemēter, desideriū anime eiꝰ tribuisti ei. Sec.

p. xxxvj

ps. cxj.

ps. xx.

Hostias tibi dñe ob honorem beati ruphi martyris tui offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut illi prebuisti sacre fidei confessionem, sic nobis indulgentiam largiaris ⁊ pacem. Per. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam ⁊ magnum decorē impones super eū dñe. Postcōio.

Ibidem

Celesti munere satiati quesumus dñe deus noster: vt beati ruphi martyris tui meritꝫ vbiqꝫ nos adiuues. Per. ¶ Sancti augustini episcopi ⁊ doctoris. Officium.

Statuit ei dñs testamentū pacis, ⁊ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias dñi: in eternum cantabo. Oro

Eccli. xxv. D

Psalm. lxxxviij

Deus qui beatum augustinū ecclesie tue in exponendis scripture sacre mysterijs doctorē catholice prouidisti: da nobis quesumꝰ eiꝰ semper ⁊ doctrinis instrui, ⁊ oratiōe fulciri. Per dominum. Memoria de sancto hermete martyre. Oratio.

Deus qui beatum hermetem martyrem tuum virtute constantie in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per do. Epistola. Dedit dominus, in communi. f. xij. Grad. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣sus. Uitam petijt ⁊ tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. ℣sus. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternum ante dominum. Sequē. Adest nobis dies alma. in communi. folio. xj. Euangelium. Uos estis sal terre. in communi. fol. xij. Credo. Offertorium. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

ps. xx

ec. xxxv. A

Psalmꝰ lxxxviij.

Sancti confessoris tui atqꝫ pontificis augustini nobis quesumus domine pia nō desit oratio: que ⁊ munera nostra tibi conciliet: ⁊ tuā nobis indulgentiā semper obtineat. Per dominum nostrum. Alia secre. de sancto hermete.

Munera nostra quesumus domine propitiatus assume: et vt digne tuis famulemur altaribus: sancti hermetis martyris tui nos intercessione custodi. Per. Communio Beatus seruus quem cum venerit dominꝰ inuenerit vigilantē: amen dico vobis super omnia bona sua cōstituet eum. Postcōio.

Math. xxiiii

Sumētes domine salutaria sacramenta: quesumus vt eius nos tribuas subsequi documēta, cuius celebramus gloriosa solennia. Per dominum. Alia postcommunio de sancto hermete.

Repleti domine benedictione celesti quesumus clementiā tuā: vt intercedente beato hermete martyre tuo que humiliter gerimus: salubriter sentiamus. Per dñm nostrū.

¶ In decol. scti ioã. bapti. dr missa in capitulo de sancta sabina vgine, stãti post primã ãte tertiã more solito: & missa de sancto ioanne post sextam.

¶ De sancta sabina virgine. Offm.

ps. cxviii. COgnoui domine qz equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me, cõfige timore tuo carnes meas: a mandatis tuis non me repellas. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oro.

BEate sabine vginis tue & martyris domine precibus cõfidẽtes quesumus clementiam tuam: vt eius meritis & precib⁹ ad eterna gaudia peruenire valeamus. Per. Epla. Domine deus meus. in cõi. fol. xxiiii.

ps. xliiij Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. vsus. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. v. Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere procede & regna. Euãgelium. Simile est regnum celorum thesauro. In commum. fol. xv. Offertoriũ. Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Secreta.

MUneribus nostris domine te magnificamus oblatis: que nobis et beate sabine martyris tue patrocinia, & sempiterna concilient gaudia. Per dominum. Cõmunio.

ps. cxviii. Principes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum: letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa, concupiuit anima mea testimonia tua domine, & dilexit eavehemẽter. Postcõ.

REdemptionis nostre mysteria celebrãtes quesumus domine deus noster: vt beate sabine martyris tue meritis muniamur: et visiõis tue gr̃a ineffabili perfruamur. Per.

¶ In decollatione sancti ioãnis baptiste. Ad missam. Officium.

ps. viii GLoria et honore coronasti eum: et constituisti eũ sup opera manuum tuarũ. ps. Domine dominus noster: & admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

SAncti ioannis baptiste & martyris tui domine quesum⁹ veneranda festiuitas: salutaris auxilij nobis prestet augmẽtum. Per dñm.

¶ Nulla fiet memo. de sãcta sabina virgine vbi missa de ea prius cãtata fuerit. Lectio libri sapientie.

pue. x. b EXpectatio iustorũ letitia: spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis via domini: & pauor his qui operãtur malum. Justus in eternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terrã. Os iusti parturit sapientiam: et lingua prauorũ peribit. Labia iusti cõsiderãt placita: & os impiorũ puersa. Simplicitas iustorũ diriget eos: et xi. A. supplãtatio peruersorũ vastabit illos. Justitia rectorũ liberabit eos: et in insidijs suis capientur iniqui. Justus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: et in perditione impiorũ erit laudatio. In bñdictiõe iustor: exaltabit ciuitas. Gr. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. v. Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eum. Alla. v. Misso herodes spiculatore, precepit amputari caput ioannis in carcere. Sequentia Sancti baptista. Require supra in natiuitate eiusdem.

Secundum Marcum.



In illo tēpore. Misit herodes rex manū: ⁊ tenuit ioannem ⁊ vinxit eum in carcerē propter herodiadem vxorem philippi fratris sui, quia duxerat eā. Dicebat enim ioannes herodi. Nō licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: ⁊ volebat occidere eū, nec poterat. Herodes enim metuebat ioannem: sciens eum virum iustū ⁊ sanctū: ⁊ custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: ⁊ libenter eum audiebat. Et cum dies opportun⁹ accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principib⁹ ⁊ tribunis ⁊ primis galilee. Et cum introisset filia ipsius herodiadis et saltasset, et placuisset herodi simulqꝫ recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue Quid petam. At illa dixit. Caput ioannis baptiste. Cumqꝫ introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit dicens. Uolo vt protinus des michi in disco: caput ioannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum. Et propter simul discūbentes noluit eam contristari: sed misso spiculatore precepit afferri caput ei⁹ in disco. Et decollauit eum in carcere: ⁊ attulit caput eius in disco. Et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt: ⁊ tulerunt corpus eius, ⁊ posuerunt illud in monumento. Offertoꝛ. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide p̄cioso: vitā petijt a te ⁊ tribuisti ei all'. Sec. ps. xx.

Munera tibi domine pro sancti ioannis baptiste et martyris sui passione deferimus: qui dū finitur in terris, factus est celesti sede perpetuus: quesumus vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per do.

Cōio. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorē impones super eum domine. Postcommunio. Psalm. lxxxviij

Conferat nobis quesumus sancti ioannis baptiste vtrūqꝫ solennitas: vt ⁊ magnifica sacramēta que sumpsimus, precibus nostris significata veneremur: ⁊ in nobis potius edita gaudeam⁹. Per. ¶ Sctorꝫ felicis ⁊ adaucti martyrū. Officiū.



Sapientiam sanctorum narrant populi ⁊ laudem eorū nūciat ecclesia: nomia autem eorum viuēt in seculum seculi. ps Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio. Eccli. xliiii. c. ps. xxx

Maiestatem tuam domine supplices dep̄camur, vt sicut nos iugiter sanctorum martyrum tuorꝫ felicis ⁊ adaucti commemoratione letificas: ita semper supplicatione defendas. Per. Epistola. Justorū anime in manu dei sūt. i cōi. f. vij. Gr. Justorū anime in manu dei sunt, ⁊ nō tāget illos tormētū malitie. V. Uisi sunt oculis insipiētium mori, illi autē sunt in pace. Alla. V. Justi epulentur ⁊ exultent in conspectu dei: ⁊ delectentur in letitia. Euang. Attendite a fermen. in cōi. fo. ix. Offer. Letamini in domino ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta. Sap. iii ps. lx ps. xx

Hostias quesumus dñe quas solenniter immolamus p martyrum commemoratione sanctorum clementer suscipe: et concede vt eorũ intercessione in quorum honore offeruntur: veniam delictorum consequi mereamur. Per. Cõio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dñs: et quod in aure auditis predicate super tecta. Matth x.f

Postcommunio.

Refecti domine sacris muneribus: quesumus vt intercedentibus sanctis martyribus tuis felice et adaucto, in gratiarũ semper actione maneamus. Per. ¶ Sancte cuthburge virginis nõ martyris. Offiñ.

Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortib9 tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Orõ. Ps. xliiii

Deus qui eximie castitatis priuilegio famulam tuam cuthburgam multipliciter decorasti: da nobis famulis tuis eius promerente intercessione vtriusqz vite prosperitatem: vt sicut eius festiuitas nobiscũ agitur in terris: ita per eius interuentum nostri memoria apud te semper habeatur i celis. Per. Epistola. Qui gloriatur. in cõi. fo. xvj. Grad. Dilexisti iustitiam: et odisti iniquitatẽ. ỽ. Propterea vnxit te de9 de9 tuus oleo letitie. Alla. ỽ. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginem castã exhibere christo. Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus. in cõi. fo. xvj. Offert. Offerentur regi virgines post eã: proxime eius offerentur tibi. Secreta. Ibidem .co. xi a s. xliiij

Altaria tua domine mysticis muneribus cumulamus: maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt ipsius adiuuantibus meritis carere mereamur cunctis cõtagijs. Per dominũ. Cõio. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. ps. xliiij

Postcommunio.

Celestibus sacramentis refecti maiestatẽ tuã altaribus tuis domine deprecamur inclinati: vt que in solennitate beate cuthburge letãter percepimus, auxilio eius intercessionis nobis proficiant ad vtriusqz profectum salutis. Per dominum.

¶ Sancti egidij abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapiẽtiam: et lingua ei9 loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neqz zelaueris facientes iniquitatem. Orõ. ps. xxxvi.

Deus qui hodierna die beatũ egidium cõfessorem tuũ atqz abbatem aulam regni celestis penetrare fecisti: tribue quesumus vt cu9 deuote gloriamur meritis: eius nos sentiamus consoueri suffragijs. p d. Memo. de sancto prisco mar. Orõ.

Omnipotens sempiterne deus, fortitudo certantium, et martyrum palma: solennitatem hodierne diei propitius intuere: et ecclesiã tuã continua fac celebritate letari: vt intercessione beati prisci martyris tui omnium in te credentium vota perficias. Per dominum. Epla. Iustus cor suum tradet. in cõi. fo. xiij. Grad. Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua ei9 loquetur iudicium. ỽ9 Lex dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius. Alla. ỽ. Posui adiutorium super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Seq. Adest nobis. in cõi. fo. xi. Euangeliũ. Nemo accendit. in cõi. fo. xiij. Offert. Desiderium anime eius tribuisti ei domine: ps. xx. Ibidem

& voluntate labiorum eius nō fraudasti eū: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Secreta.

Muneribus nostris domine q̄s sācti egidij cōfessoris tui atq3 abbatis intercessione gratiam tue placationis infunde: vt & collata nobis remedia tuearis: & propitius conferenda largiaris. Per dominum.

Alia secreta de sancto prisco.

Altaribus tuis domine munera pro commemoratione sancti prisci martyris tui gratanter offerimus: precantes vt ipso intercedēte hec eadem nobis ad celestia promerenda proficiant. Per. Cōio. Fidelis

Matth. xxiiij D seruus & prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcommunio.

Protege dn̄e populū tuum de tua misericordia confidētem: & quos celestibus refecisti mysterijs: beati egidij confessoris tui atq3 abbatis intercessione tuis muneribus assequēdis effice promptiores. Per do.

Alia postcommunio de sācto prisco.

Refectam domine sacre participationis mysterio tuere quesumus plebem tuā: & beati prisci martyris tui solennia recolētem, celestis gratie largitate prosequere: vt visibilib9 adiuta solatijs: ad inuisibilia bona promptius incitetur. Per do.

¶ Trāsla. s. cuthberti epi. Officium.

Ecclī. xxv. D. Statuit ei domin9 testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ī eternum. p̄s. Misericordias domini, ī

Psalm. lxxxviij. eternum cantabo. Oratio.

Presta nobis quesumus omnipotens & misericors deus: vt qui beati cuthberti confessoris tui atq3 pontificis translationis diē veneramur: per ipsius suffragia pietatis tue semper beneficia consequamur. Per dominum. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in dieb9 suis placuit deo. in cōmuni. f. x. Grad. Iurauit dominus & non penitebit eum, tu es sacerdos in eternū scd̄m ordinē melchisedech.

Ps. cix. V9. Dixit dn̄s domino meo, sede a dextris meis. Alla. V9. Iustus germinabit sicut

Esaie. xxxv. lilium: & florebit in eternum ante dominum. Si fiant. ix. lec. dicit sequentia Adest nobis. in cōi. fol. xj. Euangel. Homo quidam peregre. in cōi. fol. x. Offert.

Psalm9 lxxxviij. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in noīe meo exaltabitur cornu ei9. Secr.

Hec munera quesumus domine beati cuthberti confessoris tui atq3 pontificis intercessione sanctifica: & nos famulos tuos a peccatorum omnium maculis clementer emunda. Per dominum. Cōmunio.

Matth. xxiiij Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amē dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Adesto domine populo tuo cũ sanctorum tuorum gereonis, victoris, cassij, florentij, sociorumque eorum patrocinio supplicãti: vt quod propria fiducia non presumit: suffragantium meritis cõsequatur. Per.

¶ Sãcti nicasij sociorumque eius martyrum. Ad missam. Officium.

Sacerdotes eius induã salutari: et sancti eius exultatiõe exultabũt. Ps. Memento domine david: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctã nobis huius diei solennitatẽ in honore sanctorum martyrum tuorum nicasij, quirini, et scuuiculi cõsecrasti: adesto familie tue precibus: et dona vt quorum festa celebramus: eorũ meritis et auxilio sublevemur. Per dominũ nrm. Epla. Rememoramini in cõi. fo. vij. Grad. Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. ỽ. Illuc producam cornu david, paravi lucernam christo meo. Alleluia. ỽ. Fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrẽt in eternum. Evangelium. Cum persequentur vos. in cõmuni. fo. viij. Offertoriũ. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces domine tuorum respice oblationesque fidelium: vt et tibi grate sint pro tuorũ honore sanctorum nicasij, quirini, et scuuiculi: et nobis conferant tue propitiationis auxilium. Per. Cõio. Ego vos elegi de mundo, vt eatis et fructũ afferatis, et fructus vester maneat. Postcommunio.

Sanctorum martyrum tuorũ nicasij, quirini, et scuuiculi domine intercessione placatus: presta quesumus vt que temporali celebramus actione: perpetua salvatione capiamus. Per dominum nostrum.

¶ Translatio sancti edwardi regis et confessoris. Ad missam. Officium.

Gaudeamus omnes in domino, diem festũ celebrantes: sub honore edwardi cõfessoris: de cuius trãslatione gaudẽt angeli, et collaudant filium dei. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui beatum regẽ edwardum cõfessorem tuum eternitatis gloria coronasti: fac nos quesumus ita eum venerari in terris: vt cũ eo regnare possimus in celis. Per dominum. Epla. Iustus cor suũ. in cõi. f. xiij. Gr. Domine prevenisti eum in bene-

dictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petijt & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum
ec.xxxv. seculi. Alla. ℣. Justus germinabit sicut lilium, et florebit in eternum ante dominum. Sequentia Adest nobis, in com. fo. xl. Euangelium. Nemo accendit, in com. f.
ps.xx. xiij. Credo. Offert. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso, vitam petijt a te, et tribuisti ei alleluia. Secreta.

SAcris altaribus assistentes nos domine quesumus spiritus sancti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerimus: nobis ipso interueniente fiat remedium salutare. Per dominum. in vnitate eiusdem spiritussancti deus.

Ibidem Com. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Postcommunio.

VItalis alimonie conuiuio saginati quesumus domine deus noster: vt beati regis edwardi confessoris tui suffragantibus meritis: celestis conuiuij mereamur esse participes. Per dominum nostrum iesum. Vel dicitur ad missam de sancto edwardo in translatione eiusdem hec tres orationes

OMnipotens sempiterne deus, qui beatum regem edwardum sanctorum collegio sociasti: concede propitius vt qui gloriose translationis eius recolimus insignia: ipsius apud te sentiamus patrocinia. Per dominum nostrum. Secreta.

QVos beati regis edwardi translatio sancta letificat, tua nos domine gratia reddat letiores: et tribuat in hoc sacrificio presentie tue dulcedinem toto corde sentire. Qui viuis & regnas. Postcommunio.

VT nobis salutem conferant sacramenta que sumpsimus, beatissimus rex edwardus confessor tuus domine pro nobis intercessor existat: de cuius veneranda translatione tribuis nos annua deuotione letari. P.

¶ Sancti calixti pape et martyris.
Ad missam. Officium.



SAcerdotes dei benedicite dominum: sancti & humiles corde laudate deum. psal. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Gloria patri. Oratio.

DEus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos miseri corditer per sancti calixti martyris tui atque pontificis exempla restaura. Per d. Epistola. Doctrinis varijs, in communi. fo. v.

Grada. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. ℣. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Euange. Vigilate quia nescitis, in com. f. xij. Offer. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MYstica nobis domine prosit oblatio: que per sancti calixti meritum nos a reatibus nostris expediat: & perpetua saluatione confirmet. Per dominum. Communio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

PResta domine quesumus: vt cuius passionis memoriam sacramenti participatione recolimus: fidem proficiendo sectemur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. ¶ Sancti wlfranni episcopi & confessoris. Officium.

Eccli. xlv. D.



Statuit ei dñs testamentũ pacis, & principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias dñi: in eternum cantabo. Orõ.

Psalm. lxxxviij.

Da quesumus omnipotẽs de⁹, vt beati wlfranni confessoris tui atqꝫ pontificis veneranda solennitas: & deuotionem nobis augeat & salutem. Per. Epl'a. Ecce sacerdos magnus. in cõi. fo. x. Grad. Domine preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitam petijt & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. V⁹. Iustus germinabit sicut liliũ: & florebit in eternum ante dominum. Sequen. Adest nobis. vel Alma cho. in cõi. f. xj. Euã. Homo quidã pere. in cõi. fo. xj. Offer. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in noĩe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secr.

Psalm. lxxxviij.

Respice q̃s munera populi tui in scti wlfranni cõfessoris tui atqꝫ põtificis honore oblata: & tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutem. Per dominum. Cõio. Beat⁹ seruus quem cũ venerit dominus, inuenerit vigilantem, amẽ dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Matth. xxiiij

Quos tuis domine reficis sacramẽtis, sancti wlfrãni cõfessoris tui atqꝫ põtificis attolle benign⁹ suffragijs: vt nostre redemptionis effectum, & mysterijs capiamus et moribus. Per dominum. ¶ Sancti michaelis in monte tumba. Officium.

Ps. ciij.



Benedicite dominum omnes angeli ei⁹ potentes virtute: qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. ps. Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto ei⁹. Kyrie rex splẽdens. cum suis versibus. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominumqꝫ dispensas: concede propitius vt a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniat. Per dñm. Lectio libri apocalypsis beati ioannis apostoli.

Factum est prelium magnum in celo: michael & angeli eius preliabantur cum dracone. Et draco pugnabat & angeli eius: et nõ preualuerunt, neqꝫ locus inuentus est eorũ amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus serpẽs antiquus qui vocatur diabolus et sathanas: qui seducit vniuersum orbem. Et proiectus est in terram: & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocem magnam in celo dicentem. Nunc facta est salus & virtus et regnum dei nostri, et potestas christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter sanguinẽ agni, & propter verbum testimonij sui: & nõ dilexerunt animas suas vsqꝫ ad mortem. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis. Grad. Benedicite dominum omnes sancti eius: potentes virtute qui facitis verbum eius. V⁹. Benedic anima mea domino, et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alla. V⁹. Concussum est mare et contremuit terra: vbi archangelus michael descendebat de celo. Nõ dicit sequen. Euang. Accesserũt discipuli. vts. in alio festo. Credo. Offertoriũ. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulũ aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa, & ascendit fumus aromatũ in conspectu dei alleluia. Secreta.

xij. B.

Ps. ciij.

Eccl'ia.

Eccl'ia.

Munus populi tui quesumus domine dignãter assume: qđ tibi non nostris meritis, sed sancti archangeli tui michaelis omniũq; beatorũ spirituum deprecatione sit gratum.
Daniel. iij. F. Per. Prefa. quoti. Cõio. Benedicite omnes angeli domini domino: hymnum dicite & superexaltate eũ in secula. Postcõ.

Beati archãgeli tui michaelis interuentione suffulti supplices te domine deprecamur: vt quos honore prosequimur, contingamus & mente. Per dñm. ¶ Sancte etheldrede virginis nõ martyris. Officiũ.

ps. xliiij Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortib⁹ tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Sicut erat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesum⁹ sancte etheldrede virginis tue placitis tibi meritis commendari, cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per.
Ibidem Epla. Qui gloriatur. in cõi. fol. xvj. Grad. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. V⁹. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. V⁹ Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternum. Sequentia. Uirginis venerande. in cõi. fo. xvj. Euangelium. Simi
Ibidem le est regnum celorum decem virgi. in cõi. f. xvj. Offer. Offeretur regi virgines post eã: proxime ei⁹ offerẽtur tibi. Secre.

Offerimus tibi domine preces & munera ĩ honore sctẽ etheldrede virginis tue gaudentes: presta q̃s vt & conuenienter hec agere, & remedium sempiternũ valeamus acquirere. Per dominum nostrum. Cõio.
Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcõio. Ibidem

Prosint nobis domine q̃s sumpta mysteria: pariterq; nos (intercedẽte beata virgine tua etheldreda) & a peccatis exuãt, & presidijs tue propitiationis attollant. Per dñm. ¶ Sancti luce euãgeliste. Officium.



Os iusti meditabit sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciũ, lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio. ps. xxxvj.

Interueniat pro nobis domine quesumus sanctus lucas euangelista, qui crucis mortificationẽ iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dñm nostrum. Memoria de sancto iusto. Oratio.

Deus qui beato iusto talẽ fortitudinem tribuisti vt in puerili corpusculo gloriosum pro tuo amore subiret martyrium: concede propitius vt ipsius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absoluas peccatis. Per dominum. Epistola. Simili
tudo vultus. in cõi. fo. iij. Grad. Os iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium. V⁹. Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Alla. V Primus ad sion dicet, ecce assum: & hierusalem euangelistam dabo. Sequen. Laus deuota. in cõi. fo. iij. Euange. Designauit dominus. in cõi. fol. iij. Ibidem
Credo. Offer. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso, vitam petijt a te & tribuisti ei alleluia. Secreta. ps. xx.

Donis celestibus da nobis quesumus domine libera mente seruire: vt munera que deferim⁹ (interueniente beato luca euangelista)

⁊ medicinā nobis operēt ⁊ gloriā. p.

Alia secreta de sancto iusto.

Sicut diuine potētie gl'iaȝ munera p vti iusti martyrio oblata testantur: sic nobis effectū dñe q̄s tue saluationis impēdāt. p. Pref. Et te dñe. Nõ dr in hac pfatione per beatos aplōs sed per beatos euāgelistas. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones super eum domine. Postcõio. ps. xx.

Presta q̄s omps deus: vt id qd̄ de scto altari tuo pcepimus: precibus beati euāgeliste tui luce sanctificet animas nostras: per qd̄ semper tuti esse possimus. Per dominū.

Alia postcommunio de sancto iusto.

Refecti dñe benedictione celesti: q̄s vt p intercessionē beati iusti martyris tui, medicina sacramēti et corporibus nostris prosit ⁊ mentibꝰ. Per dominū.

¶ Sancte fredesuuide virginis non martyris. Officium

Dilexisti iustitiam ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibꝰ tuis. ps. xliiij. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Sicut erat. Oratio.

Omps sempiterne deꝰ auctor vtutis ⁊ amator ṽginitatis: da nobis q̄s sctē fredesuuide ṽginis tue placitis tibi meritis cõmēdari, cuiꝰ vita merito castitatis tibi cõplacuit. Per. Epla. Qui glo. in cõi. f. xvj. Gr. Ibidem Dilexisti iustitiā ⁊ odisti iniquitatē. ṽ. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo etitie. Alla. ṽ. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea bñdixit te deꝰ in eternū. Sequē. Virginis vene. in cõi. f. xvj. Euāgel. Simile est reg. ce. decē virgi. in cõi. f. xvj Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces ⁊ munera in honorē sctē fredesuuide ṽginis tue gaudētes: presta q̄s vt et cõueniēter hec agere, ⁊ remediū sempiternū valeamꝰ acquirere. p. Cõio. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Ibidem Postcõio.

Prosint nobis dñe q̄s sumpta mysteria: pariterq̄ nos (intercedēte btā virgine tua fredesuuida) ⁊ a pctis eruāt ⁊ psidijs tue ppitiationis attollāt. p.

¶ Sāctarū vndecim miliū virginū ⁊ martyrū. Officium.

Vultū tuū depcabunt oēs diuites plebis: adducētur regi ṽgines post eā, proxime eiꝰ adducētur tibi i letitia ⁊ exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Ibidem Oratio.

Deus q̄ sanctā nobis hiꝰ diei solēnitatē p beatarū virginū martyrūq̄ tuarū gl'iosa passiõe fecisti: adesto familie tue precibꝰ: ⁊ da vt quarū hodie festa celebramus, meritis et intercessionibꝰ adiuuemur. p. Epla. O q̄ pulchra. in cõi. f. xvij. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ṽ. Cātate dño cāticū nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. ps. cxlix. Alla. ṽ. Adducētur regi virgines post eā, proxime eiꝰ adducētur tibi in letitia. ps. xliiij. Euāge. Simile est regnū celorū decē vir. in cõi. fol. xvj. Offert. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Ibidem Secreta.

Presentia munera q̄s dñe ita serena pietate intuere: vt scti spiritus perfundātur bñdictione: vt in nostris cordibus eā dilectionē auidius capiamus: per quā sctē ṽgines martyresq̄ tue, oīa corporis tormēta deuicerunt. Per do. in vnitate eiusd.

Matth. xxv. A Co. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam christo domino. Postcommunio.

Sumpsimus domine sanctarum virginum martyrumque tuarum solennitate celestia sacramenta: quarum suffragiis quesumus largiaris: ut quod temporaliter gerimus, eternis gaudiis consequamur. Per. Sancti romani rothomagensis archiepiscopi et confessoris. Officium.



Eccli. xlv. D. Statuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Psalm. lxxxviii. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

Deus cui beatus romanus pontifex ita sanctitatis gratia decoratus complacuit: ut tuorum consortium in celis promereretur sanctorum: da ecclesie tue quesumus eius interventu perpetuam consequi letitiam: cuius depositionis diem gratulando celebrat solennem. Per. Epistola. Iustum deduxit. in com. fol. xi. Grad. Ecce sacer- Eccli. xxiiii. C dos magnus, qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inventus similis illi: qui conservaret legem excelsi. Alleluia. V. Inveni david servum Psalm. lxxxviii. meum: oleo sancto unxi eum. Evang. Vigilate quia nescitis. in com. fo. xii. Offertorium. Ibidem Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificium devotionis nostre quesumus omnipotens deus clementer respice: et intercessione beati romani confessoris tui atque pontificis, per hoc nobis salutem mentis et corporis benignus impende. Per. Matth. xxiiii D Commo. Fidelis servus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Concede quesumus domine deus noster, ut mysteria sancta que sumpsimus (intercedente beato romano confessore tuo atque pontifice) et gratiam nobis devotionis obtineant: et effectum beate perennitatis acquirant. Per. Sanctorum crispini et crispiniani martyrum. Officium.



Ps. xxxvi. Salus autem iustorum a domino: et protector eorum est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus qui sanctis martyribus tuis crispino et crispiniano corona martyrii prestitisti: concede quesumus ut eorum intercessione veniam consequamur delictorum, et eterna gaudia beatorum. Per. Memo. de translatione s. ioannis de beverlaco episcopi et confessoris. Oratio.

Deus qui hunc diem sanctissimi ioannis confessoris tui atque pontificis translatione decorasti: fac nos quesumus eius meritis et precibus in sanctorum tuorum societate transferri. Per. Epistola. Spectaculum facti. i com. f. vii. Grad. Ecce quam Ps. cxxxii bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. V. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam barbam aaron. Alleluia. V. Iusti epulen- Ps. lxvii tur et exultent in conspectu dei, et delectentur in letitia. Sequentia. Ecce pulchra. in com. fo. viii. Offer. Gloriabuntur in te omnes Ps. v qui diligunt nomen tuum domine, quoniam tu benedices iusto: domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus, ut his muneribus que pro sanctorum martyrum tuorum crispini et crispiniani honore deferimus: et te placemus exhibitis, et nos vivificemur acceptis. Per.

Alia secreta de sancto ioanne.

Respice quesumus domine propitius ad humilitatis nostre supplicem servitutem: et intercedente beato ioanne confessore tuo atque pontifice, cuius translationem celebramus:

hostias quas in honore eius sacris altaribus immolamus benign⁹ assume. Per. Cōio Et si corā hominib⁹ tor- sap. iij. a
menta passi sunt: deus tentauit eos, tanꝙ aurū in fornace probauit eos, & quasi holocausta accepit illos. Postcommunio.

SAnctorū martyrū tuorū crispini & crispiniani q̄s dn̄e precib⁹ adiuuemur: & eorū solēnia sacris mysterijs celebrantes, fac nos tuo nomini semper esse deuotos. Per dominū. Alia postcōio de sancto ioanne.

PResta nobis dn̄e q̄s vti ioānis cōfessoris tui atqꝫ pōtificis meritis & precib⁹ adiuuari: vt qd̄ presentibus celebram⁹ officijs, eius suffragio perpetue saluationis gaudijs assequamur. Per dn̄m. ¶ In vigilia apostolorū simonis & iude. Officiū.

p. lxxviii INtret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū: vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatē tuā: polluerūt tēplū sanctū tuū: posuerūt hierusalē in pomorū custodiā. Or.

COncede q̄s omp̄s deus: vt sicut apostolorū tuorum simonis & iude gloriosa natalitia preuenimus: sic ad tua beneficia promerēda maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per. Epl'a. Iustorū aīe.
Ibidem in cōi. fo. vij. Grad. Uindica domine sanguinem sanctorum tuorū qui effusus est. V. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre. Si hec vigi. in dn̄ica eueñ. dr Alla. V. Sancti tui dn̄e florebunt sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante te. Euange. Ego sum vitis vos palmi.
.cxlix in cōi. fo. l. Offr. Exultabūt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

ACcepta tibi sit quesumus dn̄e nostre deuotionis oblatio: et ad apostolicam puriores nos faciat peruenire festiuitatem. Per. Prefat. quot. Cōio. Iustorum anime in manu dei sap. iij. a
sunt, & non tanget illos tormentum malitie, visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Postcommunio.

QUesumus dn̄e salutaribus repleti mysterijs: vt quorū ieiunando solēnia preuenimus, eorū orationibus adiuuemur. Per. ¶ In die apl'orum simonis & iude. Officium.



Michi autē nimis honorati sūt amici tui de⁹: nimis cōfortat⁹ est principat⁹ eorū. Psalm. cxxxviii
ps. Dn̄e pbasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Oratio.

DEus q̄ nos per beatos apl'os tuos simonē & iudā ad agnitionē tui nois venire tribuisti: da nobis eorū gloriā sempiternā, & proficiendo celebrare: et celebrando proficere. Per dominum. Ad Romanos.

FRatres. Scim⁹ qm̄ diligentibus deū oīa cooperātur in bonū: his q̄ scd̄m propositū vocati sunt sancti. Nā quos presciuit: & predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus. Quos autem predestinauit: hos & vocauit. Et quos vocauit: hos & iustificauit. Quos autem iustificauit: illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui enim proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus viij. F

electos dei? Deus qui iustificat: quis est qui condẽnet? Christus iesus qui mortuus est, immo qui et resurrexit, q est ad dexteram dei: qui etiã interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate christi? Tribulatio an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut scriptũ est. Qua pter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisiõis. Sed in his oĩbus superamus: propter eũ q dilexit nos. Certus sum enĩ qz neqz mors, neqz vita, neqz angeli, neqz principatus, neqz potestates, neqz virtutes, neqz instantia, neqz futura, neqz fortitudo, neqz altitudo, neqz profundũ, neqz creatura alia poterit nos separare a charitate dei. Que est i xpo iesu: dño nr̃o. Gr.

Psalm. cxxxviij Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabuntur. Alla. ℣

Jo. xv. c Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat. Sequẽ. et euange. Hec mãdo vobis vt diligatis. in cõi. fo. ij. Credo. Offr.

ps. xviii In oẽm terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Gloriam domine sanctorum tuorũ apostolorum simonis et iude perpetuã venerantes: quesumus vt eandem sacris mysteriis expiati, dignius celebremus. Per dominum nostrum. Prefatio. Et te dñe. Cõio.

Matth. xix. D Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel: dicit dominus. Postcommunio.

Sanctificato diuino mysterio quesumus omnipotẽs deus: vt pro nobis eorum nõ desit oratio, quorum nos donasti patrocinio gubernari. Per dominum nostrum.

¶ In vigilia omniũ sanctorũ. Offiũ



Timete dñm oẽs sancti eius: quĩa nichil deest timẽtibus eũ. diuites eguerũt et esurierũt, inquirẽtes aũt dñm nõ deficiẽt omni bonorum. ps. xxxiij Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Domine deus noster multiplica sup nos gratiã tuã: et sanctorum tuorũ quorum preuenimus gloriosa solẽnia, tribue subseq sctã professiõe letitiã. Per. Nulla fiat meõ. ¶ Lectõ libri apocalypsis beati ioannis apostoli.

ps. ... In diebus illis. Ecce ego ioannes vidi in medio throni et quatuor aĩaliũ et in medio seniorũ agnũ stantẽ tãq occisum, habentẽ cornua septẽ et oculos septẽ: qui sunt septem spiritus dei missi in omnẽ terrã. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librũ. Et cũ aperuisset librum quatuor animalia et viginti quatuor seniores ceciderunt corã agno: habẽtes singuli citharas et phialas aureas plenas odoramẽtorum, q sunt orationes sanctorũ. Et cãtabãt canticũ nouũ dicentes. Dignus es dñe deus noster accipere librũ et aperire signacula eius: quoniam occisus es, et redemisti nos deo in sanguine tuo: ex omni tribu et lingua et populo et natiõe. Et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes: et regnabũt super terrã. Et vidi, et audiui vocem angelorum multorũ in circuitu throni et animalium et seniorum: et erat numerus eorum milia milium voce magna dicẽtium. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, et diuinitatem, et sapientiã, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem: in secula seculorũ amẽ. Gr. Exultabunt sancti i gloria: letabũtur in cubilibus suis. ℣.

ps. cxlix Cantate domino canticū nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Si hec vigilia in do. euen. dr missa de vigilia in capit. ps. lxvij cum hoc Alla. V. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. Et tunc ad magnā missam q̄ erit de dn̄ica, fiat memo. de sancto quintino cum hac oratione Deus qui ecclesiam. cū secreta & post communione: que sunt in fine huius officij. Secundum Joannem.

xvij. B. IN illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit. Pater sancte, serua eos in noīe tuo quos dedisti michi: vt sint vnū sicut & nos. Cū essem cū eis: ego seruabā eos in noīe tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: & nemo ex eis perijt nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc aūt ad te venio, & hec loquor in mundo: vt habeāt gaudiū meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuū, & mūdus eos odio habuit: qr non sunt de mūdo sicut & ego nō sum de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. De mūdo nō sunt: sicut & ego nō sum de mūdo. Sctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundū: & ego misi eos in mūdū. Et p eis ego sc̄tifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autē rogo tātū, sed & pro eis qui credituri sunt per verbū illorū in me. Ut oēs vnū sint sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint: vt credat mūdus qr tu me misisti. Et ego claritatē quā dedisti michi dedi eis: vt sint vnū sicut & nos vnū sumus. Ego in eis & tu in me: vt sint cōsummati in vnum. Et cognoscat mundus quia tu me misisti: et dilexisti eos sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti michi volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti michi: quia dilexisti me ante mūdi constitutionem. Pater iuste, mundus te nō cognouit: ego autem te cognoui. Et hi cognouerūt quia tu me misisti: et notū feci eis nomen tuum, & notum faciam. Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: & ego in eis. Offer. Letamini in domino & exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. ps. xxxj Secreta.

ALtare tuum domine muneribus cumulamus oblatis: da quesumus vt ad salutem nostrā oīm sanctorū tuorū precatione proficiāt, quorum solennia ventura precurrimus. Per dn̄m. Cōio. Justorum anime in manu dei sunt: & non tanget illos tormentum malitie, visi sunt oculis insipientiū mori, illi autem sunt in pace. sap. iij. a Postcōio.

SAcramētis domine & gaudijs optate celebritatis expletis: q̄sumus vt eorum precibus adiuuemur quorum recordationibus exhibentur. Per dominum nostrum.

De sancto quintino martyr. Oro.

DEus qui ecclesiam tuam annua beati quintini martyris tui solennitate letificas: concede propitius vt qui memoriā illius digna seruitute veneramur, intercessorem eum semper apud te habere mereamur. Per dominum. Secreta.

IN veneratione beati quintini martyris tui omnipotēs deus, tibi laudis hostiam immolamus orantes: vt ipse pro nobis intercessor existat, qui pro tuo noīe gloriosa morte occubuit. Per. Postcommunio.

PErcipiat dn̄e quesumus plebs tua (intercedēte beato quintino martyre tuo) misericordiam quā deposcit: vt tuis semper digna inueniatur sacramentis. Per dominum.

In die omniū sanctorum. Officium.

Ecclia. Audeam⁹ oẽs in dño, diẽ festũ celebrãtes sub honore oim sanctorũ: de quorũ solẽnitate gaudẽt angeli: et collaudãt filiũ dei. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Or.
ps. xxxi.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos omnium sanctorũ merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quesumus vt desideratã nobis tue propitiationis abundantiã, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per. ¶ Lectio libri apocalypsis beati ioannis apostoli.

vij. A Ecce ego ioãnes vidi angelũ ascẽdentẽ ab ortu solis: habẽtẽ signum dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terre ⁊ mari: dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari, neq; arboribus: quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorũ. Et audiui numerum signatorum: centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda: duodeci milia signati Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecim milia signati. Ex tribu neptalim: duodeci milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu simeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu isachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat: ex omnibus gẽtibus ⁊ tribub⁹ ⁊ populis ⁊ linguis, stantes ante thronum, ⁊ in cõspectu agni, amicti stolis albis, ⁊ palme in manibus eorũ. Et clamabãt voce magna: dicẽtes. Salus deo nostro: qui sedet super thronum et agno. Et omnes angeli stabãt in circuitu throni et seniorũ: ⁊ quatuor aialiũ. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: ⁊ adorauerunt deum dicentes, amen. Benedictio et claritas et sapientia ⁊ gratiarum actio, honor et virtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorum amen. Grad. Timete dñm oẽs sancti eius q̃m nichil deest timentibus eũ. ỽ. Inquirẽtes autẽ dñm: nõ deficiẽt omni bono. Alla. ỽ. Iudicabũt sancti nationes ⁊ dominabuntur populis: ⁊ regnabit illorum rex in eternum. Sequentia.
p. xxxiij
sap. iij. b

b. A Christo inclyto candida nostra canãt melodia agmina. Laudes omnibus dantia sanctis, per hec sacrata festalia. Mariã primũ vox sonet nostra, per quã nobis vite sunt data premia. Regina que es mater ⁊ casta solue nostra per filium peccamina. Angelorum concio sacra: ⁊ archãgelorum turma inclyta. Nostra diluant iam peccata, prestando supera celi culmina. Tu propheta preco lucerna atq; plusq̃ propheta. In lucida nos pone via, mundans nostra corpora. Apostolorumq; princeps omnium: atq; cuncta iuncta caterua. Iam corrobora vera quesumus in doctrina plebis pectora. Stephane gloriosa rutilans in corona: sanctorumq; martyrum turma inclyta. Fortia date corda, corpora eque firma: sacra vt hostem vincant rite spicula. Martine inclyte presulũq; omnis caterua. Suscipe nunc pia modo nostra clemens precata. Regina virginum premaxima: tu mater in-
s. lxvi

corrupta, virgo ꝗ grauida. Sacrata dño et castitas, nostras serua aīas: mundaꝗ corpora. Monachorum venerãda suffragia. Omniũꝗ sanctorum contubernia. Per precata assidua nostra gubernẽt tẽpora. Nosꝗ ducãt ad superna polorũ vera gaudia. Subiungãt pium agmina amẽ redempta. Secundum Mattheum.



In illo tempore. Uidens iesus turbas: ascẽdit in montem. Et cum sedisset: accesserũt ad eum discipuli eius: ꝛ aperiens os suũ: docebat eos dicens. Beati pauperes spũ: qm̃ ipsoꝝ est regnũ celoꝝ. Beati mites: quoniã ipsi possidebũt terrã. Beati qui lugent: qm̃ ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt ꝛ sitiunt iustitiã: quoniã ipsi saturabũtur. Beati misericordes: qm̃ ipsi misericordiã consequentur. Beati mundo corde: quoniã ipsi deũ videbunt. Beati pacifici quoniã filij dei vocabuntur. Beati q persecutionẽ patiuntur propter iustitiam: qm̃ ipsorum est regnũ celorum Beati estis cum maledixerint vobis homines: ꝛ persecuti vos fuerint, et dixerint omne malũ aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra, copiosa est in celis. Credo. Offertoriũ Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem ꝛ fortitudinem plebi sue, benedictus deus alleluia. Secreta.

Munera tibi dñe nr̃e deuotionis offerim⁹: q̃ ꝛ pro cũctoꝝ tibi grata sint honore sctoꝝ: et nobis salutaria te miserãte reddãtur. Per. Prefa. quoti. Cõio. Gaudete iusti in dño alla: rectos decet collaudatio alla. Postcõ. (Ps. xxxii)

Da quesumus domine fidelib⁹ populis: per huius sacramẽti participationẽ, omniũ sanctorũ tuorum semper veneratione letari: ꝛ eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominum. ¶ In commemoratione animarum. Officium.



Equiẽ eternã dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in siõ, ꝛ tibi reddetur votũ in hierusalem: exaudi orationem meã: ad te omnis caro veniet. Oratio. (Eccl̃ia.) (Ps. lxiiij)

Fideliũ deus omnium cõditor ꝛ redẽptor, animabus omniũ fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiã quam semper optauerũt, pijs supplicationibus consequãtur. Qui cũ deo pr̃e. ꝛc. Nulla fiat mẽo. ad hãc mis. licet corp⁹ presens fuerit. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli: ad Thessalonicenses.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini sicut ꝛ ceteri qui spem non habent. Si enim credimus q iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos q viuimus qui residui sumus, in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dñs in iussu et in voce archangeli, ꝛ in tu- (j. iiij. C.)

ba dei descendet de celo: ⁊ mortui qui in christo sunt resurgẽt primi. Deinde nos qui viuim⁹ qui relinquimur. simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cũ domino erimus. Itaqȝ cõsolamini inuicẽ: in verbis istis. Et legatur ĩ pulpito. Qua lecta tres clerici de secunda forma habitu nõ mutato ibidẽ dicant. Gr. Requiem eternã dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. Aie eorũ in bonis demorentur: ⁊ semen eorum hereditet terram. Tractus.

Eccl'ia. ps. xxiij

ps. cxxix De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ℣sus Fiant aures tue intendentes: in oratione͂ serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. ℣⁹ Quia apud te propitiatio est: ⁊ propter legem tuam sustinui te dñe. Et dicitur cũ eodẽ cantu quo in dñica. lxx. et dicitur a quatuor clericis de superiori gradu ad gradũ chori: habitu non mutato: ⁊ interim procedat diaconus cũ subdiacono et cerofe. et thur. sine cruce ad pronunciãdũ euangeliũ. ¶ Secundum ioannem.



xi. C. In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Dñe si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortuus. Sed et nũc scio quia quecunqȝ poposceris a deo: dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio qȝ resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis q̃ viuit ⁊ credit in me: non morietur in eternũ. Credis hoc: Ait illi. Utiqȝ dñe. Ego credidi qȝ tu es christus filius dei viui: qui in hũc mundũ venisti. Et legat̃ in pulpito more dñicali. Nõ dr̃ Credo. Offerto.

Eccl'ia. O pie deus qui primũ hominẽ ad eternã gloriam reuocasti: pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dũ veneris iudicare libera de morte animas eorũ quos redemisti, ne tradas bestiis animas cõfitentes tibi, nec derelinquas eas in finẽ. Non dicit̃ Hostias ⁊ preces. necȝ ℣. Requiem eternam. Secreta.

Hostias q̃s dñe quas tibi pro animabus omniũ fideliũ defunctorũ offerimus propitiatus intẽde: vt quibus fidei christiane meritũ cõtulisti: dones ⁊ premiũ. Per d. Cõio.

Eccl'ia. Pro quorũ memoria corpus christi sumitur, dona eis domine requiẽ sempiternã. ℣sus. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorũ memoria sanguis christi sumitur, dona eis dñe requiem sempiternam. Postcõio.

Animabus q̃s d ñe oĩm fideliũ defunctorum oratio proficiat supplicantiũ: vt eas ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ tue redẽptiõis facias esse participes. Qui cum deo patre.

¶ Si hec cõmemoratio in domi. contigerit. differatur in crastinũ: et fiat totũ seruitiũ de dominica: ⁊ tũc fiat in ipsa dominica memo. de martyribus eustachio sociisqȝ eius. Oratio.

Da nobis quesumus domine sanctorum martyrum tuorũ eustachii sociorumqȝ eius intercessione letitiam ⁊ pacem: vt quorum gaudemus triumphis, protegamur subsidiis. Per dominum. Secreta.

Assume quesumus o͞ps deus, in honore sanctorum martyrum tuor eustachii sociorumqȝ eius

hec tibi oblata libamina: quorũ pia supplicatione placatus, et preteritorum veniam, et futurorum nobis cautelã prebeas delictorum. Per. Postcõio.

Sumpsimus dñe diuina mysteria beatorũ martyrũ tuorũ eustachij sociorũq eius merita venerãtes: presta qs vt eorũ semper et fideli muniamur auxilio: et magnifico pficiamus exemplo. Per. ¶ Dñi commẽo. aiarũ a do. differt. tũc fer. iij. fiat seruitiũ de sctã Wenefreda. ¶ Sãcte Wenefrede virginis et mar. Officiũ. p. cxviii

Loqbar de testimonijs tuis i cõspectu regũ, et nõ cõfundebar: et meditabar in mãdatis tuis q dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate Wenefrede virginis et martyris tue festiuitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per. Epla Sapiẽtia vincit malitiã, in cõi. fol. xvj. Grada. Specie tua et pulchritudine tua: intẽde prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Seq. Exultemus. in cõi. fo. xv. Euange. Simile est regnũ celorũ thesauro. in cõi. fol. xv. Offer. Offerẽtur regi virgines post eã: proxime eius offerẽtur tibi in letitia et exultatione, adducẽtur in templum regi domino. Secreta. ps. xliiij Ibidem

Hostias domine quas tibi offerimus propitius respice: et intercedente beata Wenefreda virgine tua et martyre, vincula peccatorũ nostrorum absolue. Per dominum nostrum. Communio. Feci iudicium et iustitiam domine: non calumnientur michi superbi, ad omnia mãdata tua dirigebar, omnẽ viam iniquitatis odio habui. Postcõio. ps. cxviij

Placeant tibi quesumus misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt mysteria sacrosancta que sumpsimus: intercedente beata Wenefreda virgine tua et martyre: et tuam gratiam nobis concilient, et eterne felicitatis gaudium subministrent. Per dominum nostrum.

¶ Sancti leonardi abba. Officium.



Os iusti meditabit sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciũ, lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq zelaueris facientes iniquitatem. Oratio. p. xxxvj.

Preces nostras quesumus domine celesti dono prosequere: vt qui beati leonardi confessoris tui atq abbatis patrocinijs gloriamur: meritis atq suffragijs apud te semper adiuuari mereamur. Per dominum nrm. Epla Justus cor suũ tradet. in cõi. folio. xiij. Grad. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius, et nõ supplantabuntur gressus eius. Alla. V. Posui adiutorium super potẽtẽ: et exaltaui electum de plebe mea. Sequen. Adest nobis. in communi. fol. xj. Euangel. Nemo accendit. in cõi. fo. xiij. Offert. Ueritas mea et mĩa mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Ibidem p. lxxxviij. Psalm. lxxxviii

Suscipe dñe mũera tue pietati hũiliter immolãda: et pcede vt nobis scti leonardi cõfessoris tui atq abbatis intercessione fiãt salutaria: cuius natalitijs ea tibi speramus accepta. p. Cõio Fidelis seruus et prudens quẽ cõstituit dñs super familiã suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio. Matth. xxiiij

P Urificet nos dñe q̃s tui percepti sacramẽti: ꝛ que pro beati leonardi cõfessoris tui atq; abbat' venerãda solẽnitate gerimus: ei⁹ patrocinãtibus meritis, ad indulgẽtiã prosint eternã. Per. ¶ Sãctorũ quatuor coronatorũ martyrũ. Officium

p lxxviij  I Ntret in conspectu tuo domine gemit⁹ cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinẽ sãctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuã: polluerunt templum sanctum tuum, posuerũt hierusalẽ in pomorũ custodiã. Oratio.

P Resta q̃s ops deus: vt qui gloriosos martyres tuos claudiũ, nicostratũ, symphorianũ, castoriũ, atq; simplicium fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per. Epl'a. Iustorũ aĩe. in cõi. fol. vij.

Ibidem Gr. Uindica dñe sanguinẽ sanctorũ tuorũ: q̃ effusus est. ℣ Posuerunt mortalia seruorum tuorũ escas volatilibus celi, carnes san

Ibidem ctorũ tuorum bestijs terre. Alla. ℣. Mirabilis domin⁹ noster in sanctis suis. Euã. Cũ audieritis pre. in cõi. f. viij. Offr.

ps. cxlix Exultabũt scti in gl'ia: letabũtur in cubilib⁹ suis, exultatiões dei in faucibus eorũ. Sec.

B Enedictio tua q̃s dñe larga descendat: que ꝛ munera nostra deprecãtibus sanctis martyrib⁹ tuis claudio, nicostrato, symphoriano, castorio atq; simplicio tibi reddat accepta: ꝛ nobis sacramentũ redẽptiõis

p lxxviii efficiat. p. Cõio. Posuerũt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas volatilib⁹ celi: carnes sctõrũ tuorũ bestijs terre, scdʒ magnitudinẽ brachij tui posside filios mortipunitorũ. Postc.

C Elestibus refecti sacramentis ꝛ gaudijs, supplices te domine deprecamur: vt quorum gaudemus triumphis, protegamur auxilijs. Per. ¶ Theodori mar. Officiũ.


 I N virtute tua dñe letabitur iustus: ꝛ super salutare tuum exultabit vehementer, desideriũ anime eius tribuisti ei. ps. xx.

℣. Qm̃ preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Oratio.

D Eus qui nos beati theodori martyris tui cõfessione gloriosa circũdas ꝛ protegis: presta nobis eius imitatione proficere, ꝛ oratione fulciri. Per. Epl'a. Beatus vir qui in sapien. in cõi. fo. iij. Gr. Beatus ps. cxi vir qui timet dñm, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Alla. ℣⁹. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Euãge. Si quis vult ex. xxxv. post me venire. in cõi. fo. v. Offr. Gl'ia ps. viii. ꝛ honore coronasti eũ, ꝛ cõstituisti eũ sup opera manuum tuarum domine. Secreta.

M Unerib⁹ oblatis dñe btĩ theodori marty' tui festa venerãtes: q̃s vt q̃ cõsciẽtie nr̃e prepedimur obstaculis, illius meritis reddamur accepti. Per. Cõio. Magna est gloria ei⁹ ps. xx. in salutari tuo, gloriam ꝛ magnum decorem impones super eum domine. Postcõio.

S Ancta tua nos dñe sũpta purificẽt: ꝛ intercedẽte btõ theodoro martyre tuo, ad perpetue beatitudinis cõsortium introducãt. Per. ¶ Scti martini epi ꝛ cõfes. Officiũ.

 S Tatuit ei domin⁹ testamentum pacis, ꝛ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternum. ps. Misericordias domini, in eternum cantabo. Oratio.

Deus qui cōspicis quia ex nul-
la nostra virtute subsistimus:
concede propitius vt intercessione bti
martini confessoris tui atq̃ pōtificis
contra omnia aduersa muniamur.
Per. Mēo. de sctō mēna mar. Oro.
Presta q̃s ops de⁹: vt q̄ bti men
ne martyris tui natalitia coli
mus, intercessione eius in tui nomi-
nis amore roboremur. Per. Epistola
Ecce sacerdos magnus, in cōmuni.
ps.xx. f.x. Grad. Domine preuenisti eum in bene-
dictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹
coronam de lapide precioso. ℣. Vitā petijt
& tribuisti ei longitudinem dierum in seculū
Eccl'ia. seculi. Alla. ℣. Hic martin⁹ pauper & mo-
dicus, celum diues ingreditur: hymnis cele-
stibus honoratur. Seq. Sacerdotē chri-
sti martinū. Redre in trāsla. eiusdem
Euāg. Homo qdā pere. in cōi. fol. xj.
psalm. Offr. Veritas mea & misericordia mea cū
lxxxviij ipso, & in noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Sec.
Deus qui omne bonū in tui sa
cri corporis mysterio cōtineri
voluisti: cōcede propitius vt hoc mu-
nus quod in beati martini cōfessoris
tui atq̃ pōtificis veneratione tibi of
ferimus, ipso intercedente nobis pro
ficere sentiamus. Per. Alia secreta.
Sacrificia ista tibi do eternoq̃
pōtifici oblata domine tu san
ctifica: & interueniente beato menna
martyre tuo, ita nos fac q̃s hec tra-
ctare mysteria: vt ipsi tibi & templū &
hostia placabil' esse mereamur. Qui
Matth. vi. Cōio. Beat⁹ seru⁹ quē cū venerit dñs in
xxiiij. D uenerit vigilantē: amē dico vobis, super om-
nia bona sua constituet eum. Postcōio.
Auxiliare q̃s dñe populo tuo:
vt sacramentorū tuorū vtute
proficiens (intercedēte btō martino
confessore tuo atq̃ pontifice) & tuo sē
per munere gubernetur, & ad redem-
ptionis eterne perueniat te ducēte cō
fortiū. Per dominū. Alia postcōio.
Hec in nobis q̃s dñe grā tua sē
per exerceat: vt diuinis instau
ret corda nr̃a mysterijs: et beati men
ne martyris tui festiuitate letificet. p.
¶ Quot. per oc. dr̄ ead. missa: sed sine
sequen. nisi fest. intercurrat. & nisi in
do. vel qñ dr̄ de sctā maria: vel missa
Salus populi, restat cantanda.
¶ Scti bricij epi & confess. Officium.
Sacerdotes dei bene- Daniel.
dicite dñm: sancti et iij. F.
humiles corde lau-
date deum. ps. Bene-
dicite omnia opera domi
ni domino: laudate et su-
perexaltate eum in se-
cula. Gloria patri. Oratio.
Conserua q̃s dñe populū tuū,
intercessione bti bricij cōfesso-
ris tui atq̃ pōtificis in tuo amore cō
fisum: vt mereamur ipso intercedēte
cōsortes fieri celestiū gaudiorū. Per.
Memo. de sctō martino, vts. Epla.
Iustū dedu. dñs. in cōi. fol. xj. Grad.
Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis pla Eccli.
cuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi: qui xliiij.
conseruaret legem excelsi. Alla. ℣. Ama- Eccl'ia.
uit eū dñs & ornauit eū: stola glorie induit eū
Si do. fuerit: dr̄ sequē. de communi. f.
xj. Euā. Homo qdā nobilis abijt i re-
gionē. in cōi. fo. vj. Offer. Inueni dauid Psalm.
seruū meū & in oleo sācto meo vnxi eum, ma- lxxxviij.
nus enim mea auxiliabitur ei: & brachiū meū
confortabit eum. Secreta.
Sancti bricij cōfessoris tui atq̃
pontificis domine (quesum⁹)
annua solēnitas pietati tue nos red-
dat acceptos: vt per hec pia oblatio-
nis officia, seculi presentis miserias
euadamus: et gratie tue beneficia cō
sequamur. Per. Cōio. Fidelis seruus & Matth.
prudens quē constituit dñs sup familiā suā: xxiiij. D
vt det illis in tp̄e tritici mensurā. Postcōio

Mysteriis refecti diuinis domine deus noster: quesumus vt beati brixij confessoris tui atqꝫ pontificis vbiqꝫ intercessione nos protegas, in cuius annua veneratiōe hec tibi obtulimus sacramenta. Per do.
¶ Infra diocesim London. trāslatio scti erkenwaldi epi ꝛ cōfess. oia fiant sicut in cōmuni. ¶ Sancti machuti episcopi ꝛ confessoris. Officium.

Eccli. xlv. D.  Statuit ei dn̄s testamentū pacis, ꝛ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps.
Psalm. lxxxviij. Misericordias dn̄i: ineternum cantabo. Orō.

Omnipotens sēpiterne deꝰ populi tui preces exaudi: qui beatū machutum confessorem tuum atqꝫ pontificem virtutis grā decorasti: ꝛ eum hodie in celesti gloria suscepisti. Per do.
Memor. de sctō martino. vts. Epla.
Ibidem Ecce sacer. ma. in cōi. fo. x. Gr. Inueni dauid seruum meū oleo sancto meo vnxi eū, manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachiū meū cōfortabit eū. V. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eū.
ec. xxv. a Alla. V. Justus germinabit sicut liliū: et florebit in eternū ante dominū. Sequen. Alma chorꝰ. in cōi. f. xj. Euāg. Homo quidā nobilis. in cōi. fo. vj. Offertor.
Psalm. lxxxviij. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eiꝰ. Secr.

Oblationes nostras qs dn̄e propitiatus intende: quas tibi in honore beati machuti cōfessoris tui atqꝫ pontificis consecrandas deferimus: precantes vt ipsius meritis et intercessione peccatorꝫ omnium que negligenter gessimus, te propitiāte veniā consequi mereamur. Per. Cōio.
Matth. xxiiii. D Beatus seruus quē cū venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Quos donis celestibus domine satiasti, sancti machuti cōfessoris tui atqꝫ pontificis benignus attolle presidijs: vt a noxijs omnibus expediti, post salutaria tua toto corde curramus. Per dominum nr̄m.
¶ Scti edmundi archiepi. Officiū.

 Gaudeamus omnes in domino, diem festū celebrantes, sub honore edmundi presulis: de cuius solēnitate gaudent angeli, ꝛ collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio. — Eccla. / ps. xxxij

Deus qui largiflue bonitatis consilio tuo, ecclesiam tuā bti edmundi confessoris tui atqꝫ pontificis preclare vite meritis decorasti, et gloriosis letificasti miraculis: cōcede propitius nobis famulis tuis: vt et ipsiꝰ in melius reformemur exēplis, et ab omnibꝰ eius patrocinio protegamur aduersis. Per. Mem. de sctō martino. Epla. Ecce sacer. magnus qui in vita. in cōi. fo. xj. Grad. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Uitam petijt ꝛ tribuisti ei, longitudinem dierum in seculū seculi. Alla. V. Hic edmundus pauper ꝛ modicus celum diues ingreditur: hymnis celestibus honorat. Sequen. Alma chorus. ꝛ Euangel. Homo quidā pere. in cōi. fo. xj. Offer. Ueritas mea ꝛ misericordia mea cū ipso: et in noīe meo exal tabitur cornu eius. Secre. — ps. xx. / Eccla. / Psalm. lxxxviij.

Beati edmundi confessoris tui atqꝫ pontificis quesumꝰ dn̄e, precibus munera tibi offerenda complaceant: et oblata nobis proficiant ad salutem. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Cōio.

Matth. xxiiij. D Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcomio.

Mentes nostras quesumus domine susceptis robora sacramentis: vt sicut eas beati edmundi confessoris tui atque pontificis nouis dignatus es confortare miraculis: sic etiam iuuare suffragiis, et illustrare digneris exemplis. P.

¶ Sancti hugonis epi et confess. Offm.

Eccli. xlv. D. Statuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Psalm. lxxxviii. Misericordias domini, in eternum cantabo. Oratio.

Deus qui beatum hugonem confessorem tuum atque pontificem, eminentia meritorum et claritate signorum excellenter ornasti: concede propitius vt eius exempla nos prouocent, et virtutes illustrent. P. Memo. de s. aniano conf. oro

Deus qui sanctam nobis huius diei celebritatem pro beati aniani confessoris tui atque pontificis solennitate tribuisti, adesto familie tue: et da vt cuius hodie festa celebramus, eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per. Memo. de scto martino. vt supra. Epla Dilectus deo. in coi fo. xi. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vs. Vitam petijt et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. Vs. Justus germinabit sicut lilium: et florebit in eternum ante dominum. Seq. Alma cho. in coi. f. xi. Euang. Videte vigilate. in coi. f. xij. Offertoriu. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secr.

ps. xx. Eccla. Eccla. Psalm. lxxxviij. ps lxxxviij

Oblata tibi munera quesumus domine beatus hugo confessor tuus et pontifex prosequatur: vt meritis eius adiuti, per ea gratiam et gloriam consequamur. Per. Alia secre. de s. aniano

Preces nostras quesumus domine propitius admitte: et dicatum tibi sacrificium, beati aniani confessoris tui atque pontificis commendet oratio. Per. Alia secreta de sancto martino. vts. Coio

Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcoio. Matth. xxiiij D

Nostre seruitutis obsequia (quesumus domine deus) beatus hugo confessor tuus et pontifex tibi reddat accepta: ne sacramenti celestis effectum reatus noster a nobis excludat. Per.

Alia postcoio de sancto aniano.

Omnipotens et misericors deus qui nos sacramentorum tuorum participes efficis ac ministros: presta quesumus vt intercedente beato aniano confessore tuo atque pontifice: et fidei proficiamus augmento, et beatitudinis eius iungamur consortio. Per. Alia postcoio de sancto martino. vts. ¶ In oct. s. marti. Off.

Statuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oro Eccli xlv. D Psalm. lxxxviij

Concede quesumus omnipotens deus: vt beati martini confessoris tui atque pontificis frequentata solennitas, ad perpetuam populo tuo proficiat salutem: et quem sepius veneramur in terris, semper habeamus patronum in celis. Per dnm. Epistola Ecce sacerdos magnus. in coi. fo. x. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vs. Vitam petijt et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. Vs. Hic martinus pau Ps. xx. Eccla.

per & modicus, celum diues ingreditur: hym-
nis celestibus honoratur. Euang. Homo
quidam peregre. in communi. fo. xi.
Psalm. lxxxviij. Offertorium. Ueritas mea & misericordia
mea cū ipso, & in nōie meo exaltabitur cornu
eius. Secreta.

Hec oblatio domine quesumus
quam iterata sancti martini
confessoris tui atque pontificis festiui-
tate offerimus tue maiestati, prosit
nobis ad indulgentiam: vt per eam
a nostris liberemur peccatis, & sacris
altaribus astare digni efficiamur. P.
Matth. xxiiij. D. Cōio Beat⁹ seruus quē cū venerit dñs in-
uenerit vigilantē: amen dico vobis, sup oīa
bona sua constituet eum. Postcōio.

Sacramēta q̄s dñe que sumpsi-
mus: beato martino cōfessore
tuo atque pontifice intercedēte: ab om
ni nos aduersitate defendāt, & perpe
tua prosperitate tibi soli seruire con
cedāt. Per. ¶ Si iste oct. in dñica vel
in sabbato contigerint: fiat de eis
memoria ad missam, absque missa in
capitulo. ¶ Sancti edmundi regis
& martyris. Officium.



ps. viij. Gloria et honore co-
ronasti eum: & cōsti
tuisti eū super ope-
ra manuum tuarū
ps. Domine dominus
noster: q̄ admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Deus ineffabilis misericordie,
qui beatissimum regē edmun
dum tribuisti pro tuo nomine inimi
cum moriendo vincere: concede pro-
pitius familie tue, vt eo interuenien
te mereatur in se antiqui hostis inci
tamenta superādo extinguere. Per.
Epla. Beatus vir qui inuentus. in
ps. xx. cōi. fo. iiij. Gr. Posuisti domine super ca-
put eius coronam de lapide precioso. vsus
Desiderium anime eius tribuisti ei: & volun-
tate labiorum eius non fraudasti eū. Alla
v. Letabitur iustus in dño & sperabit in eo, ps. xlij
& laudabuntur omnes recti corde. Sequē.
Organicis. in cōmuni. fo. iiij. Euan-
gelium. Si quis venit ad me. in cōi.
fo. v. Offertorium. Gloria & honore corona ps. viij.
sti eum, & constituisti eum super opera ma-
nuum tuarum domine. Secreta.

Hoc sacrificium redemptionis
nostre (quesumus) omnipotēs
deus clementer respice: & intercedē-
te beato edmundo rege et martyre
tuo, pro hac familia tua placatus as-
sume. Per. Cōio. Magna est gloria ei⁹ ps. lxxviij
in salutari tuo, gloriam & magnum decorem
impones super eum domine. Postcōio.

Sint tibi omnipotēs deus gra
ta nostre seruitutis obsequia:
& hec sancta que sumpsimus (inter-
cedente beato edmundo rege et mar
tyre tuo) prosint nobis ad capessen-
da premia vite perpetue. Per dñm.
¶ Sancte cecilie virginis et marty-
ris. Officium.

Loquebar de testimonijs ps. cxviij.
tuis i cōspectu regū, &
nō cōfundebar: & me-
ditabar in mādatis
tuis q̄ dilexi nimis. ps.
Beati immaculati in via:
qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus qui nos annua beate ce-
cilie virginis et martyris tue
solennitate letificas: da vt quam ve
neramur officio, etiam pie conuersa
tionis sequamur exemplo. Per do.
Epla. Domine deus meus. in cōi. fo. ps. xliiij
xiiij. Grad. Audi filia & vide & inclina au-
rem tuam: quia concupiuit rex speciem tuā.
v⁹. Specie tua & pulchritudine tua, intēde
prospere procede et regna. Alla. vsus.
Ueni electa mea & ponam te in thronū meū, Eccl'ia
quia concupiuit rex speciem tuam. Sequē.
Exultemus. in cōi. fol. xv. Euāgeliū.

Simile est regnum celoꝝ thesauro. in communi.folio.xv. Offertorium. Offerentur regi virgines post eã: proxime eius offerentur tibi. ps.xliiij Secreta.

Presta quesumus omnipotẽs ꝛ misericors deus: vt sicut diuina offerimus in sancte cecilie virginis tue ꝛ martyris solennitate sacramenta: sic indulgentie tue largitatẽ pijs eius precibus assequamur. Per.

Cõio. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me, ego autẽ in mandatis tuis exercebor: ꝛ in tuis iustificationibꝰ: vt non confundar. ps.cxviij Postcommunio.

Sacramentorum tuorum dñe participes effecti imploramꝰ clementiam tuam: vt beate cecilie vĩginis tue ꝛ martyris interuentu, peccatorum nostrorum veniam consequi mereamur. Per dominũ nostrũ iesum christũ filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritꝰ sancti deus. Per oĩa sctã seculorũ. Amẽ.

¶ Sancti clemẽtis pape ꝛ martyris. Ad missam. Officium.

Dicit dominus, sermones mei quos dedi in os tuum non deficiẽt de ore tuo: adest enim nomẽ tuum, ꝛ munera tua accepta erunt super altare meũ. Ecclia. ps Domine exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. ps.cj. Oratio.

Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atqꝫ põtificis solennitate letificas: concede propitius vt cuius natalitia colimꝰ, virtutem quoqꝫ passionis imitemur. Per dominum. Memoria de sancta felicitate virgine. Oratio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt beate felicitatis martyris tue solennia recensentes, meritis ipsius protegamur et precibus. Per dominũ. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli ad Philippenses.

Fratres. Rogo vos charissimi et desideratissimi, gaudiũ meum ꝛ corona mea: sic state in dño charissimi. Rogo euodiam ꝛ synthichẽ deprecor: id ipsum sapere in domino. Etiam rogo te germane cõpar: adiuua eos qui mecum laborauerũt in euangelio, cum clemente ꝛ ceteris adiutoribus meis. Quorũ nomina sunt in libro vite. iiij.A Gr. Iurauit dominꝰ ꝛ nõ penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ, secundum ordinem melchisedech. ps.cix ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Ecclia. Alla.℣. Iste sanctus digne in memoriã vertitur hominum, qui ad gaudia trãsijt angelorum. Sequẽtia Organicis. in cõmuni.fo.iiij. Euãgelium. Homo quidam nobilis. in cõmuni.fo.vj. Offer. Inueni dauid seruum meũ, ꝛ in oleo sancto vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachiũ meũ cõfortabit eum. Psalm. lxxxviij Secreta

Pro passione beati clementis martyris tui atqꝫ pontificis gratanter tibi domine munus offerimus: quia sicut eũ sentimus in te viuere gloriosum, sic pro nobis interuenire confidimus. Per dominum.

Alia secreta de sancta felicitate.

Munera tibi domine p sancte felicitatis gloriosa solẽnitate deferimus obsecrantes: vt que nobis huius celebritatis effectum, ꝛ confessione dedicauit ꝛ sanguine: miserationis tue continuum imploret auxilium. Per dominum. Communio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilãtem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eũ. Matth. xxiiij.D Postcõio.

Purificent nos domine quesumus ꝛ diuini perceptio sacramẽti: ꝛ gloriosa deprecatio beati cle-

mentis martyris tui atq pontificis. Per dominum nostrum iesum.

¶ Alia postcōio de sancta felicitate.

Hec dn̄e sacramenta sumentes quesumus: vt intercedēte beata felicitate martyre tua, vite eterne in nobis nutriant alimenta. Per do.

¶ Sancti chrysogoni marty. Offiti.

ps. viij. 
Gloria et honore coronasti eum: & cōsti tuisti eū super opera manuum tuarū ps. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationib9 nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati chrysogoni martyris tui intercessiōe liberemur. Per. Epl'a. Btūs hō qui inuenit. in cōi. fo. j. Gr. Posuisti do

ps. xx. mine super caput eius coronā de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorū eius nō fraudasti eum.

iac. j. B Alleluia. V. Beatus vir qui suffert tentationem: qm̄ cū probatus fuerit, accipiet coronam vite. Euangel'. Qui vos audit. in

ps. viii. commnum. fol. iiij. Offert. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Secreta.

Munera nostra quesumus dn̄e sereno vultu suscipe: vt intercedente beato chrysogono martyre tuo, criminum nostrorum contagia cuncta expurgēt. Per dominum no.

ps. xx. Cōmunio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcōio.

Annue quesumus domine vt mysterijs tuis recreati, sancti quoq chrysogoni martyris tui semper muniamur auxilijs. Per dominum nostrum iesum christū filium.

¶ Sācte Catherine virginis & martyris. Ad missam. Officium.


Me expectauerūt peccatores vt perderent me: testimonia tua domine itellexi, oīs cōsummationis vidi finem, latū mādatum tuum nimis. ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulant in lege domini. Psalm. cxviij.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, q̄ corpus gloriose virginis tue catherine in montem sinai ab angelis deferri iussisti: cōcede quesumus ei9 obtētu nos ad arcē virtutū peruehi: vbi visiōis tue claritatē mereamur intueri. Per. Lectio libri sapientie.

Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo quoniā adiutor et ptector factus es michi: et liberasti corpus meū a perditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operantium mendacium. Et in conspectu astātium factus es michi adiutor, & liberasti me secundum multitudinē misericordie nominis tui. A rugiētib9 preparatis ad escā: de manibus querētium animā meā, et de portis tribulationū que circumdederūt me. A pressura flamme que circundedit me: & in medio ignis nō sum estuata. De altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata: et a verbo mendacij. A rege iniquo: et a ligua iniusta. Laudabit vsq ad mortem anima mea dn̄m: et vita mea appropinquās erat in inferno deorsū. Circundederūt me vndiq: et nō erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, et non erat. Memorata sum misericordie tue domine & cooperationis tue: q̄ a seculo sunt. Quoniam eruis sustinentes te: Ec. li. A

et liberas eos de manu angustie, domine deus meus. Gr. Specie tua ⁊ pul- ps. xliiij
chritudine tua: intende, prospere procede et regna. Vsus. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. Vsꝰ Loque- ps. cxviij
bar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar domine. Sequentia.

ODas in hac die letas, christo canat omnis etas: corde voce fidibus. Omnem spectat ad etatẽ: catherine dignitatem cumulare laudibus. Hec est illa costi nata, cuius ortu decorata: gloriatur grecia. Hec est que mnam sibi datam, christo reddit decuplatam: oris eloquentia. Scholis vacans artes discens, altiora concupiscens: studet euãgelio. Duo legẽs testamenta, vite videt alimenta, christũ in presepio. Cibo dulci refouetur, quo plus gustat plus augetur: sanctum desiderium. Cibo cõformatur isti, se configẽs cruci christi: currit ad martyriũ. Rex hinc terret hinc blanditur, hec non timet nec lenitur: pre mentis constantia. Hinc terrores vt fauille, hic fauores ⁊ ancille: spernũtur vt vilia. Sapientes superantur, credunt christo flammis dantur: sed nec perit fimbria. Carceratur virgo cesa, visitatur fit illesa: superum presentia. Quam regina dum solatur, ad certamen inuitatur: fauet ouans coronatur, certat die tertia. A columba dum cibatur virgo, rota fabricatur: orat nexus dissipatur, sternitur plebs impia. Tot triumphãs in tormentis, ad superna cum ducẽtis: premittit porphyriũ. Impetrato quicqd orat, ferit lictor: lac irrorat ferientis gladium. Corpus celitus sublatum, est in sina tumulatum: tumba manat oleum. Sina signis illustratur, celum sibi gloriatur: addi sydus aureũ. Virgo sydus honestatis: dux et decus probitatis: christi reos maiestatis, christo reconcilia. Vias virtutum via morum, flos odoris odor florum: nos tuere, nos celorum trãsfer ad palatia. Secũdum Mattheum.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Simile est regnum celorum thesau- xiiij. G.
ro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: et pre gaudio illius vadit, et vendit vniuersa q̃ habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querenti bonas margaritas. Inuenta aũt vna preciosa margarita: abiit et vendidit omnia q̃ habuit, et emit eam. Iterũ simile est regnum celorũ sagene misse in mare: ⁊ ex omni genere piscium congregãti. Quam cum impleta esset educentes ⁊ secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminũ ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiã. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo, noua et vetera. Offer. Filie regum in ho- ps. xliiij
nore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circũdata varietate. Secreta.

SUscipe quesumus dñe propitius oblationes tuorum fideliũ, quas tibi in honore sancte catherine virginis tue et martyris hodierna solẽnitate letanter offerimꝰ: sicq3 nobis ipsa intercedente per hoc sacrificiũ placatus adesto: vt nos ⁊ a periculis huius vite clementer eripias, ⁊ a peccatis omnibus miseratꝰ absol-

Matth. xiij. A tias. Per do. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori quererti bonas margaritas: inuēta vna preciosa margarita, dedit omnia sua et cōparauit eam. Postcōio.

DA quesumus domine per hec sancta que sumpsimus populo tuo salutem mentis et corporis: et intercedente beata catherina virgine et martyre tua in cuius honore letamur: perpetuis consolationibus tuorum reple corda fidelium: vt diuina protectione releuati: ꝛ pia tibi deuotione complaceant, et tua semper beneficia consequantur. Per dn̄m.

¶ Sācti lini pape ꝛ marty. Officiū.

Ps. cxxxi Acerdotes tui dn̄e induant iustitiam: et sancti tui exultēt: ppter dauid seruū tuum non auertas faciem christi tui. Ps Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

DEus qui sanctā nobis huius diei letitiam pro commemoratione beati lini martyris tui atqꝫ pontificis fecisti, adesto familie tue precib⁹: et da vt cuius hodie festa celebramus, eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per dominum. Epistola. Omnis pontifex. in cōi. fo. v. Gr. Inueni dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxilia- (Psalm. lxxxviii) bitur ei, ꝛ brachium meum confortabit eum. V⁹. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. V. Elegit te dominus sibi in sacerdotē magnū in populo suo. Euange. Homo quidam nobilis abijt in regionem. in communi. fol. vj. Offertorium. Inueni dauid seruum meum, et in oleo sancto vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meum confortabit eum. Secreta.

(Eccli. / Psalm. lxxxviii)

INtende propitius quesumus domine oblata tibi hec munera: et deprecatione beati lini martyris tui atqꝫ pontificis, in cuius ea cōmemoratione deferimus: nosipsos eademqꝫ sanctifica. Per dn̄m. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantē: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcōio. (Matth. xxiiij. D)

SUmpsimus domine in sancti lini martyris tui atqꝫ pontificis solennitate celestia sacramenta, cuius suffragijs quesumus largiaris: vt quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs consequamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum, Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorū. Amen.

¶ Explicit sanctorale.

¶ Institutio hominis christiani.

Mane deo vitam commendet vir bonus omnem.
Predicet ꝛ laudes, gratus vbiqꝫ deo.
Nocte memor culpe, relegensqꝫ errata diurna,
Peniteat, veniam postulet, inde cubet.



¶Commune sanctorum proprium non habentium.

¶In vigilia unius apostoli siue euāgeliste. Ad missam. Officium.

Ego autē sicut oliua fructificaui in domo domini: speraui in misericordia dei mei, et expectabo nomē tuū qm̄ bonū est ante conspectū sāctorū tuorum. ps. Quid gloriaris in malitia: qui potēs es in iniquitate. Orō.

Quesumus omnipotēs de⁹: ut nr̄a deuotio q̄ natalitia beati N. apostoli tui antecedit, patrocinia nobis intercessione eius accumulet. Per dominum. Lectio libri sapiētie

Ecclesi. xliiij. Benedictio dn̄i super caput iusti. Ideo dedit illi hereditatē, et diuisit illi partē in tribubus duodecim: et inuenit gratiā in cōspectu oīs carnis. Et magnificauit eū in timore inimicorum: et in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit eū in conspectu regum: et ostendit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Et dedit illi cor ad precepta et legem vite et discipline: et excelsum fecit illū. Statuit ei testamentum eternum: et circūcinxit eum zona iustitie. Et induit eum dominus corona glorie.

Lectio libri sapientie.

Beatus homo qui inuenit sapientiā: et qui affluit prudētia. prouer. iij. B Melior est acquisitio ei⁹ negociatiōe argenti et auri: primi et purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opibus: et omnia q̄ desiderātur huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in sinistra illius diuitie et gloria. Vie eius vie pulchre: et omnes semite illius pacifice. Lignū vite est his qui apprehenderint eam: et qui tenuerit eam beatus. Domin⁹ sapientia fundauit terram: stabiliuit celos prudentia. Sapientia illi⁹ eruperunt abyssi: et nubes rore concrescunt. Gradale. Justus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandū mane misericordiam tuam: et veritatē tuam per noctē. ps. xci

Si dominica fuerit dicatur unū Alla de communi apostolorū. quere in officio sequenti. Secundū Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. xv. A Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgabit eū: ut fructuum plus afferat. Jam vos mūdi estis: propter sermonē quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso, nisi māserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sū vitis: vos palmites Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nichil

potestis facere. Si quis in me nō mā serit, mittetur foras sicut palmes et arescet: ⁊ colligēt eum ⁊ in ignē mittent ⁊ ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis mā serint, quodcunq; volueritis petetis: ⁊ fiet vobis.

Secundum Joannem.

xv. A In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructū multū: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non māserit, mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet: ⁊ colligent eū ⁊ in ignē mittent, ⁊ ardet. Si manseritis in me ⁊ verba mea in vobis manserint: quodcūq; volueritis petetis: ⁊ fiet vobis.

ps. viij. Offertoriū. Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ cōstituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Accepta sit tibi dn̄e nostre deuotionis oblatio: ⁊ ad apostolicam puriores nos faciat venire festiuitatem. Per dn̄m. Prefatio quoti. Cōmunio.

p. cxx. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones super eum domine. Postcōmunio.

Presta nobis eterne largitor, ei⁹ vbiq; pia ptegi oṙone: cui⁹ natalitia per hec scā q̄ sūpsim⁹, votiuo preuenimus obsequio. Per dn̄z

¶ In die vnius apostoli. Officium.

Psalm. cxxxviii Michi autem nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cōfortatus est principat⁹ eoꝝ. In tpe pasc alla. ps. Dn̄e pbasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā ⁊ resurrectionē meam. Kyrie eleyson. Oratio.

Exaudi dn̄e populū tuū cum sācti apostoli tui N. patrocinio supplicantem: vt tuo semper auxilio munitus, secura tibi possit deuotiōe seruire. Per dominū. Ad ephesios.

ii. D Fratres. Jā nō estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sāctorum ⁊ domestici dei. Superedificati super fundamentū apostoloꝝ ⁊ prophetaꝝ: ipso summo angulari lapide xp̄o iesu. In quo oīs edificatio constructa: crescit in tēplum sanctum in domino. In quo ⁊ vos coedificamini in habitaculū dei, in spiritu scō.

Lectio actuum apostolorum.

v. B In diebus illis. Per man⁹ apostoloꝝ fiebāt signa ⁊ prodigia multa in plebe: et erant vnanimiter oēs in porticu salomonis. Ceteroꝝ autē nemo audebat coniungere se illis: sed magnificauit eos populus. Magis autem augebatur credētiū in domino multitudo viroꝝ ac mulierum: ita vt in plateas eijcerent infirmos, ⁊ ponerent in lectulis et grabatis: vt veniente petro saltem vmbra illius obumbraret quemq̄ illorum, et liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Cōcurrebat autem et multitudo vicinarum ciuitatum in hierusalem: afferentes egros, et vexatos a spiritibus immūdis: qui curabantur omnes. Gradale.

Psalm. cxxxviii Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis cōfortatus est principatus eorum. Vsus. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabūtur.

ps. xviij Gradale. In omnem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Vsus. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum.

ps. xliiij Gradale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. Vsus. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. Versus.

Psalm. cxxxviii Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Alla. Vs⁹.

p. xviii. In omnē terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis

Ie.v B terre verba eorum. Alla. v. Per manus autem apostolorum fiebāt signa et prodigia
Ioā. xv multa in plebe. Alla. v. Non me elegi-
C stis: sed ego elegi vos, et posui vos vt eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat

In septuagesima. Tractus.

Ps. cxi. Beatus vir qui timet dominū: in mā datis eius cupit nimis. v. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. v. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.

Sequentia.

Clare sāctorū senatus apostolorum princeps orbis terrarum: rectorque regnorum. Ecclesiarum mores et vitā moderare. Que p doctrinā tuā fideles sunt vbique. Antiochus et remus concedūt tibi petre regni soliū. Tyrāni dē tu paule alexādrinā inuasisti greciā. Ethiopes horridos matthee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti cādido. Thoma bartholomee, ioannes, philippe, simon. Jacobique pariles, andrea, thadee dei. Bellatores inclyti. En vos oriens et occidens. Immo teres mundi circulus. Se patres habere gaudent et expectant iudices. Et idcirco mundus oīs laudes vobis et honorem sanctis debitū supplex impēdit. Sequentia

Alleluia nunc decātet vniuersalis ecclesia. Extollendo laude celsa apostolorum preconia. Quorum princeps per crucem scandit petrus alta poli culmina. Doctor orbis triūphat sub nerone, vrbe in romulea. Crux andree digna confert premia. Jacobus vterque nitet laurea. Egeas illum: hos iudaica gens trāsmisit ad ethera. Sūt mattheo, sunt ioanni collata. Duo clara gratiarū munera. Hirtacus illum necat: hunc suas iesus vocat ad epulas. Philippus christi gratia docens predicat in scythia. Thomas confossus lancea cursum cōsummat in india. Simon et iudas dum sacra persis ostendunt monita, Fusus sanguis ambos stola perlustrauit purpurea. Bartholomeus dat indis vite dogmata. Mathie culmen dedit sors apostolica. Plaudat ergo tellus: plaudat celorum curia. Et hac die sacra plaudat presens familia. Honoranda sacrosācta apostolorum merita. Hi sunt candelabra ante deum lucentia. Hi prelati celsa summi regis in curia. Hi sal terre, hi lux mūdi, hi clara celi lumina. Iā palma, iā corona, iā pmissa olim mensa illis est apposita. O quāta, quam preclara, quam iocūda celebrantur illorū solēnia. His nostra sint solēnia. Sit vota, sint preconia. Sint grata laudum carmina. Scdm Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Hec mādo vobis: vt diligatis inuicē. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Memētote sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomē meū: quia nesciunt eū qui misit me. Si nō venissem et locutus fuissem eis: peccatum non haberent. Nūc autē et viderunt et oderunt: et me et patrem meū. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorū scriptus est: quia odio habuerūt me gratis. Secundum mattheum. xv.C

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto x.B

vos: sicut oues in medio lupoꝝ. Estote ergo prudentes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut colūbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, ⁊ in synagogis suis flagellabunt vos: ⁊ ad presides ⁊ reges ducemini propter me, in testimonium illis ⁊ gētibus. Cum autē tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora: quid loquamini. Nō eñ vos estis q̄ loq̄mini: sed spūs patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrē in mortē, ⁊ pater filium: ⁊ insurgent filii in parentes, ⁊ morte eos afficient. Et eritis odio oīb⁹ hoīb⁹: propter nomē meū. Qui autē perseuerauerit vsq̄ in finem: hic saluus erit. S. mattheū.

xix. D In illo tēpore. Dixit simon petr⁹ ad iesum. Ecce nos reliquimus oīa: ⁊ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autē dixit illis. Amē dico vobis q̄ vos q̄ secuti estis me, in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domū, vel frēs, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros ꝓpter nomē meum: centuplū accipiet, ⁊ vitam eternā possidebit. S. mattheū.

xvi. B In illo tempore. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quē dicūt hoīes esse filiū hominis? At illi dixerūt. Alii ioannem baptistam, alii autē heliā, alii vero hieremiam, aut vnum ex prophetis. Dixit illis iesus. Vos aūt quē me esse dicitis? Respōdēs autē simō petrus: dixit. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Respondēs aūt iesus: dixit ei. Btūs es simō bariona, quia caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi, quia tu es petrus: ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et q̄cunq̄ ligaueris super terram: erit ligatum ⁊ in celis. Et q̄cunq̄ solueris super terrā, erit solutū ⁊ in celis. S. Lucā.

In illo tempore. Facta est contentio inter discipulos iesu: xxii. C
quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eoꝝ: ⁊ qui potestatem habēt super eos, benefici vocātur. Vos aūt non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recūbit, an qui ministrat? Nōne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut q̄ ministrat. Vos aūt estis qui permāsistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono vobis (sicut disposuit michi pater meus) regnū vt edatis ⁊ bibatis super mēsam meam in regno meo. Et sedeatis super thronos: iudicantes duodecim tribus israel. Offertoriū.

In omnem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in Ps. xviii
fines orbis terre verba eorum. Offertoriū
Constitues eos principes super omnem ter- Ps. xliiii.
ram: memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Offertoriū. Michi Psalm.
autē nimis honorificati sunt amici tui de⁹: cxxxviii
nimis confortatus est principatus eorū. In tempore paschali alleluia. Secreta.

Beati apostoli tui N. domine solennia recensentes: quesum⁹ vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per dominū. Prefatio. Et te domine. Cōmunio. Vos qui secuti estis Matth.
me, sedebitis super sedes iudicantes duode- xix. D

cim tribus israel: dicit dominus. In tēpore paschali. alla alla. Postcommunio.

Ueatur nos misericors de⁹ per hec sancta que sūpsim⁹: et vti apostoli tui N. cui⁹ natalitia celebramus, semper guberna presidijs. Per

¶ In natali vnius euangel. Offm.

f. xxxvj  Os iusti meditabitur sapiētiam: & lingua ei⁹ loquetur iudicium, lex dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emulari in malignātib⁹: neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatem. Kyrie. Oratio.

Interueniat pro nobis dñe q̄s sanctus tuus N. euāgelista: q crucis mortificationē iugiter in suo corpe p tui nomin̄ honore portauit. Per dñm. Lectō ezechielis prophete.

i. C Similitudo vult⁹ quatuor aīaliū: facies hōis & facies leonis a dextris ipsoꝝ quatuor. Facies aūt bouis: a sinistris ipsoꝝ quatuor. Et facies aquile: desup ipsorū quatuor. Et facies eoꝝ, & penne eoꝝ extētē desuper. Due pēne singuloꝝ iungebātur: & due tegebant corpora eorū. Et vnūquodqꝫ eoꝝ: coram facie sua ambulabat. Ubi erat impet⁹ spūs, illuc gradiebātur: & non reuertebātur cū ambularēt. Et similitudo aīalium & aspectus eoꝝ quasi carbonum ignis ardentiū: & quasi aspect⁹ lāpadarū. Hec erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibāt & reuertebantur: in similitudinē fulguris corruscātis. Gr. Os iusti meditabitur sapiētiā: & lingua ei⁹ loquetur iudiciū.

f. xxxvj Vꝰ. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alla. Vsus. Prim⁹ ad sion dicet, ecce assum: & hierusalē euangelistam dabo. Sequentia.

Laus deuota mente, choro continente, xp̄o sit cū gr̄a. Qui euāngelistas veri dogmatis insigniuit gratia. Quiqꝫ suo more lucem ex fulgore, dat p orbis climata. Tales dū elegit per quos iā subegit hereses et schismata. His bis bini fontes valles atqꝫ mōtes irrigātes flumie. Orti paradiso mūdū indiuiso illustrantes famine. Illos per bis bina visio diuina signat animalia. A quibusdā visa, formis tunc diuisa: gestu sed equalia. Pennis decorata terris eleuata cū rotis euntia. Facie serena oculorum plena verbi dei nuncia. In his possūt cerni annuli quaterni q̄bus arca vehitur. Quoꝝ dogma sanū per samaritanū circunquaqꝫ seritur. Tali quasi plaustro mulier ab austro salomonē adijt. In hac ceu quadriga agnus est auriga qui pro nobis obijt. Istis in bis binis caput est & finis, christus complens omnia. Horū documentis, horum instrumētis florens stat ecclesia. Horum nos precatu mortis a reatu soluat christi gratia. Horū vt doctrina virtus nos diuina ducat ad celestia.

Euangelium. Secundum Lucam.

In illo tēpore. Designauit dñs et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciē suam, in omnē ciuitatē & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarij autē pauci. Rogate ergo dominū messis: vt mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculum, neqꝫ peram, neqꝫ calciamenta: et neminem per viam salutaueritis. In quancūqꝫ domum intraueritis: primū dicite. Pax huic domui. Et si ibi x. A

fuerit filius pacis: requiescet super il lum pax vestra. Si autē: ad vos re uertetur. In eadem autē domo ma nete: edentes & bibentes q̄ apud illos sunt. Dign⁹ est eñi operarius mer cede sua. Credo. In tempore pasch. Euāg. Ego sum vitis vera. vts. fo. j.

ps. xx. Offr. Posuisti domine in capite eius coro nam de lapide precioso: vitā petijt a te & tri buisti ei alleluia. et finiatur cum alleluia. quandocunq̧ dr̄ extra lxx. Secreta.

Donis celestibus da nobis que sumus dn̄e libera mēte serui re: vt munera q̄ deferim⁹, interueniē te beato N. euangelista et medicinā nobis operētur & veniam. Per. Prefatio. Et te dn̄e. in qua nō dr̄ per bea

ps. xx. tos apostolos. sed per beatos euāge listas. Cōio. Magna est gloria eius in sa lutari tuo: gloriam & magnum decorē impo nes super eum domine. Postcommunio.

Presta q̄s omnipotēs deus: vt id quod de sancto altari perce pimus, precibus beati euāgeliste tui N. saluificet animas nostras: per qd̄ semper tuti esse possimus. Per dn̄m.

In natali vnius marty. Officiū.

ps. xcj. 

Iustus vt palma florebit, sicut ce drus libani mul tiplicabitur plā tat⁹ i domo dn̄i: in atrijs domus dei nostri. ps. Bo nū est cōfiteri dn̄o: & psallere noī tuo altissime. Aliud offm̄.

p. xxxvj 

Iustus non conturbabi tur q2 dn̄s firmat ma num eius, tota die mise retur & cōmodat: & semē eius in bn̄dictione erit, ineternū cōseruabitur. ps. Noli emu lari in malignantibus: neq̧ zelaueris faciē tes iniquitatem. Aliud officium.



Gloria & honore coro nasti eum: & cōstitui sti eū sup opera ma nuū tuarū. psal. Dn̄e dn̄s noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Aliud offm̄. ps. viij.



In virtute tua letabitur iustus: & super salutare tuū exultabit vehemē ter: desideriū aīe ei⁹ tri buisti ei. ꝟ. Dn̄e preuenisti eū in bn̄dictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. Aliud offm̄. ps. xx.



Letabitur iust⁹ in dn̄o & sperabit i eo: & laudabū tur oēs recti corde. In tpe pasc alla. ꝟ. Exaudi deus orationem meam cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Aliud officium. ps. lxiij



Protexisti me de⁹ a con uentu malignantium alla: a multitudine ope rantiū iniquitatē alla al. ꝟ. Exaudi de⁹ orōnē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aīam meā. ps. lxiij.

Oro. Adesto dn̄e supplica tionib⁹ nostris: & intercessio ne beati N. martyris tui, perpetuam nobis misericordiā benign⁹ impēde. Per dn̄m. Lectio libri sapientie.

Eccles. xiiij. Beatus vir qui in sapiētia mo rabitur, & qui in iustitia medi tabitur: et in sensu cogitabit circum spectionem dei. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabi tur in illo et non flectetur: & contine bit illum & non confundetur: & exal tabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum: do minus deus noster. Lectio epistole beati pauli apostoli: ad ephesios.

i.A Fratres. Benedict9 deus & pater dñi nostri iesu christi, qui benedixit nos in omni bñdictiõe spirituali in celestibus in christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui predestinauit nos in adoptionem filiorum, per iesum christũ in ipsũ: secundum propositũ volũtatis sue, in laudẽ glorie gratie sue, i qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius remissionem peccatorum: secundũ diuitias gratie sue q̃ superabũdauit in nobis. Per iesum xpm, dñm nostrũ. Lectio libri sapientie.

Beatus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abijt, nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic, & laudabimus eũ? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est: & erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi & nõ est trãsgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: et elemosynas illius enarrabit, omnis ecclesia sanctorum.

Eccles. xxxj. B

Ad Timotheum.

ij. iiij. A Charissime. Testificor corã deo, & iesu christo qui iudicaturus est viuos & mortuos: & per aduentum ipsius et regnum eius. Predica verbum: insta oportune importune. Argue, obsecra, increpa: in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cũ sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes aurib9. Et a veritate quidem auditũ auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliste, ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus mee resolutionis instat. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui: fidem seruaui. De reliquo reposita est michi corona iustitie: quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem michi: sed & his qui diligunt aduentũ eius. Ad timotheũ.

Charissime. Nemo militãs deo implicat se negotijs secularib9: vt ei placeat cui se probauit. Nã et qui certat in agone, non coronabitur: nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam: oportet primum de fructib9 percipere. Intellige que dico: dabit enim tibi domin9 in omnibus intellectum. Memor esto igitur iesum christũ resurrexisse a mortuis ex semine dauid: secundum euãgeliũ meũ. In quo laboro vsq; ad vincula quasi male operãs: sed verbum dei nõ est alligatũ. Ideo oĩa sustineo propter electos: vt & ipsi salutẽ consequantur. Que est in christo iesu: cum gloria celesti. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli ad Galathas. ii. ii. A

Fratres. Confido in vobis in domino: q̃ nichil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos: portabit iudicium, quicunq; est ille. Ego autem fratres si circuncisionem adhuc predico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatũ est scandalum crucis. Utinam et abscindãtur qui vos conturbant. Quicunq; enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi: tantum, vt crucis christi persecutionẽ nõ patiãtur. Neq; enim q̃ circunciduntur legẽ custodiunt: sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur. Michi autẽ absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri iesu christi. Per quẽ michi mũ v. B

dus crucifixus est: ꝛ ego mũdo. Gr.
ps.xx. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorum eius
ps.cxi. non fraudasti eum. Gr. Beatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: genera-
p.xxxvi. tio rectorum benedicetur. Gr. Justus non cõturbabitur: quia dominus firmat manum eius. V. Tota die miseretur ꝛ commodat: ꝛ
ps.cxi. semen eius in benedictione erit. Gr. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. V. Ad annunciandũ mane misericordiã tuã: et veritatẽ tuam
psal.xx. per noctem. Alla. V. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso.
p.xxxiij Alla. V. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: ꝛ laudabũtur oẽs recti corde.
Jacob.j Alla. V. Beatus vir qui suffert tentationẽ: quoniam cum probatus fuerit, accipiet
ps.cxi. coronam vite. Alla. V. Beatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis.
ps.viij. Alla. V. Gloria ꝛ honore coronasti eũ domine: ꝛ constituisti eum super opera manuũ
p.xxxvj tuarum. Alla. V. Justus non conturbabitur, qz dñs firmat manũ ei. Sequẽtia.

Organicis canamus modulis Nã solẽnia. Omnigenis domino vocibus reddẽtes odas debitas. Qui in suis sãctis mirabilis nimis: multiplici virtutũ flore eosdẽ decorat, ac mirifice adornat. Nã ꝛ in ipsis quasi in quibusdã musicis instrumentis: digito proprio fides agitat fides virtutum sonoras. Has numerose percurrẽs singulas. Permiscet singulis diatessaron mellifluam melodiam. Quã generat virtutum mater illa. Que aliis decenter cõposita, reddit suauem symphoniã. Qua sine, cuncta fiunt dissona: necnõ ꝛ friuola. Qua cũ, omnia fiunt consona: necnon vtilia. Qua iusti bene morati: rite petentes excelsa poli sydera. Alacres decantant noua cantica in cithara threicia. Quorum agentes festa: consortia mereamur in celesti patria.

Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti eum. V. Quoniã preuenisti eum in benedictione dulcedinis. V. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. psal.xx.

Secundum Johannem.



In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis: nisi granum frumenti cadẽs in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructũ affert. Qui amat animam suã: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eã. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister me9 erit. Si quis michi ministrauerit, honorificabit eum pater meus: qui est in celis. xij.D.

Secundum Lucam.

In illo tpe. Dixit ies9 discipulis suis. Qui vos audit: me audit. Et q̃ vos spernit: me spernit. Qui me spernit: spernit eũ q̃ me misit. Reuersi sunt aũt septuaginta duo: cũ gaudio dicẽtes. Dñe: etiã demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam sathanã sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones: ꝛ supra omnem virtutẽ x.C

inimici, & nichil vobis nocebit. Verū-
tamē in hoc nolite gaudere: quia spi
ritus vobis subiiciuntur. Gaudete
xx. aūt quia nomina vestra, scripta sunt
in celis. Secundum Mattheum.
vj.D In illo tempore. Dixit iesus di-
scipulis suis. Si quis vult post
me venire: abneget semetipsum, & tol
lat crucem suā et sequatur me. Qui
enim voluerit animam suam saluā
facere: perdet eam. Qui autē perdi-
derit animam suā propter me: inue-
niet eā. Quid enim prodest homini si
vniuersum mundum lucretur: ani-
me vero sue detrimentum patiatur?
Aut quam dabit homo cōmutatio-
nem pro anima sua? Filius enim ho
minis venturus est in gloria patris
sui cū angelis suis: & tunc reddet v-
.D. nicuiq; secundum opera eius. Amen
dico vobis: sunt quidam de hic stan-
tibus qui non gustabunt mortē, do-
nec videāt filium hominis venientē
in regno suo. Secundum Lucam.
iiij.F In illo tempore. Dixit iesus di-
scipulis suis. Si quis venit ad
me & non odit patrē suum, & matrē,
& vxorē et filios, & fratres, & sorores,
adhuc autem & animam suam: non
potest meus esse discipulus. Et qui nō
baiulat crucē suam & venit post me:
non potest meus esse discipulus. Quis
enim ex vobis volens turrim edifi-
.C care: nonne prius sedens computat
sūptus qui necessarii sunt, si habeat
ad perficiēdum? Ne posteaq̄ posue-
rit fundamentū & non potuerit per-
ficere: omnes qui viderint incipiant
illudere ei dicentes, quia hic homo ce
pit edificare & non potuit cōsumma
re. Aut quis rex iturus committere
bellum aduersus alium regē, nonne
prius sedens cogitat si possit cum de
cem milibus occurrere ei, qui cū vi-
ginti milibus venit ad se? Alioquin,
adhuc illo longe agente: legationem
mittēs rogat ea que pacis sunt. Sic
ergo omnis ex vobis qui non renun
ciat omnibus que possidet: non po-
test meus esse discipulus. S. mattheū.
In illo tempore. Dixit iesus di- x.F
scipulis suis. Nihil opertū qđ
non reueletur: & occultum qđ nō scia
tur. Quod dico vobis in tenebris: di
cite in lumine. Et quod in aure audi-
tis: predicate super tecta. Et nolite ti
mere eos qui occidūt corpus: animā
autem non possunt occidere. Sed po
tius eum timete: qui potest & animā
& corpus perdere in gehennā. Nōne
duo passeres asse veneunt: & vnus ex
illis non cadet super terram sine pa
tre vestro? Vestri autem capilli capi-
tis: omnes numerati sunt. Nolite er
go timere: multis passeribus melio-
res estis vos. Omnis ergo qui confi
tebitur me corā hominibus: confite-
bor & ego eum coram patre meo, qui
est in celis. In tēpore paschali. Euā-
gel. Ego sum vitis vera. vt sup. fo. j.
Offer. In virtute tua dñe letabitur iust9: & psal.xx.
super salutare tuū exultabit vehemēter, de-
siderium anime eius tribuisti ei. In tēpore
paschali. alleluia alleluia. Offer. Posuisti
dñe in capite eius coronam de lapide precio-
so: vitam petiit a te & tribuisti ei alleluia. et
finiatur cū alla. qñcunq; dr: nisi infra
lxx. Offer. Iustus vt palma florebit: sicut psal.xci
cedrus que in libano est multiplicabitur. In
tempore pasch alla. Offer. Confitebun- Psalm.
tur celi mirabilia tua domine: & veritatē tuā lxxxviii
in ecclesia sanctorū alla alla. Offer. Gloria ps.viii.
& honore coronasti eum: & constituisti eū sup
opera manuum tuarum domine. Secreta.
Presentia munera domine q̄-
sumus serena pietate intuere:
vt sancti spiritus perfundantur be-
nedictione: quatenus illam validius

in cordibus dilectionem infundant, per quam sanctus N. martyr tuus oia corporis tormenta deuicit. Per dominum. in vnitate eiusdem. Cōio.
Matth xvi. D Qui vult venire post me: abneget semetipsū, & tollat crucem suam & sequatur me. Cōio.
Joā. xij D. Qui michi ministrat, me sequatur: & vbi ego sū, illic & minister me⁹ erit. Cōio. Posuisti
psal. xx. domine in capite eius coronam de lapide precioso. In tempore pasc. alla alla. Cōio.
ps. lxiij. Letabitur iust⁹ in domino & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde. In tempore paschali. alla alla. Cōio. Ego sum
Joā. xv A vitis vera, vos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum alla alla.
psal. xx. Cōio. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Postcommunio.

Quos refecisti dn̄e celesti mysterio, ab omnibus quesum⁹ propitiatus absolue delictis: & intercedēte beato N. martyre tuo, diuino munere purificatis mentibus perfruamur. Per dominum nostrum.

¶ In natali vni⁹ mar. & pōti. Offm.



ps. viii. Gloria et honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. ps. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Oratio.

Deus qui sanctam nobis hui⁹ diei letitiam, pro commemoratione beati N. martyris tui atq̧ pōtificis fecisti: adesto familie tue p̄cibus: & da vt cuius hodie festa celebramus, eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per. Lectio ep̄le beati pauli apostoli ad hebreos.

v. A Fratres. Omnis pontifex ex hominibus assumpt⁹ pro hominibus cōstituitur in his que sunt ad deum: vt offerat dona & sacrificia p peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant et errant: quoniam et ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodū pro populo: ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisq̄ sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanq̄ aarō, quemadmodum scriptū est. Tu es sacerdos in eternum: secūdum ordinem melchisedech. Lectio ep̄le beati pauli apostoli ad hebreos.

Fratres. Doctrinis varijs et peregrinis: nolite abduci. Optimū est enim gratia stabilire cor: non escis, que nō profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habent potestatem, q̄ tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animaliū infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremātur extra castra. Propter quod et iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum: extra portā passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperiū eius portātes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futurā inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo: id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentie autem et communionis: nolite obliuisci. Talibus enim hostijs: promeretur de⁹.

Gr. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V⁹ Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorum ei⁹ non fraudasti eum. Alleluia. Vsus Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide precioso. Sequentia Organicis vt supra. fo. iiij. Tr. Desiderium anime. vt supra folio precedenti.

Secundum matheum.



D In illo tẽpore. Circuibat iesus ciuitates omnes et castella: docens in synagogis eorum: et predicans euangelium regni, et curans omnẽ languorem & omnem infirmitatem. Uidens autem turbas misertus est eis: quia erant vexati et iacẽtes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa: operarij autẽ pauci. Rogate ergo dominũ messis: vt mittat operarios in messem suam. Euntes autem predicate, dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate, mortuos suscitate: leprosos mundate, demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudẽtes sicut serpentes: & simplices sicut columbe.

¶ Sequens euange. dicitur in festo cuiuslibet pontificis exulantis, siue marty. siue confesso. Secũdũ Lucã.

C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Homo quidam nobilis abijt in regionem lõginquam: accipere sibi regnũ & reuerti. Uocatis autem decem seruis suis: dedit illis decẽ mnas, et ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autem eius oderant illum: et miserunt legationem post illum, dicentes. Nolum9 hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos quibus dederat pecuniam, vt sciret quãtum quisqȝ negociatus esset. Uenit autẽ primus dicẽs. Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone & fidelis: quia in modico fuisti fidelis, eris potestatẽ habẽs super decem ciuitates. Et alter venit dicẽs. Domine, mna tua fecit quinqȝ mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinqȝ ciuitates. Et alter venit: dicens. Domine, ecce mna tua quã habui: repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: serue nequã. Sciebas quia ego homo austerus sum: tollens qđ non posui, & metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniã meam ad mensam: vt & ego veniẽs cum vsuris vtiqȝ exegissem illam? Et astantib9 dixit. Auferte ab illo mnã: et date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt ei. Dñe, habet decem mnas. Dico autem vobis: quia omni habẽti dabitur, & abũdabit. Ab eo autem qui non habet: et quod habet auferetur ab eo. Uerũtamẽ inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se: adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis precedebat: ascendens hierosolymã. In tẽpore pasch. Euangelium. Ego sum vitis vera. ps. xx.
vt s. fo. j. Offertoriũ. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitã petijt a te & tribuisti ei. alleluia. In lxx. nõ addatur alleluia. Secreta.

Intende propitius quesumus domine oblata tibi hec munera: et deprecatiõẽ beati N. martyris tui atqȝ pontificis, in cuius cõmemoratione ea deferimus: nosipsos eademqȝ sanctifica. Per dñm nostrum.

ps.xx. Cōio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcōmunio.

Sumpsimus domine in sancti martyris tui atq; pōtificis N. solēnitate celestia sacramenta: cuius suffragijs (quesumus) largiaris, vt quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs consequamur. Per dūm.

In natali plurimorū mar. Offi.

Psalm. lxxviij.



Ntret in cōspectu tuo domine gemitus compeditorū: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinē sanctorum tuorum qui effusus est. In tempore pasch. alla alla. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templū sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Aliud officium.

ps. xxxiii,



Imete dominum omnes sancti eius, quoniam nichil deest timētibus eum, diuites eguerunt & esurierunt: inquirētes autem dominum: non deficiēt omni bono. ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Aliud officiū.

ps. lxvij



Justi epulentur & exultent in conspectu dei: & delectentur in letitia. ps. Exurgat deus & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Aliud officium.

Eccles. xliiii. C.




Apientiam sanctorum narrant populi, & laudem eorū nūciat ecclesia: nomina autem eorum viuēt in seculum seculi. In tēpore paschali. alleluia alleluia. psal. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Aliud officium.



Alus autem iustorum a domino: et protector eorum est in tēpore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. ps. xxxvij / ps. xxxvi

Aliud officium.



Ancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent alla. ps. Exaltabo te deus meus rex: & benedicā nomini tuo in seculū & in seculum seculi. ps. cxliiij

Plurimorum martyrum non pontificum. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis sanctorum martyrū tuorum N. & N. ita digne merita venerari: quatenus & ab instātibus liberemur periculis, & digni efficiamur gaudijs sempiternis. Per dominū.

Pluri. martyr. pontific. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui in sanctorum martyr tuorum atq; pontificum N. & N. cordibus flammam tue dilectionis accendisti: da mentibus nostris eandem fidei charitatisq; virtutem: vt quorum gaudemus triumphis, proficiamur exemplis. Per dominū. Ad hebreos.

xi. C

Fratres. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis. Effugauerūt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos

suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula et carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errātes: & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo iesu: domino nostro. Lectio libri sapientie.

iii.A Iustorum anime in manu dei sunt, & non tanget illos tormētum malitie. Uisi sunt oculis insipiētium mori: & estimata est afflictio exitus illorum. Et quod a nobis est iter exterminij: illi autē sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam deus tētauit eos, et inuenit illos dignos se. Tanq̄ aurum in fornace probauit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Fulgebūt iusti: & tanq̄ scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes: et dominabuntur populis. Et regnabit domin⁹ illorū, in perpetuum. Lectio libri sapiētie.

.C Iusti autem in perpetuū viuēt, & apud dominū est merces eorum: & cogitatio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris: & diadema speciei de manu domini. Qm̄ dextera sua teget eos: et in brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zeli illius: & armabit creaturam ad vltionem inimicorū. Induet pro thorace iustitiā: & accipiet pro galea iudicium certū. Sumet scutum inexpugnabile equitatem: ibunt directe emissiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noster. Ad hebreos.

Fratres. Rememoramini pristinos dies: in quibus illuminati magnum certamē sustinuistis passionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nā & vinctis compassi estis: & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaq̄ amittere confidentiam vestram: que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquātulum qui vēturus est veniet: & non tardabit. Iustus autem meus: ex fide viuit. x.F

Ad Corinthios.

Fratres. Spectaculū facti sumus huic mundo: et angelis & hominib⁹. Nos stulti propter christum: vos autē prudentes in christo. Nos infirmi: vos autē fortes. Uos nobiles: nos autem ignobiles. Usq̄ in hanc horam & esurimus, & sitim⁹, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus: & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicim⁹. Persecutionem patimur: & sustinemus. Blasphemamur: et obsecramus. Tanq̄ purgamenta huius mundi facti sum⁹ omnium peripsema vsq̄ adhuc. Nō vt confundam vos hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. In christo iesu domino nostro. i.iiii.B

Lectio libri sapientie.

prouer. xv. A Lingua sapientũ ornat scientiam: os fatuorũ ebullit stultitiam. In omni loco: oculi domini cõtemplantur bonos & malos. Lingua placabilis lignum vite: que autem inmoderata est. cõteret spiritũ. Domus iusti plurima fortitudo: et in fructibus impij conturbatio. Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victime impiorum abominabiles dño: vota iustorũ placabilia. Qui sequitur iustitiam: diligitur a domino.

Lectio libri sapientie.

x. D Reddet deus mercedem laborũ sanctorum suorum: et deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: & in luce stellarũ nocte. Transtulit illos per mare rubrum: & transuexit illos per aquam nimiã. Inimicos autem illorũ demersit in mare: & ab altitudine inferorum deduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: & decantauerunt dñe nomen sanctum tuum. Et victricem manum tuam laudauerũt pariter: dñe deus noster. Lectio libri sapiẽtie.

Eccles. xliiij. B Hi sunt viri misericordie: quorũ iustitie obliuionem nõ acceperunt. Cum semine eorum permanẽt bona: hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: & filij eorum propter eos vsq; in eternum manent. Generatio eorũ & gloria eorum: non derelinquetur. Corpora eorũ in pace sepulta sunt: & nomina eorũ viuent in secula. Sapientiam eorum narrabunt omnes populi: & laudem eorum pronunciet

Exodi xv. A omnis ecclesia sanctorũ. Gr. Gloriosus de⁹ in sãctis suis, mirabilis in maiestate faciens prodigia. V⁹. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua

Psalm. confregit inimicum. Grad. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: & ex omnib⁹ tribulationibus eorum liberauit eos. Vsus. lxxxviij

Iuxta est dominus his qui recto sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Gr. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam nichil deest timentibus eum. V⁹. Inquirentes autem dominũ non deficient omni bono. Gr. p. xxxiij

Iustorum anime in manu dei sunt: et non tãget illos tormentum malitie. Vs⁹. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. V⁹. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Gr. Vindica domine sanguinẽ sanctorum tuorum qui effusus est. V⁹. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorũ bestijs terre. Gr. Ecce q̃ bonum & q̃ iocũdum: habitare fratres in vnum. Vsus. Sicut vnguẽtum in capite quod descendit in barbam barbam aaron. Alius V⁹. Mandauit domin⁹ benedictionem: & vitã vsq; in seculum. Gr. Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo venantiũ. Vs⁹. Laque⁹ contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum et terram. Alleluia. V⁹. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent. Alla. V. Sancti tui domine florebunt sicut lilium: et sicut odor balsami erũt ante te. Alleluia. Vsus. Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Alla. V⁹. Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum. Alla. V. Iusti epulentur & exultent in conspectu dei: & delectentur in letitia. Alla. V. Reddet deus mercedem laborũ sanctorũ suorũ: et deducet illos in via mirabili. Alla. V⁹. Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Alla. V. Te martyrũ candidatus laudat exercitus domine. Tract⁹.

Qui seminãt in lachrymis in gaudio metent. Versus. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. Vsus. Venientes autem venient cum exultatione, portãtes

(Right margin notes: Sapiẽ. iij. A; ps. cxlix; Psalm. lxxviij; p. cxxxij; p. cxxiij; p. cxliij; Eccle.; p. cx; ps. lx; Sapi. x. D; Eccle.; ps. c)

manipulos suos. Sequentia.

Ecce pulchra canorum resonat voce alta. Intimans requiem civibus inclytam. Felicia nimiũ angelorum rutilant agmina. Sancte sancte sancte christo ovanter proclamãtia. Sublimi in cathedra apostolorum sede fulgida lampada: tribus & linguas iudicantia. Omnia ubi terrena reputarũt tumida: propter hec emicant velut stella firmamenti clara. Stolis cãdidis martyrum adornantur colla. Hi sunt milites qui mũdi prelia vicerunt bella. Coronis albis coronantur sancti. Qui confidẽtes crediderunt iuste. Vel fide certãtes. Respuerunt vana. Modo habent celestia regna. In quo triumphant dicẽtes optime. Sive cantilant psallentes carmina. Arte laudiflua. Voce dulcisona. Regi christo submittẽtes colla. Multum recitaris laude spirituum. Atq; iubilaris in choro virginum. Alleluia. Multimoda. Te decantant pudicum agmina. Laus tibi sit semper christe per omnia. Qui opitularis cãtantes talia. Voce pulchra. Alleluia. Et nos christe proclamam⁹ una. Da nobis eterna regna florida. Ubi cantemus omnes alleluia. Sequentia.

Mirabilis deus in sanctis, mirabilia dãs magnifica. Qui fide preclara vicerunt mũdi gravissima pericula. Iudicum minas verbera & blanditias contẽnentes mente robusta: vero transfuderunt regi animas. Ergo triumphant laurea compti capita: secuti recte vestigia agni singularis christi sacrata. Cui assidue melliflua dant cantica: eius predulcissima pleni gratia. Quorũ celebrantes solennia cõsortio iungi quo mereamur christ⁹ annuat. Qui nostra est gloria. Secũdum lucam



In illo tẽpore. Elevatis iesus oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: quia vestrũ est regnum dei. Beati qui nũc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, et eiecerint nomen vestrum tanq̃ malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. S. mattheũ vi. D

In illo tempore. Videns iesus turbas: ascendit in mõtem. Et cum sedisset: accesserũt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnũ celorum. Beati mites: quoniã ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiã consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati eritis cũ maledixerint vobis homines: et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete & exul- v. A

tate: quoniam merces vestra copiosa
est in celis. Secundum Mattheum.
x.C In illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis. Cum persequen-
tur vos i ciuitate ista: fugite in aliã.
Amen dico vobis, non consummabi
tis ciuitates israel donec veniat fil⁹
hominis. Non est discipulus sup ma
gistrum: neqꝫ seruus super dominũ
suum. Sufficit discipulo vt sit sicut
magister eius: ⁊ seruo sicut domin⁹
eius. Si patremfamilias beelzebub
vocauerunt: quanto magis domesti
cos eius. Ne ergo timueritis eos.
Secundum Lucam.
xxi.C In illo tempore. Dixit iesus di-
scipulis suis. Ponite ergo in
cordibus vestris non premeditari:
quemadmodum respondeatis. Ego
enim dabo vobis os ⁊ sapientiã: cui
non poterunt resistere ⁊ cõtradicere
omnes aduersarij vestri. Tcodemi-
ni autem a parentibus ⁊ fratribus ⁊
cognatis ⁊ amicis: ⁊ morte afficient
ex vobis. Et eritis odio omnibus ho
minibus propter nomen meum: ⁊ ca
pillus de capite vestro nõ peribit. In
patiẽtia vestra: possidebitis animas
vestras. Secundum Lucam.
vi.C In illo tempore. Descendẽs ie
sus de mõte: stetit in loco cam-
pestri: ⁊ turba discipulorum eius: et
multitudo copiosa plebꝫ ab omni iu
dea, ⁊ hierusalem, ⁊ marittima, ⁊ tyri,
⁊ sidonis: qui venerant vt audirent
eum, ⁊ sanarẽtur a languorib⁹ suis.
Et qui vexabantur a spiritibus im-
mundis: curabantur. Et omnis tur
ba querebat eum tangere: quia vir-
tus de illo exibat ⁊ sanabat omnes.
Et ipse eleuatis oculis in discipulos
suos: dicebat. Beati pauperes: quia
vestrum est regnum dei. Beati qui
nunc esuritis: quia saturabimini.

Beati qui nunc fletis: quia ridebi-
tis. Bti eritis cũ vos oderint hoies:
⁊ cũ separauerint vos: ⁊ exprobrauerint
⁊ eiecerint nomẽ vestrũ tanꝙ malũ:
propter filiũ hominis. Gaudete in
illa die ⁊ exultate: ecce enim merces
vestra multa est in celo. S. Lucam.
In illo tempore. Dixit iesus di- xxi.C
scipulis suis. Cum audieritis
prelia ⁊ seditiones: nolite terreri. O-
portet primum hec fieri: sed nõdum
statim finis. Tũc dicebat illis. Sur-
get gens contra gentem: ⁊ regnum
aduersus regnum. Et terre motus
magni erunt per loca, ⁊ pestilentie, ⁊
fames, terroresqꝫ de celo ⁊ signa ma-
gna erunt. Sed ante hec omnia inij-
cient vobis manus suas: ⁊ persequẽ
tur tradentes in synagogas ⁊ custo
dias, trahentes ad reges et presides
propter nomen meum. Cõtinget au
tem vobis in testimonium. Ponite
ergo in cordibus vestris non preme-
ditari: quemadmodũ respondeatis.
Ego enim dabo vobis os ⁊ sapien-
tiam: cui non poterunt resistere ⁊ cõ-
tradicere omnes aduersarij vestri.
Trademini autem a parentibus, et
fratrib⁹, ⁊ cognatis ⁊ amicis: ⁊ mor
te afficient ex vobis. Et eritis odio
omnibus hominibus propter no-
men meum: ⁊ capillus de capite ve-
stro non peribit. In patiẽtia vestra:
possidebitis animas vestras.



Secundum Lucam.

xij. A In illo tempoꝛe. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseoꝝ: qđ est hypocrisis. Nichil enim opertum est quod non reueletur: neqꝫ absconditum quod nõ sciatur. Quoniã que in tenebꝛis dixistis: in lumine dicẽt. Et quod in aure locuti estis in cubilibꝰ: pꝛedicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt coꝛpꝰ, ꝛ post hec nõ habent ampliꝰ qđ faciãt. Ostendã autẽ vobis: quẽ timeatis. Timete eum q̃ postq̃ occiderit: habet potestatẽ mittere in gehẽnã. Ita dico vobis: hũc timete. Nõne quinqꝫ passeres veneũt dipõdio: ꝛ vnus ex illis non est in obliuione coꝛã deo? Sed ꝛ capilli capitis vestri: oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribꝰ pluris estis vos. Dico autem vobis, omnis quicunqꝫ confessus fuerit me coꝛã hominibus: ꝛ filiꝰ hominis cõfitebitur illũ coꝛam angelis dei. Scđm matheũ.

xxiiij. B In illo tempoꝛe. Sedẽte iesu super mõtẽ oliueti: accesserũt ad eum discipuli secreto dicẽtes. Dic nobis quãdo hec erũt: ꝛ quod signũ aduentus tui, ꝛ cõsummationis seculi. Et respõdens iesus: dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi enim veniẽt in nomine meo dicentes, ego sũ chꝛistus: ꝛ multos seducent. Audituri enim estis pꝛelia: ꝛ opiniones pꝛelioꝛum. Uidete ne turbemini: opoꝛtet enim hec fieri: sed nondum est finis. Cõsurget em̃ gẽs cõtra gentẽ: et regnum in regnum: ꝛ erunt pestilẽtie ꝛ fames et terremotus per loca. Hec aũt omnia: initia sunt doloꝝ. Tunc tradent vos in tribulationem, ꝛ occidẽt vos: ꝛ eritis odio omnibus gentibus pꝛopter nomen meum. Et tunc scandalizabũtur multi: ꝛ inuicẽ tradent: ꝛ odio habebunt inuicem. Et multi pseudopꝛophete surgent: ꝛ seducẽt multos. Et quoniã abundabit iniquitas: refrigescet charitas multoꝝ. Qui autem perseuerauerit vsqꝫ in finem: hic saluus erit. S. Lucam.

In illo tẽpoꝛe. Dicebat iesꝰ turbis iudeoꝛum, et pꝛincipibus phariseoꝛum. Ue vobis qui edificatꝭ monumenta pꝛophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Pꝛofecto testificamini: q̃ consentitis operibus patrum vestroꝛum. Qm̃ quidẽ ipsi eos occiderunt: vos autem edificatis eoꝛum sepulchꝛa. Pꝛopterea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos pꝛophetas ꝛ apostolos, ꝛ ex illis occidẽt ꝛ persequentur: vt inquiratur sãguis omniũ pꝛophetaꝝ, q̃ effusus est a constitutione mundi a generatiõe ista, a sanguine abel vsqꝫ ad sanguinem zacharie, qui periit inter altare ꝛ edẽ. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ue vobis legisperitis, qui tulistis clauem sciẽtie: ipsi nõ introistis, ꝛ eos qui introibãt pꝛohibuistis. Cum autem hec ad illos diceret: ceperũt pharisei ꝛ legisperiti grauiter insistere, ꝛ os eiꝰ oppꝛimere de multis, insidiantes ei. Et querentes aliquid capere de oꝛe eius: vt accusarent eum. Secundum Marcum. xi. F

xiii. A In illo tẽpoꝛe. Egrediente iesu de tẽplo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister, aspice quales lapides: et quales structure. Et respondens iesus: ait illi. Uides has omnes magnas edificationes. Nõ relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templũ: interrogabant eũ separatim petrus et iacobus, et ioannes, et andꝛeas. Dic nobis quando ista fient: ꝛ quod

signū erit quādo hec omnia incipiēt consummari. Et respondens iesus: cepit dicere illis. Uidete ne quis vos seducat. Multi enim venient in noīe meo, dicētes quia ego sum: & multos seducent. Cum audieritis bella & opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnū aduers9 regnū: & erunt terremotus per loca & fames. Initium dolorum hec. Uidete autem vosmetipsos. Tradent enim vos in cōcilijs & in synagogis vapulabitis: & ante presides & reges stabitis propter me in testimoniū illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euāgelium. Et cū duxerint vos tradentes, nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini. Non enim vos estis loquētes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrē in mortem, & pater filium: et consurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus: propter nomē meū. Qui aūt sustinuerit vsqz in finem: hic saluus erit. S. Marcum.

xiij. A In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete ne quis vos seducat. Multi eīn venient in noīe meo, dicētes qz ego sum: & multos seducēt. Cū aūt audieritis bella & opiniōes bellorū: ne timueritis. Oportet eīn hec fieri: sed nōdū finis. Exurget eīn gens cōtra gentē, & regnū cōtra regnum, & erūt terremotus per loca & fames. Initiū dolorū hec. Uidete autē vosmetipsos. Tradēt enim vos in concilijs, & in synagogis vapulabitis: & ante presides & reges stabitis, propter me in testimoniū illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradētes, nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquamini. Nō eīn vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrē in mortē, & pater filiū: & cōsurgēt filij in parentes, & morte afficiēt eos. Et eritis odio omnib9: propter nomē meū. Qui autē sustinuerit in finē: hic saluus erit. Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari quia venerim mittere pacē in terrā. Non veni pacē mittere: sed gladiū. Ueni enim separare hoīem aduers9 patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrū suam: & inimici hoīs domestici eius. Qui amat patrem aut matrē plusqz me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: nō est me dignus. Et q non accipit crucē suā & sequitur me: nō est me dignus. Qui inuenit aīam suā: perdet illā. Et qui perdiderit aīam suā propter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustū in noīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et qcūqz potū dederit vni ex minimis istis, calicē aque frigide tantū in nomine discipuli: amen dico vobis nō perdet mercedē suam. Euāg. Ecce ego mitto vos. vtś. in cōi vni9 apostoli. fo. ij.

Secundum Mattheum.

xxiiij. A In illo tēpore. Egressus ies9 de templo ibat: et accesserunt discipuli eius: vt ostenderent ei edificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis. Uidetis hec omnia: Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidē qui non destruatur.

Sedēte autē eo sup montē oliueti: ac
cesserunt ad eū discipuli eius secreto,
dicētes. Dic nobis quādo hec erūt: ⁊
qd̄ signū aduētus tui ⁊ cōsummatio
nis seculi. Et respōdēs ies⁹: dixit eis.
Uidete nequis vos seducat. Multi e-
nim venient in nomine meo, dicētes
ego sum chꝛistus: ⁊ multos seducēt.
Audituri enim estis pꝛelia: ⁊ opinio-
nes pꝛeliozum. Uidete ne turbemini.
Opoꝛtet enim hec fieri: sed nondum
est finis. Consurget enim gens in gē
tem: ⁊ regnum in regnum. Et erunt
pestilentie, ⁊ fames, ⁊ terremot⁹ per
loca. Hec autem omnia: initia sunt
doloꝛum. Tūc tradent vos in tribu-
lationem ⁊ occidēt vos: ⁊ eritis odio
oīb⁹ gētib⁹ ꝓpter nomē meū. Et tūc
scādalizabunt multi, ⁊ inuicē tradēt,
⁊ odio habebūt inuicē. Et mlti pseu-
dopꝛophete surgēt ⁊ seducēt mltos.
Et qm̄ abundabit iniquitas: refrige
scet charitas multoꝛum. Qui autē
perseuerauerit vsq; in finem: hic sal-
uus erit. In tempoꝛe pasch. Euang.
Ego sum vitis, vos palmites. vt sup,
ps. lxvij fol. j. Offertoꝛiū. Mirabilis deus in san-
ctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et
foꝛtitudinem plebi sue: benedictus deus alla
⁊ finiatur cum alla quandocunq; di-
ps. v. citur. Offertoꝛiū. Gloꝛiabuntur in te om-
nes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu
benedices iusto: domine vt scuto bone volun
ps. xxxi. tatis tue coꝛonasti nos. Offertoꝛiū. Leta-
mini in domino ⁊ exultate iusti: et gloꝛiami-
ni omnes recti coꝛde. In tempoꝛe pasch.
ps. cxlix alla Offertoꝛiū. Exultabunt sancti in glo
ria, letabuntur in cubilibus suis, exultatiōes
dei in faucibus eoꝛum. In tēpoꝛe pasch.
ps. cxxiij. alla alla. Offertoꝛium. Anima nostra si-
cut passer erepta est de laqueo venantium: la
queus contritus est, et nos liberati sumus.
Psalm⁹ Offertoꝛium. Confitebuntur celi mirabi-
lxxxviij. lia tua domine, ⁊ veritatem tuam in ecclesia
sanctoꝛum alla alla. Offertoꝛium. Reple ps. lxxxix.
ti sumus mane misericoꝛdia tua: ⁊ exultaui-
mus ⁊ delectati sumus alleluia.

¶ Plurimoꝛum martyꝛū. Secreta.

Suscipe quesum⁹ domine mu-
nera populi tui pꝛo martyꝛū
tuoꝛum festiuitate sanctoꝛum: ⁊ sin
cero nos coꝛde fac eoꝛum natalitijs
interesse. Per dominum. ¶ Alia plu
rimoꝛum martyꝛum pontificum.

Sanctoꝛum martyꝛum tuoꝛū
atq; pontificum N. ⁊ N. glo-
riosa merita venerātes, hec domine
munera tue maiestati offerimus ob-
secrantes: vt illis reuerentiam exhi-
bendo: nobis veniam impetrem⁹. P.
Cōio. Gaudete iusti in domino alla, rectos ps. xxxij
decet collaudatio alla. Et dr̄ cum alla quā
docūq; dicit. Cōio. Multitudo languen- Lu. v. C
tium ⁊ qui vexabantur a spiritibus immun-
dis veniebant ad eum: quia virtus de illo exi
bat ⁊ sanabat omnes. In tpe pasch. alla
alla. Cōio. Posuerint moꝛtalia seruoꝛum Psalm.
tuoꝛum domine escas volatilibus celi, carnes lxxviij.
sanctoꝛū tuoꝛū bestijs terre: scđm magnitu-
dinem bꝛachij tui posside filios moꝛtipunito-
rum. Cōio. Iustoꝛū anime in manu dei sūt: Sapiē.
⁊ non tanget illos toꝛmentum malitie, visi iii. A
sunt oculis insipiētium moꝛi, illi autem sunt
in pace. In tpe pasc. alla alla. Cōio. Ego Joan.
vos elegi de mundo, vt eatis ⁊ fructum affe- xv. C
ratis ⁊ fructus vester maneat. In tempo-
re paschali. alla alla. Communio. Et Sap. iij
si coꝛam hominibus toꝛmenta passi sunt, de⁹
tentauit eos: tanquam aurum in foꝛnace pꝛo
bauit eos, et quasi holocausta accepit illos. ps. cxxiij.
Communio. Anima nostra sicut passer e-
repta est de laqueo venantium. Cōio. Ego Joan.
sum vitis vera ⁊ vos palmites: qui manet in xv. A
me ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum alle
luia alleluia. Communio. Dico autem vo Luce
bis amicis meis: ne terreamini ab his qui xij. A
vos persequuntur. Cōio. Quod dico vobis Matth.
in tenebꝛis dicite in lumine dicit dominus: et x. C

quod in aure auditis, predicate super tecta. Cōmunio. Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, michi fecistis: venite bñdicti patris mei, possidete preparatum vobis regnum ab initio seculi.

¶ Plurimorum martyrum. Postcōio.

S Acramentorum tuorum dñe participatione letantes, suppliciter exoramus: vt quorum merita celebrare condonas: eorum nos facias imitari constantiam. Per dominum

¶ Alia plurimorum martyrum pontificū

D Eus qui nos sacramenti tui venerāda perceptione purificas, da nobis quesumus patrocinia tuorum continuata sanctorum: quibus capere valeam⁹ salutaris mysterij portionem. Per dñm. ¶ Plurimorum martyrum non pontificū. Orō

D Eus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. et N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. Per dominum. Secreta.

M Unera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominū. Postcōio.

P Resta nobis q̄s domine intercedentibus sanctis martyribus tuis N. et N. vt que ore contigimus, pura mente capiamus. Per d.

¶ In natali vni⁹ confesso. Officiū.

Eccle. xlv.



S Tatuit ei dñs testamentū pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. In tēpore pasc. alleluia allā. ps.

Psalm. clxxxviii Misericordias domini in eternum cantabo.

¶ Aliud officium.



S Acerdotes tui dñe induāt iustitiā: et sancti tui exultent, propter Dauid seruum tuū non auertas faciē xp̄i tui. In tēpore pascha allā. ps. Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius. Officium. ps. cxxxi.



S Acerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deū. In tpe pasc. allā allā. ps. Bñdicite oīa opa dñi dño: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio. Daniel. iij.

O Mnipotens sempiterne deus qui nos beati N. cōfessoris tui atq₃ pōtificis hodierna festiuitate letificas: tuam supplices exoram⁹ clementiam: vt cuius solennia deuotis officijs veneramur, eius pijs suffragijs eterne vite remedia consequamur. Per dominum. Alia oratio.

D A quesumus omnipotēs de⁹: vt beati N. cōfessoris tui atq₃ pontificis venerāda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dominū. Lectio libri sapientie.

Eccli. xliiij. C

E Cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo: et inuētus est iustus. Et in tempore iracundie: factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando: fecit illū dñs crescere in plebem suā. Benedictionē omniū gētium dedit illi: et testamentū suū cōfirmauit super caput eius. Cognouit eū in benedictionibus suis, cōseruauit illi misericordiā suā: et inuenit gratiā corā oculis dñi. Magnificauit eū in cōspectu regum: et dedit illi coronā glorie. Statuit illi testamētū sempiternū: et dedit illi sacerdotium magnum: et

beatificauit illum in gloria. Fugi sa
cerdotio ⁊ habere laudē in noīe ipsi⁹
Et offerre illi incensum dignum, in
odorē suauitatis. Sequens epistola
legatur in vtroqȝ festo beati edmun-
di archiepiscopi ⁊ confessoris.

¶ Lectio libri sapientie. Eccle. l.A

Ecce sacerdos magnus, qui in vita sua curauit gentem suā: ⁊ liberauit eā a perditione. Qui suffulsit domum: et in diebus suis corroborauit templū. Qui preualuit amplificare ciuitatē: qui adeptus est gloriam in conuersatione gētis. Quasi stella matutina in medio nebule, et quasi luna plena in dieb⁹ suis lucet, ⁊ quasi sol refulgēs: sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgēs inter nebulas glorie: ⁊ quasi flos rosarum in diebus vernis. Quasi lilia q̄ sunt in transitu aque: et quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens ⁊ thus ardēs in igne: quasi vas auri solidum, ornatū omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans: ⁊ cypressus in altitudinem se extollens. In accipiendo illum stolā glorie: ⁊ vestiri eum in consummatione virtutis. In ascensu altaris sācti: gloriam dedit sāctitatis amictū. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum: ⁊ ipse stans iuxta aram porrexit manum suam in libatione, ⁊ libauit odorem diuinum excelso principi. Et iterauit orationem suam volens ostēdere virtutem dei: qui fecit nobiscum scd̄m suā miam. Qui det nobis iocunditatē cordis, ⁊ fieri pacē i dieb⁹ nr̄is in israel: p dies sempiternos. Lectio libri sapientie. sapiē. x.

Iustum deduxit dominus per vias rectas: ⁊ ostendit illi regnum dei, ⁊ dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: ⁊ cōpleuit labores illius. In fraude circūuenientiū illi affuit: ⁊ honestū fecit illum. Custodiuit eū ab inimicis: ⁊ a seductorib⁹ tutauit illū. Et certamen forte dedit illi vt vinceret: ⁊ sciret q̄m oīm potētior est sapiētia. Hec venditū iustū nō dereliquit: sed a peccatorib⁹ liberauit eū. Descenditqȝ cū illo in foueā: ⁊ in vinculis non dereliquit illū: donec afferret illi sceptrum regni ⁊ potētiā aduersus eos qui eū deprimebāt. Et mēdaces ostēdit qui maculauerūt illū: ⁊ dedit illi claritatem eternam, dominus deus noster.

Lectio libri sapientie. Eccles. xlv.

Dilectus deo ⁊ hominibus: cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum: ⁊ magnificauit eum in timore inimicorum, ⁊ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in cōspectu regum, ⁊ iussit illum corā populo suo: ⁊ ostendit illi gloriā suam. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctū fecit illū: ⁊ elegit eū ex omni carne. Audiuit enim vocē ipsius: ⁊ induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad precepta: ⁊ legē vite ⁊ discipline. Gr. Ecce sacerdos (Eccles. xxiiij.)
magnus: qui in diebus suis placuit deo. V⁹.
Non est inuentus similis illi: qui conseruaret (ps. cix)
legem excelsi. Gr. Iurauit dn̄s ⁊ non penitebit eū: tu es sacerdos in eternū secundū ordinem melchisedech. V. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Gr. Inueni dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eū, (Psalm. lxxxviij)
manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. V⁹. Nichil proficiat inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Grad. Domine preuenisti eum in (ps. xx.)
benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Vsus. Vitam petiit: ⁊ tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya. V⁹. Iustus (Esaie xxxv.)
germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternū

Eccle. ante dn̄m. Alla. V. Amauit eū dn̄s ⁊ or
Psalm̄. nauit eum: stola glorie induit eū. Alla. V.
lxxxviij Disposui testamentum electis meis: iuraui
Eccle. dauid seruo meo. Alla. V. Elegit te domi-
nus sibi in sacerdotē magnū in populo suo.
Psalm̄. Alla. Vsus. Inueni dauid seruum meū
lxxxviii. oleo sancto meo vnxi eum. Alla. V. Po-
Ibidem sui adiutorium super potentem: ⁊ exaltaui
electum de plebe mea. Tractus.
ps. cxi. Beat⁹ vir qui timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semē ei⁹: generatio rectorū benedicetur. V. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iustitia ei⁹ manet in seculum seculi. Sequentia.

Adest nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua sācta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma: que gloriā cantat in excelsis voce dulcisona cū symphonia. Hodie polorum sancta agmina, collaudāt regem deum nostrum natum ex virgine sctā maria. Aue inclyte presul vel confessor N. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Jam gratularis in domo supera, possidens sedes almas. Quem postulamus ⁊ poscim⁹ vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitā nostram. O beate. O sancte N. Laus tibi in gloria. O beate. O sancte N. Pro nobis supplica. Ut vna mereamur sancta celorum templa possidere leti: cernentes alma gaudia que sūt plena. Sit deo laus honorq;, et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorum secula. Amen dicant omnia. Sequentia.

Alma chorus vna laudū nūc sonora prome preconia. Quibus en insigniter rutilat N. vt lūa solq; ⁊ sydera. Meritorum est mirifica radians idem sacra prerogatiua. Hūc nā sophie mystica ornauerunt mire dogmata: qua fulsit nitida luculēter per ampla orbis climata. Uerbi necnō fructifera seuit diuini semina mētiū per arua: pellēdo quoq; cūcta noctis nubila. Hinc famina fūdēs diua: vtpote celestia ferens in se numina. Sublimauit catholica vehementer culmina sancta per eloquia. Is nēpe celse cōpos glorie: nunc exultat inter letabunda celicolarū ouans cōtubernia. Sublimis extat sede supra: fruēs vita sēper inexhausta, stat per saluberrima christi pascua. O dignū cūcta laude precelsa Presulem: tāta natum gaudia. Uirtutum propter merita: quibus viguit ardens velut lāpada. Nos voce clara hunc ⁊ iocunda. Dantes oremus preces et vota. Qui nobis ferat cōmoda: impetret et eterna poscens premia. Quod petit p̄sens caterua presulū gēma. Deuota rependens munia mente sincera: fauendo sibi precum instantia: scilicet vt polorum intret lumina. Quo iam intra palatia stantes suprema. Leti gratulemur adepti polorū regna. Qui tua p̄sul sistētes hac aula: iubilamus ingenti cū letitia. Recinētes dulcia nunc celsaq; alleluia.

Euangelium secundum Mattheū.



In illo tempore. Dixit iesus di- xxv. B
scipulis suis parabolam hāc. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: ⁊ tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talen-

ta, alij autem duo, alij vero vnum: vnicuiqꝫ secundũ propriã virtutem. Et profectus est statim. Abijt autem qui quinqꝫ talẽta acceperat: ⁊ operatus est in eis, ⁊ lucrat⁹ est alia quinqꝫ. Similiter qui duo acceperat: lucratus est alia duo. Qui autẽ vnũ acceperat: abiẽs fodit in terrã, ⁊ abscõdit pecuniã domini sui: post multũ vero tẽporis, venit dñs seruorum illoꝝ: ⁊ posuit rationem cũ eis. Et accedens qui quinqꝫ talẽta acceperat: obtulit alia quinqꝫ talenta dicens. Domine, quinqꝫ talenta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudiũ dñi tui. Accessit autẽ ⁊ qui duo talẽta acceperat: ⁊ ait. Domine, duo talẽta tradidisti michi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã. Intra in gaudium domini tui. Secundũ marcũ.

xiii. D In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete, vigilate ⁊ orate: nescitis eñ qñ tẽp⁹ sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ suam: ⁊ dedit seruis suis potestatẽ cuiusqꝫ operis, ⁊ ianitori pcepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis eñ quãdo dñs dom⁹ veniat: sero, an media nocte, an gallicãtu, an mane. Ne cũ venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate. S. mattheũ

xxiiii. D In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uigilate: quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur vẽturus esset: vigilaret vtiqꝫ, ⁊ nõ sineret pfodi domũ suã. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora fili⁹ hois vẽturus est. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quẽ constituit dñs supra familiã suã: vt det illis cibũ in tẽpore. Beat⁹ ille seruus: quẽ cũ venerit domin⁹ ei⁹, inuenerit sic facientem. Amẽ dico vobis: qm̃ sup oia bona sua cõstituet eum. Euãg. Homo quidã. vts. fo. vi. In tẽpore pascha. euãgel. Ego sum vitis vera. vts. fo. i. Offertoriũ. Ueritas mea ⁊ mia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tẽpore pasch. alla. Psalm. lxxxviij

Offer. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eũ, manus eñi mea auxiliabitur ei ⁊ brachium meum confortabit eũ. In tempore paschali. alla. Ibidem

Secreta.

Propitiare q̃s dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedente pro nobis beato N. cõfessore tuo atqꝫ põtifice: his sacramentis celestib⁹ seruiẽtes ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificante nos gratia tua, eisdẽ quibus famulamur mysterijs emũdemur. Per dominum nostrum iesum christum. Alia secreta.

Respice q̃s domine munera populi tui in beati N. confessoris tui, atqꝫ pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutẽ. Per dñm. Cõmunio

Domine quinqꝫ talenta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium dñi tui. Matth. xxv. B

In tẽpore pasch. alla. Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. In tempore pasc. alla. all. Matth. xxiiii. D

Cõio. Fidelis seruus ⁊ prudẽs quẽ constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. In tẽpore paschali alla alla. Postcõmunio Ibidem

Presta quesumus dn̄e deus noster: vt diuinis mysteriis expiati, intercedente beato N. confessore tuo atq; pontifice: ad superni plenitudinem sacramenti cuius libauimus sancta tendamus. Per dn̄m.

Alia postcommunio.

Quos tuis domine reficis sacramentis, sancti N. confessoris tui atq; pontificis attolle benignus suffragiis: vt nostre redēptionis effectum, et mysteriis capiamus et mētibus. Per dominū. In natali vnius cōfessoris et doctoris. Officium.

Danie. iij. D



Sacerdotes dei benedicite dn̄m: sancti et humiles corde laudate deum. In tēpore paschal. alleluia all'a. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eū in secula. Gloria. Oratio.

Exaudi domine preces nostras quas in sancti N. confessoris tui atq; doctoris solennitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari, eius precibus ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum.

Lectio libri sapientie.

Eccle. xlvii. B

Dedit dominus confessionem sancto suo: et excelso in verbo glorie. De omni corde suo laudauit dominum: et dilexit deū qui fecit illū. Et dedit illi contra inimicos potentiam: et stare fecit cantores contra altare, et in sono eorum dulces fecit modulos. Et dedit in celebrationib⁹ decus: et ornauit tempora vsq; ad consummationem vite: vt laudarent nomē sanctum domini: et amplificarēt mane sanctitatem dei. Christus purgauit peccata ipsius: et exaltauit in eternum cornu ei⁹. Sapientia laudabit misericordiam suam: et in domino honorabitur, et in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesiis altissimi aperiet os suum: et in conspectu virtutis ipsius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electorum habebit laudem: et inter benedictos, benedicetur.

Lectio libri sapientie.

Optaui, et dat⁹ est michi sensus: vij. A
et inuocaui et venit in me spiritus sapientie. Et preposui illam regnis et sedibus: et diuitias nichil esse dixi in comparatione illius. Nec cōparaui illi lapidē preciosum: quoniā omne aurum in comparatione illi⁹ arena est exigua, et tanq̄ lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem et speciem dilexi illam: et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem michi omnia bona pariter cum illa: et innumerabilis honestas per manus illi⁹. Et letatus sum in omnibus quoniā antecedebat me ista sapiētia: et ignorabam quoniam bonorū omnium mater est. Quam sine fictione didici: et sine inuidia communico. Et honestatem illius non abscondo. Gr. Iurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundū ordinem melchisedech. ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alla. ℣sus. Amauit eum dn̄s et ornauit eum: stola glorie induit eum. Sequentia de cōi vnius confesso. et pontificis: quere. s. fol. xl. Infra. lxx. Tractus. Beatus vir. vt supra fol. xi.

ps. cix.

Eccle.

Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo sa- v. B

lietur: Ad nichil valet vltra, nisi vt mittatur foras: & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Nō potest ciuitas abscōdi: supra montē posita. Neq; accēdūt lucernā, & ponunt eā sub modio, sed super candelabrū: vt luceat oībus qui in domo sūt. Sic luceat lux vestra corā hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrū qui in celis est. Nolite putare quoniā veni soluere legē: aut prophetas. Nō veni soluere: sed adimplere. Amen dico vobis: donec transeat celū & terra, iota vnum aut apex vn⁹ non preteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celor. Qui aūt fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Offer. Ueritas mea et mīa mea cum ipso, & in noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Psalm. lxxxviij

In tēpore paschali. Secreta.

Munera quesumus domine tibi dicata sanctifica: & intercedente beato N. confessore tuo atq; doctore, per eadem nos placatus intende. Per. Cōio. Fidelis seru⁹ & prudēs quē constituit dominus super familiam suam vt det illis in tempore tritici mensuram. In tēpore paschali. alla alla. Postcōmunio

Presta quesumus omnipotēs deus: vt de perceptis muneribus grās exhibētes: intercedēte btō N. confessore tuo atq; doctore, beneficia potiora sumamus. Per. In natali vnius confesso. & abba. Officiū.



Os iusti meditabitur sapiētiam: et lingua ei⁹ loquetur iudicium, lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignan- ps. xxxvi

tibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Or.

Deus qui beatum N. confessorem tuum atq; abbatem sanctitatis gratia decorasti: ipsius meritis fac nos bonis operibus abūdare: vt a te summo bono, omne quod expedit mereamur impetrare. Per.

Lectio libri sapientie.

Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo, ad dominum qui fecit illum: & in cōspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim magnus dominus voluerit: spiritu intelligētie replebit illum. Et ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue: & in oratione cōfitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius & disciplinam: & in abscōditis suis consiliabitur. Et ipse palā faciet disciplinam doctrine sue: et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabūt multi sapientiā eius: & vsq; in seculum non delebitur. Nō recedet memoria eius: & nomen eius requiretur a generatione in generationem. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. Vsus Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alla. V. Posui adiutorium super potentem: & exaltaui electum de plebe mea. Sequentia Adest nobis. vtS fo. xl. vel tractus Desiderium. vtS folio. iiij. Eccles. xxxix. A / ps. xxxvi. lxxxviii.

Secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernam, & in abscōdito ponit, neq; sub modio, sed super candelabrū: vt qui ingrediuntur lumē videant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totū corpus tuum lucidum erit. Si autē neq; fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen qd xi. C

in te est: tenebre sint. Si ergo corpus
tuum lucidum fuerit, non habẽs ali
quam partem tenebrarum: erit luci=
dum totũ. Et sicut lucerna fulgoris,
ps.xx. illuminabit te. Offertoriũ. Desideriũ
anime eius tribuisti ei domine: ⁊ volũtate la
biorum eius non fraudasti eũ, posuisti in ca
pite ei⁹ coronã de lapide precioso. Secreta

Sacrificium domine quod pro
sancti N. confessoris tui atqꝫ
abbatis solennitate deferimus, tibi
quesumus fiat acceptum: ⁊ eius in-
teruenientib⁹ meritis, nobis augeat
te donãte suffragium. Per dominũ.
Matth. Cõmunio. Fidelis seruus ⁊ prudens quẽ
xxiiij D constituit dominus super familiã suã: vt det
illis in tempore tritici mensuram. In tẽpo
re paschali. alla alla. Postcommunio.

Libantibus domine sacrosan=
cta mysteria, pretẽde nobis q̃=
sumus misericordiam tuam: vt que
votis expetimus: intercedente beato
N. confessore tuo atqꝫ abbate, cõuer
satiõe tibi placita cõsequamur. Per.

De quocũqꝫ confessore. Officium.



p.xxxvi. Os iusti meditabi
tur sapiẽtiam: et
lingua ei⁹ loque=
tur iudicium: lex
dei eius in corde
ipsius. ps. Noli e=
mulari in malignan=
tibus: neqꝫ zelaueris
facientes iniquitatem. Oratio.

Adesto domine precib⁹ nostris
quas in sancti N. confessoris
tui solennitate deferimus: vt qui no
stre iustitie fiduciam non habemus,
eius qui tibi placuit meritis et preci=
bus adiuuemur. Per dominum.

Lectio libri sapientie.

x. A Iustum deduxit dominus per
vias rectas: et ostendit illi re-
gnum dei, ⁊ dedit illi scientiam san=
ctorum. Honestauit illũ in laborib⁹,
⁊ compleuit labores illius. In frau=
de circumuenientium illi affuit: ⁊ ho
nestum fecit illum. Custodiuit eũ ab
inimicis: ⁊ a seductoribus tutauit il-
lum. Et certamen forte dedit illi vt
vinceret: et sciret quoniam omnium
potentior est sapientia. Hec venditũ
iustum non dereliquit: sed a peccato-
ribus liberauit eum. Descenditqꝫ cũ
illo in foueam: ⁊ in vinculis nõ dere=
liquit illũ: donec afferret illi sceptrũ
regni, ⁊ potẽtiam aduersus eos qui
eum deprimebant. Et mẽdaces ostẽ-
dit qui maculauerunt illum: ⁊ dedit
illi claritatem eternã, dominus deus
noster. Gr. Os iusti meditabitur sapien= p.xxxvi
tiam: et lingua eius loquetur iudicium. V⁹.
Lex dei eius in corde ipsius: ⁊ non supplan
tabuntur gressus eius. Alla. V⁹. Posui Psalm.
adiutorium super potentem: ⁊ exaltaui ele= lxxxviii
ctum de plebe mea. Sequẽtia. Adest no=
bis. vt s. fo. xi. vel tractus. Desiderium.
vt s. fo. iiij. Secundum Mattheũ.



In illo tempore. Dixit iesus di- xiii. A
scipulis suis. Uidete, vigilate
⁊ orate: nescitis enim quando temp⁹
sit. Sicut homo qui peregre profect⁹
reliquit domũ suam: et dedit seruis
suis potestatem cuiusqꝫ operis, et ia-
nitori precepit vt vigilet. Uigilate er
go. Nescitis enim quando dominus
domus veniat: sero, an media nocte,
an gallicantu, an mane. Ne cum ve=
nerit, repente inueniat vos dormien

tes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate. Off. Desiderium anime eius tribuisti ei domine: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. In tempore paschali. alleluia. Secreta.

Ps. xx.

Suscipe domine sacrificiũ placatiõis et laudis, quod nos interueniente beato N. confessore tuo perducat ad veniam: et in perpetuã gratiarum constituat actionẽ. Per dominum nostrum iesum christum. Cõio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. In tempore paschali alla alla. Postcõio.

Matth. xxiiii. D

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramẽta, eius salutaria nobis intercessione reddãtur. ¶ In natali plurimorum confesso. Offi.

p. cxxxi.



Sacerdotes eius induã salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. In tẽpore paschali alla alla alla. Ps. Memẽto domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Beatorum cõfessorum tuorum N. et N. nos quesumus domine tuere presidijs: vt quorum festiuitatem annua deuotione recolimus, eorum intercessione ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per dominũ nostrum iesum christũ. Alia oratio.

Deus qui nos sanctorum confessorum tuorum N. et N. confessionibus gloriosis circũdas et protegis: da nobis et eorum imitatione proficere, et intercessiõe gaudere. Per dominum nostrum. Ad hebreos.

vij. D

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem: idcirco quod morte prohiberentur permanere. Jesus autem eo quod maneat in eternum: sempiternum habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest: accedens per semetipsum ad deum, semper viuens ad interpellãdum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex: sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus: et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem quemadmodũ sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit semel se offerendo: dominus noster iesus christus. Gradale. Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. Vsus. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Alla. V. Fulgebunt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrẽt in eternũ. Nulla dicitur sequẽtia: licet nouem lec. fiãt.

p. cxxxi.

Sapiẽ. iii. B

Secundum Lucam.

Jn illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Sint lũbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectãtibus dominum suũ: quando reuertatur a nuptijs. Ut cũ venerit et pulsauerit: confestim aperiant ei. Beati serui illi: quos cum venerit dominus inuenerit vigilãtes. Amen dico vobis: quod precinget se et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet.

xii. E

Secundum Mattheum.



x.B In illo tẽpore. Misit iesus duodecim discipulos suos: precipiens eis & dicens. In viam gẽtium ne abieritis, et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: sed poti⁹ ite ad oues que perierũt domus israel. Euntes autem predicate dicentes: qz appropinquabit regnum celorũ. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Offer.

ps.cxlix Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. In tempore paschali. alleluia alleluia. Secreta.

Adesto domine precibus populi tui, adesto muneribus: vt q̃ sacris sunt oblata mysterijs: tuorũ tibi placeant intercessione sanctorũ. Per dominum. Cõmunio.

Joan. xv.C Ego vos elegi de mundo: vt eatis & fructũ afferatis, & fructus vester maneat. In tempore paschali. alleluia allel. Postcommunio.

Fideles tui de⁹ celestis doni remedijs recreẽtur, & sãctorũ cõfessorũ tuorũ precibus ab oĩbus (q̃s) emundẽtur delictis. Per. In natalvnius virginis & martyris. Officiũ.

Psalm. xliiij



Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo letitie pre cõsortibus tuis. In tempore pascha. alleluia alleluia. ps. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Aliud officium.



ps.cxviii Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: et meditabar in mãdatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini.

Aliud officium.



Ibidem Me expectauerunt peccatores vt perderent me, testimonia tua domine intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Orõ.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis & martyris tue festiuitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per. Lectio libri sapientie.

Eccle. li.C Domine deus meus, exaltasti super terram habitationem meam: & pro morte defluenti deprecata sum. Inuocaui dominum patrẽ domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione: & exaudita est oratio mea. Liberasti me a perditione: & eripuisti me de tẽpore iniquo Propterea confitebor & laudem dicã nomini tuo: domine deus meus.

Lectio libri sapientie.

Eccles. li.A Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo quoniam adiutor & protector factus es michi: & liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique:

et a labijs operantium mendacium. Et in conspectu astantium factus es michi adiutor: et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. A rugientibus preparatis ad escam: de manibus querentium animam meam, et de portis tribulationum que circundederunt me. A pressura flamme que circundedit me: et in medio ignis non sum estuata. De altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata: a verbo mendacij, a rege iniquo, et a lingua iniusta. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum: et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circundederunt me undique: et non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum: et non erat. Memorata sum misericordie tue domine, et cooperationis tue: que a seculo sunt. Quoniam eruis sustinentes te: et liberas eos de manu angustie, domine deus meus.

Lectio libri sapientie.

Eccle. xxiiii. A

Sapientia laudabit animam suam, et in domino honorabitur: et in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suum: et in conspectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electorum habebit laudem: et inter benedictos benedicetur, dicens. Ego ex ore altissimi prodiui: primogenita ante omnem creaturam. Ego quasi libanus non incisus vaporaui habitationem meam: et quasi balsamum non mixtum, odor meus. Et quasi terebinthus extendi ramos meos: et rami mei honoris et gratie.

Ps. xliiij

Gradale. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. Versus. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Gradale. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuam, quia concupiuit rex speciem tuam. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Gr. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide, et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia. V. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo. ii. cor. xi A

Alleluia. V. Ueni electa mea, et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Ecclē.

Alleluia. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere, procede et regna. Ps. xliiii

Alleluia. V. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Ibidem

Alleluia. V. Hec est virgo sapiens, quam dominus vigilantem inuenit. Eccl̄ia.

Alleluia. V. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, et non confundebar. Ps. cxviii.

Tractus.

Ps. xliiii

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. V. Specie tua et pulchritudine tua, intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.

Sequentia.

Exultemus in hac die festiua. Recolentes domini magnalia: in sanctis que operatur maxima. Qui inter sua potentie mira, in virginum est maximus gloria. Sua enim gratia mundi diluit virginibus pompa. Atque contra precepta regum restitit virginalis pugna. Furit rabies vesana: deuicta tristatur malitia. Crudescit in carne tenera: maio-

ra exquirit tormenta. Sed tunc stat firmior caro virginea. Cū multiplicantur noua supplicia. Pro eterna quam expectant a deo gloria. Letātur mortalia affligi sua corpora. Que sunt transitoria. Et in motu subito labētia mundi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea sorte claruit N. Cuius hodie celebramus solēnia splendens inter alias vt lucifer inter minores stellas. Uirgo beata fortiter ferens omnia: nec mori recusans pro gloria: pro nobis pie deum exora. Ut tandem in aula exultemus etherea, pace perpetua. Atque tecum virgo gloriosa collaudemus dominum in gloria. Secundum Mattheum.

xiii. F I N illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, et pre gaudio illius vadit, et vēdit vniuersa que habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abijt et vēdidit omnia que habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere pisciū congreganti. Quam cum impleta esset educentes, et secus littus sedentes: elegerūt bonos in vasa sua: malos aūt foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli et separabūt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicūt ei. Etiā. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua et vetera. Offertorium. Filie regum in honore tuo, astitit regina a dextris ps. xliiij. tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Offer. minor. Offerentur regi virgines post eam, proxime eius offerentur tibi. In tempore pasch. alleluia. Offer. maior. Offerentur regi virgines post eam, proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione: adducentur in tēplum regi domino. Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta.

H Ostias domine quas tibi offerimus propitius respice: et intercedente beata N. virgine tua et martyre, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea ibidem. benedixit te deus in eternum. In tempore pasch. alleluia alleluia. Cōmunio. Principes persecuti ps. cxviij. sunt me gratis, et a verbis tuis formidauit cor meum, letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa, concupiuit anima mea testimonia tua domine: et dilexit ea vehementer. Cōio. Feci iudicium et iustitiā ibidem. domine, non calumnientur michi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui. Cōio. Simile est re- Matth. gnum celorum homini negociatori querenti xiij. F bonas margaritas, inuēta vna preciosa margarita: dedit omnia sua et comparauit eam. Cōio. Quinque prudentes virgines accepe- ibidem. runt oleum in vasis suis cum lāpadibus: me A dia autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiā christo domino. Postcōio.

P Laceant tibi quesumus misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt mysteria sacrosancta q̄ sumpsimus: intercedente beata N. virgine tua et martyre: et tuam gratiam nobis concilient: et eterne felicitatis gaudium subministrent. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. etc.

¶ In natali vnius virginis nō martyris. Officium.

p. xliiij. 
Ilexisti iustitiã & odisti iniqtatẽ: propterea unxit te deus deus tu⁹ oleo letitie p̄re cõ sortib⁹ tuis. In tempore pascha. alleluia alleluia.
Ps. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Sicut erat in principio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis & amator vginitatis: da nobis sancte N. virginis tue placitis tibi meritis commendari, cui⁹ vita merito castitatis tibi cõplacuit. Per dominũ. Ad corinthios

ij. cor. x. D Fratres. Qui gloriatur, in domino glorietur. Nõ eñ qui seipsum cõmendat, ille probatus est: sed quẽ deus cõmendat. Utinã sustineretis modicum quid insipiẽtie mee: sed et supportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo. Lectio libri sapientie.

viij. A Sapientia vincit malitiam: attingit ergo a fine usq₃ ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Hanc amaui & exquisiui a iuuentute mea: & quesiui eam spõsam michi assumere, & amator factus sum forme illius. Generositatem illi⁹ glorificat contubernium habens dei: sed & omnium dominus dilexit illã. Doctrix est enim discipline dei: & electrix operum illius. Lectio esaie prophete.

lxj. D Gaudens gaudebo in domino: & exultabit anima mea in deo meo. Qui induit me vestimento salutis: & indumẽto letitie circũdedit me. Quasi sponsum decoratum corona: & quasi sponsam ornatam monilib⁹ suis. Sicut eñ terra profert germen suum: & sicut hortus semẽ suum germinat: sic dominus deus germinabit iustitiam & laudem corã uniuersis gentibus. Habitabit enim iuuenis cum virgine: & habitabunt in te lxij. B filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsam: & gaudebit super te de⁹ tu⁹ Dicit dominus omnipotens. Grad.
Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea p. xliiij. benedixit te deus in eternum. V℣. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Grad.
Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. V℣. Ibidem Propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. V. Diffusa est gr̃a in labijs tuis, Ibidem propterea bñdixit te deus in eternũ. Alla.
V℣sus. Emulor enim vos dei emulatione: de ij. cor. spondi vos uni viro virginem castam exhibe x. A re christo. Sequentia.

Virginis venerande de numero sapientum: festa celebrem⁹ socij. Filie matris summi regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororem dei, adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunij. Et luxuriam secuit ense agonie. Hec contra cunctos hostis dimicauit impetus. Et hostem cruẽtum freta christi dextera strauerat. Hec sponsum ab aula celi sese inuisentem alacris. Corde iocundo secuta: eius est ingressa thalamum. Tu que iã dulcib⁹ frueris delitijs. Christo miserias nostras suggerito. Nobis cõsolationem precando.



Secundum Mattheum.

xxv. A In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes. Sed quinque fatue: acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis: cum lampadibus. Moram autem faciente sponso: dormitauerunt omnes, et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes: dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere: venit sponsus. Et que parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniunt et relique virgines: dicentes. Domine, domine: aperi nobis. At ille respondens: ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Offer.

ps. xliiii Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi domine preces et munera in honore sancte N. virginis tue gaudentes: presta quesumus vt et conuenienter hec agere, et remedium sempiternum valeamus acquirere. Per dominum. Communio.

ibidem. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcommunio.

Prosint nobis domine quesumus sumpta mysteria: pariterque nos intercedente beata virgine tua N. et a peccatis exuant, et presidiis tue propitiationis attollant. Per.

¶ In natali pluri. virginum. Officium.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam, proxime eius adducentur tibi in letitia et exultatione. ps. xliiii Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui vt humanum genus ad confessionem tui nominis prouocares, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: presta quesumus vt ecclesia tua hoc exemplo commonita: nec pati pro te metuat, et celestis premii gloriam concupiscat. Per dominum nostrum. Ad corinthios.

i. vii. A. Fratres. De virginibus autem preceptum domini non habeo, consilium autem do: tanquam misericordiam consecutus a domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori: noli querere solutionem. Solutus es ab vxore: noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorem: non peccasti. Et si nupserit virgo: non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi: ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres: tempus breue est. Reliquum est: vt et qui habent vxores, tanquam non habentes sint. Et qui flent tanquam non flentes. Et qui gaudent tanquam non gaudentes. Et qui emunt tanquam non possidentes. Et qui vtuntur hoc mundo: tanquam non vtatur. Preterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est: solicitus est que domini sunt.

quomodo placeat deo. Qui autẽ cũ vxore est: solicitus est q̃ sunt hui⁹ mũdi, quomodo placeat vxori: ꝛ diuisus est. Mulier innupta ꝛ virgo, cogitat que domini sunt: vt sit sancta corpore ꝛ spiritu. In christo iesu: dño nr̃o.

Lectio libri sapientie.

iiij. A O q̃ pulchra est casta gñatio cum claritate. Immortalis est enim memoria illius: quoniã et apud deũ nota est, ꝛ apud hoies. Cũ presens est imitantur illam: ꝛ desiderãt eã cũ se eduxerit. Et in perpetuum coronata triũphat, incoinquinatorꝫ certaminũ premiũ vincẽs. Multigena enim impiorum multitudo non erit vtilis: ꝛ adulterine plãtatiões nõ dabũt radices altas: nec stabile firmamẽtum collocabunt. Et si in ramis in tẽpore germinauerint: infirmiter posita a vento commouebuntur, et a nimietate ventorum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconsummati: ꝛ fructus illorum inutiles ꝛ acerbi ad mãducandũ, ꝛ ad nichilũ apti. Ex iniquis enĩ oẽs filij qui nascũtur testes sunt nequitie aduersus parentes in interrogatione sua. Justus autem si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabũtur in cubilibus suis. V. Cantate domino canticum nouum: laus ei⁹ in ecclesia sanctorum. Gr. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicũ. Alla. V. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in letitia ꝛ exultatione. Euangelium Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lãpades. ꝛc. vt s̃ in officio precedẽti. Offer. Offerentur regi virgines post eam, proxime eius offerentur tibi. Secreta.

(Margin notes: ps. cxlix; Exod. xv. A; ps. xliiij; ibidem.)

Hac nos q̃s dñe beatarꝫ v̾ginũ ꝛ martyrũ tuarũ N. ꝛ N. continuis presidijs adiuuari: pro quarũ venerãda recordatione hec dona maiestati tue dicanda offerimus. Per.

Cõio Quinqꝫ prudẽtes virgines accepertũt oleũ in vasis suis cũ lãpadibus: media autẽ nocte clamor fact⁹ est: ecce spõsus venit, exite obuiam christo domino. (Matth. xxv. A) Postcõio.

Presta q̃sum⁹ oĩps de⁹: vt qui in sanctarũ virginũ ꝛ martyrũ tuarũ N. ꝛ N. solẽnitate percepim⁹ diuina mysteria: earum intercessiõe remedia cape mereamur eterna. Per.

¶ De virginibus non mar. Oratio.

Omĩps sempiterne de⁹, qui nos idoneos non esse perpendis ad maiestatem tuam sicut dignũ est exorandam: fac sanctas virgines tuas N. ꝛ N. p̄ nostris interuenire petis: quarum meritis nobis indulgẽtiã largiaris. Per dominum. Secreta.

Intercedẽtib⁹ sanctis v̾ginib⁹ tuis N. et N. dñe (q̃s) pleb; tue mun⁹ sanctifica: vt ab oibus noxijs expedita, ꝛ hic ꝛ in eternũ cũcta sibi profutura percipiat. Per. Postcõio.

Quesumus domine deus noster: vt sacri mysterij munus indultũ: intercedentibus sanctis virginibus tuis N. ꝛ N. ꝛ presentis nobis vite subsidium: ꝛ eternitatis largiatur effectum. Per dominum.

¶ De non virginibus. Introitus.



Gaudeamus oẽs in dño: diẽ festum celebrãtes sub honore beate N. de cui⁹ solẽnitate gaudẽt angeli ꝛ collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria pa. (Ecclia.; ps. xliiij) Oro.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. festi-

uitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum.

Lectio libri sapientie.

prouer. vlti. B. Mulierē fortē quis inueniet? procul & de vltimis finibus preciū eius. Cōfidit in ea cor viri sui: & spolijs non indigebit. Reddet ei bonum & non malū: omnib⁹ diebus vite sue. Quesiuit lanam & linum: & operata est consilio manuū suarū. Facta est quasi nauis institoris: de longe portans panem suū. De nocte surrexit: deditq; predam domesticis suis, et cibaria ancillis suis. Considerauit agrum & emit eum: de fructu manuū suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lūbos suos: & roborauit brachium suum. Gustauit & vidit q2 bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manū suam misit ad fortia: & digiti eius apprehēderunt fusum. Manum suam aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperē. Non timebit domui sue a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicib⁹. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentū eius. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cū senatoribus terre. Sindonē fecit et vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentum eius: & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientie: & lex clementie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: & panē ociosa non comedit. Surrexerunt filie eius, & beatissimam predicauerunt: et vir eius laudauit eam. Multe filie cōgregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia: et vana est pulchritudo. Mulier timēs dominum: ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius. Gr. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiā: & deducet te mirabiliter dextera tua. ps. xliiij Vsus. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alla. V⁹. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Prosa.

Mulier laudabilis, fortis casta parēs, mulieris sterilis opprobrio carēs. Hec fructū tricesimum dedit coniugata: sed & sexagesimum viro viduata. Que in fortitudine, lumbos castigauit: nunq̄ carens lumine manum roborauit. Cuius honorabilis nuptus, mundus luctus fuit, venerabilis etiam senectus. Ut sacro eloquio patet, erit minime digna pōderatio continētis anime. Dilexit silentiū, discens quod nesciuit: nec vnq̄ dominium in virum quesiuit. Hec nō est de viduis luxu secli mortuꝫ, bonū operata. Obsecrationibus, & orationibus, semper occupata. Recepit hospitio vagos: quam ablutio pedum cōmendauit. Et quos tribulatio pressit: hec subsidio sancto recreauit. N. sancta veneranda, cuius festa recolēda, redierunt annua. Casta prudens & fidelis, impetrare nobis velis, gaudia perpetua. Amen

¶ Vacante Alleluia. Tractus.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum ps. xliiij V⁹. Accingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. V. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede et regna.

Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. xiij. F Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, & pre gaudio illius vadit, & vēdit vniuersa que habet, & emit agrum illum. Iterum si-

mile est regnum celorum homini negociatori: querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abijt ⁊ vendidit omnia que habuit, ⁊ emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: ⁊ ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes, ⁊ secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli ⁊ separabunt malos de medio iustorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro

ps. xliiij suo noua ⁊ vetera. Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in

Ibidem eternum. Offer. Filie regum in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Accepta tibi domine sit sacre plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum.

Matth. xiij. Com. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita, dedit omnia sua ⁊ comparauit eam. Postcom.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per dominum. ¶ Sequuntur misse votiue vne communes: que dici possunt per septimanam. Et primo die dominica de sanctissima trinit. Lune de angelis. Martis Salus populi. Mercurij de sancto spiritu. Iouis de venerabili sacramento. Veneris de sancta cruce. Sabbato de nostra domina.

¶ De sanctissima trinitate. Officium.

Benedicta sit sancta trinitas atque indiuisa vnitas: Ecclia. confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Tob. xij In tempore pasc. alleluia alleluia. ps. Benedicamus patrem ⁊ filium cum sancto spiritu. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere, ⁊ in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Qui viuis. Ad romanos. xi. D.

O Altitudo diuitiarum, sapientie, ⁊ scientie dei. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eius. Quis enim cogno-

uit sensum dñi: aut quis consiliari⁹ eius fuit: Aut quis prior dedit illi, et retribuet ei: Qm̄ ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt oīa: ipsi gloria in secula seculorũ, amen. Ad corinthios.

ii. xiii. D Fratres. Gratia dñi nostri iesu xpi, & charitas dei, & communicatio scti spūs: sit semp cū oīb⁹ vobis In xpo iesu, dño nostro. Grad. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deū celi: quia fecit nobiscum misericordiam suā. Alla.

Dan. iij ibidem. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: & laudabilis in secula. Alla. V⁹.

ps. cxij. Laudate pueri dominum: laudate nomē domini: sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc & vsqꝫ in seculum. Sequentia.

Benedicta sit beata trinitas, deitas eterna, pariter coequalis gloria. Deus genitor, natus genitus, cum sacro pneumate permanēs super omne quod extat. Quibus est semper vna voluntas: et a se discrepans haud vnq̄ triplicata persona. Nā cōstat deitas vna nō i tres deos diuisa: quod fides fatetur a christo orthodore tradita. Hec nanqꝫ pellit delicta, patriam reddit serenam: quam dulcem iubilāt agmina symphoniā celica. Alti throni vestigia imitātur stolis candidata. Operiunturqꝫ binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei supera: demus nostra debita. Quatenus caterua celica, nobis maneat post funera socia. Ultimoqꝫ peracto discrimine, possimus altis perfrui mox palatijs. Quo perspicua lux flagrat accensa constanti flamma que deus est visio nostra & salus eterna. Angelorumqꝫ illustrat fortiter pectora vt in christo sola sua defigant lumina. Hec nanqꝫ est illa sitis flagrans qua tunc sitiēt anime sanctorum vel corpora. Dum fuerint data perpetua eis pro nobis a iudice premia. Amen. Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus quē ego mittā vobis a pře, spiritū veritatis qui a patre pcedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecū estis. Hec locutus sum vobis: vt non scandalizemini. Absqꝫ synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos: arbitretur obsequiū se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neqꝫ me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offertoriū. Benedictus sit deus pater, vnigenitusqꝫ dei fili⁹, sanctus quoqꝫ spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suā. In tpe paschali. alla. Secreta. xv. D Eccle.

Sanctifica qs dñe de⁹ trinitas sancta p tui scti nois inuocationē hui⁹ oblationis hostiā: & cooperante spūsancto per eā nosmetipsos tibi perfice mun⁹ eternū. Qui viuis. eiusdē. Prefa. Qui cū vni. Cōio. Benedicim⁹ deū celi & coram omnib⁹ viuētib⁹ cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū miam suam. In tpe paschali. alla alla. Postcōio. Tobie xij. B

Proficiat nobis ad salutē corporis & anime dñe de⁹ hui⁹ sacramenti susceptio: & sempiterne sancte trinitatis, eiusdēqꝫ indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis &c.

Missa de angelis. Ad miss. Offm.

Benedicite dominū omnes angeli ei⁹: potentes virtute q̄ facitis verbum eius: ad audiēdam vocem sermonum eius. In tempore ps. cij.

pasch. alla ps. Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Kyrie eleyson. Oratio.

Perpetuum nobis dne tue miserationis presta subsidium: quibus et angelica prestitisti suffragia non deesse. Per dnm. Lectio libri apocalypsis beati ioannis apostoli.

xix. B In diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe, beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit michi. Hec verba dei, vera sunt. Et cecidi ad pedes eius: vt adorarem eum. Et dixit michi: Uide ne feceris: conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium iesu. Deum adora. Gr. Benedicite dominum

ps. cii oes angeli eius, potentes virtute qui facitis verbum eius. V. Benedic anima mea domino: et omnia interiora mea nomen sanctum eius.

Psalm. cxxxvii Alla. V. In conspectu angelorum psallam tibi dne deus meus. Scdm Joannem.



In illo tempore. Erat dies festus iudeorum: et ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cecorum, claudorum, aridorum: expectantium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Offer. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluia. Secreta. Eccl'a

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio: et placatus accipias, et ad salutem nostram prouenire concedas. Per dnm. Coio. Benedicite omnes angeli domini dno: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. In tempore paschali alleluia. Postcoio. Daniel. iii. D

Repleti domine benedictione celesti suppliciter exoramus: vt quod fragili celebramus officio, sanctorum angelorum atque archangelorum, omniumque celestium spirituum: nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dnm.

¶ Sciendum est quod per totum aduen. et a Dne ne in ira. vsque ad caput ieiunij: et ab octa. pasche vsque ad ascensionem dni: et a festo sancte trinitatis vsque ad aduentum dni singulis hebdo. semel solet dici miss. Salus populi. pro fratribus et sororibus: ita videlicet si vacauerint a festis sanctorum, et extra oct. cum regimine chori, et si missa dnicalis in hebd. cantanda fuerit copleta, comemo. quoque beate marie et festi loci, et proprie epfe et euag. propria propter illam missam non fuerint pretermissa: tunc illa liqua dies vacauerit, est cantanda. Si vero proprie epistole et propria euag. que quartis fe. intitulantur: frequenter nequeant ibi dici: in proximis sequentibus fe. si vacauerint perlegantur: nec propter missam Salus populi. vel Nos autem. alicubi per totum annum aliqualiter omittantur. In missis etiam Salus populi. vel Nos autem. super Kyrie. Sanctus et Agnus semper dicitur cantus fer.

¶ Et notandū est φ per totū tēp᷒ p̄dictū qn̄ missa dn̄icalis in dn̄ica vel in secūda feria cātata fuerit ꝛ iij. fer. vacauerit: semper dicitur missa Salus populi. in ipsa tertia feria: ꝛ si nō vacauerit, tunc in aliqua feria ipsi᷒ hebdo. q̄ ad hoc vacauerit cantetur. ¶ Et sciēdum est φ missa Salus populi. est in dispositiōe cātoris quādo conuenientius et quota feria possit dici. Qn̄ vo dicit̄ missa Sal᷒ populi. tunc nulla dicit̄ memoria de do. neqꝫ de aliqua missa triū lc. nisi in aduentu. Dicatur etiā missa Sal᷒ populi. in vnaquaqꝫ hebdom̄. nisi in xl. ꝛ nisi festum impediat vel octa. cum regimine chori: ꝛ nisi infra tēpus natiui. dn̄i: ꝛ nisi in hebdo. pasche ꝛ pentec.

¶ Ad missam. Officium.

Eccl̄ia.  Salus populi ego sū dicit domin᷒: de qua cunqꝫ tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ꝛ ero illorum domin᷒ in perpetuum. In tempore paschali. all'a all'a. ps. Attendite popule meus legē meā: ꝛ inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Non dicitur Gloria in excelsis. in hac missa. Oratio.

Deus qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorꝫ cordibus fideliū infundis: da famulis ꝛ famulabus tuis, fratribus ꝛ sororibus nostris pro quibus tuā deprecamur clementiam, salutem mentis ꝛ corporis: vt te tota virtute diligant, ꝛ que tibi placita sunt tota dilectione perficiāt. Per dominum, in vnitate eiusdem. ꝛc.

Lectio esaie prophete.

xix. Hec dicit dn̄s deus. In die illa dexerit munus domino exercituū: ꝛ rex fortis dn̄abitur eorum. In die illa erit altare domini i medio terre: ꝛ cognoscetur dn̄s. Et colent eū in hostijs ꝛ muneribus: et vota vouebunt dn̄o ꝛ soluent. Et reuertētur ad dominū ꝛ placabit̄ eis: ꝛ sanabit eos In die illa erit israel benedictio i medio terre: cui benedixit dn̄s exercituū dicēs. Benedictus populus meus: et opus manuū mearū hereditas mea israel. Dicit dn̄s oīs. Gr. Propiti᷒ esto p. lxxviij. domine peccatis nostris: nequādo dicant gētes, vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̄: ꝛ propter honorē nois tui dn̄e libera nos. All'a. ℣. Ostende nobis domine misericordiā tuā: ꝛ salutare tuū da nob̄. In tēpore pasch. ij. All'a. erit de missa dn̄icali per hebdō. sicut in festis sine regimine chori. Tn̄ in processione vbi fit statio, scd̄m all'a non dicitur. Idem mod᷒ obseruetur in missa pro pace, ꝛ in consimilibus. Scd̄m Marcum.



xij. In illo tempore. Sedens iesus cōtra gazophilacium: aspiciebat quomodo turba iactaret es i gazophylaciū. Et multi diuites iactabant multa. Cū venisset autem vna vidua paupercula: misit duo minuta, quod est quadrās. Et cōuocās discipulos suos: ait illis. Amē dico vobis: quia vidua hec paupercula plus omnibus misit qui miserūt in gazophylaciū. Oēs enim ex eo qd̄ abūdabat illis: miserunt. Hec vero de penuria sua omnia q̄ habuit misit: totum victū suū. Offer. Exaudi deus orationem

meam: ꝛ ne despexeris deprecationem meã, intende in me ꝛ exaudi me. In tẽpore pas. alla. Sequentes duo ỽ. dicũtur alternis vicibus infra aduentũ domini: ꝛ a lxx. vsq ad quinquagesimã tantũ ỽ. Conturbatus sum a voce inimici: ꝛ a tribulatione peccatoris: ꝛ expectabam eum qui saluum faceret. ỽ. Ego autem ad deum clamaui libera animam meam: et extendes manum tuam in retribuendo illis. Secreta.

Miserere q̃s domine famulis ꝛ famulabus tuis pro quibus hoc sacrificiũ laudis tue offerim⁹ maiestati: ꝛ pñsta vt per hec sctã superne benedictionis gratiã obtineãt, ꝛ gloriã eterne felicitatis acquirãt. Per. Cõio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite quia accipietis: ꝛ fiet vobis. In tẽpore pasch alla alla. Postcõio. — Mar. xi. C

Diuina libãtes mysteria q̃s domine: vt hec salutaria sacramẽta illis proficiant ad prosperitatẽ ꝛ pacẽ, pro quorũ quarũq dilectione hec tue obtulimus maiestati. Per.



¶ In commemoratione sancti spũs Ad missam. Officium.



Spiritus domini repleuit orbẽ terrarũ alla: ꝛ hoc qđ continet oĩa, sciẽtiã habet vocis alla alla alla. — Sap. i. B
ps. Exurgat deus ꝛ dissipentur inimici eius: et fugiãt qui oderũt eũ a facie eius. Oratio. — ps. lxvii.

Deus qui corda fidelium sãcti spiritus illustratiõe docuisti, da nobis in eodẽ spiritu recta sapere ꝛ de ei⁹ semper cõsolatione gaudere. Per dominũ. in vnitate eiusdem.

Lectio actuum apostolorum.

In dieb⁹ illis. Cum audissent apostoli qui erãt hierosolymis quia recepisset samaria verbum dei: miserunt ad eos petrum ꝛ ioannem. Qui cũ venissent: orauerũt pro ipsis vt acciperẽt spiritũ sanctũ. Nõdum enim in quẽq illorũ venerat: sed baptizati tãtũ erãt in nomine dñi iesu. Tũc imponebãt man⁹ super illos: ꝛ accipiebãt spiritũ sanctũ. Gr. Beata gens cuius est dominus de⁹ eorum, populus quẽ elegit dominus in hereditatẽ sibi. ỽ. Uerbo domini celi firmati sunt: ꝛ spiritu oris ei⁹ oĩs virt⁹ eorũ. Alla. ỽ. Ueni sancte spũs reple tuorum corda fidelium: ꝛ tui amoris in eis ignem accende. In tẽpore paschali. Primũ Alla. ỽ. Emitte spiritum tuum ꝛ creabuntur: et renouabis faciem terre. Scdm Alla. ỽ. Ueni sancte spiritus reple tuorũ corda fidelium: ꝛ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. — viii. G — ps. xxxii — Eccle. — ps. ciii

Ueni sancte spũs, ꝛ emitte celit⁹ lucis tue radiũ. Ueni pat pauperũ, veni dator munerũ, veni lumen cordiũ. Cõsolator optime, dulcis hospes aĩe, dulce refrigeriũ. In labore requies, in estu tẽperies, i fletu solatiũ. O lux beatissima, reple cordis intima tuorũ fideliũ. Sine tuo numine, nichil est in lumine, nichil est inno-

xium. Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium. Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium. Da tuis fidelibus in te cōfidētibus, sacrum septenarium. Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium.

Secundum Joannem.

xiiij.C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si q̄s diligit me: sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus, ꝛ mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quē audistis non est meus: sed eiꝰ qui misit me patris. Hec locutꝰ sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autē spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: ꝛ suggeret vobis omnia que cunq̄ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neq̄ formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq̄ quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factum fuerit credatis. Jam nō multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mundi huius: ꝛ in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoscat mundus q̄ diligo patrem: ꝛ sicut mādatum dedit michi pater, sic facio. Offertorium.

ps.lxvij Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera alla. Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica: ꝛ corda nostra sancti spiritus illustratione emūda. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. Prefatio. Qui ascendens. Non dicitur in hac prefatiōe, hodierna die. nisi in hebdoma. penteco. tantum. Communio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedentes alla: ꝛ repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia dei. alleluia alleluia. Act.ij. Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mūdet infusio: ꝛ sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum. in vnitate eiusdem.



¶ In cōmemoratione corporis christi. Officium.



Cibauit eos ex adipe frumenti alleluia: ꝛ de petra melle saturauit eos alleluia alleluia alleluia. ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Gloria patri. ps.lxxx. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue quesumus

ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redēptiōis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. Ad corinthios.

i. xi. B FRatres. Ego enim accepi a domino: quod et tradidi vobis. Quoniā dn̄s iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: et gratias agens fregit, et dixit. Accipite et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā commemorationem. Similiter et calicem postq̄ cenauit, dicens. Hic calix noui testamentū est in meo sanguine: hoc facite quotienscunq̄ sumitis, in meā commemorationem. Quotienscūq̄ enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaq̄ quicunq̄ manducauerit hunc panē vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis dn̄i. Probet autē seipsum homo: et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit. Non diiudicans corpus dn̄i. Gr. Oculi omniū in te

ps. cxliiii. sperāt dn̄e: et tu das illis escam in tempore opportuno. V. Aperis tu manū tuā et imples omne animal bn̄dictione. Alla. V. Caro mea

io. vi. D vere est cibus, et sanguis meus vere est pot9. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinē, in me manet et ego in eo. Sequētia q̄ voluerit: quere in fes. corpis xp̄i. Secundum Joannem.

vi. D IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū: Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinē: in me manet, et ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: ipse viuet propter me. Hic est panis q̄ de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto: et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Offr. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erūt deo suo, et non polluent nomen eius alleluia. Secreta. Leuit. i. A

ECclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis propitius dona cōcede: que sub oblatis muneribus mystice designātur. Per dominum. Prefatio. Quia per incarnati. Cōio. Quotienscunq̄ manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat: itaq̄ quicunq̄ manducauerit panem, vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini alleluia. Postcommunio. i. cor. xi. F

FAc nos quesumus domine diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam preciosi corporis et sanguinis tui, tēporalis perceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cum deo patre. ¶ Sciēdum est q̄ missa de cruce dr̄ omni vi. fer. a Deus omniū. vsq̄ ad aduētum: nisi fes. ix. lec. impediat: vel oct. cum regimine chori: vel dies oct. vel q̄ ex necessitate oporteat agere missam dominicalem: vel aliquod tale festum trium lec. quod proprium habet seruitium. Si vero in sexta fe. aliquod festū triū lec. eue. vnde nullū propriū habeatur seruitiū: tunc est in dispositione cantoris dicere missam de cruce vel non. Cū vero sexta feria omnino a festo vacauerit, et non oporteat ex necessitate dicere missam dominicalem: semper infra predictum tempus dicitur missa de cruce, q̄uis omnes hore dicantur de feria, et nulla fit memoria de missa dominicali. Tamen si oporteat dicere missam. Salus populi. omnino pretermittatur missa de cruce.



¶Ad missam de cruce. Officium.



Gala. vi A Nos aũt gl'iari opor tet in cruce dñi no stri iesu christi, ĩ quo est sal', vita ꝛ resur rectio nostra: p quẽ saluati ꝛ liberati su mus. In tẽpore pas chali. alleluia alleluia. ps. Deus mise
ps. lxvi. reatur nostri ꝛ bñdicat nobis: illuminet vul tum suũ super nos ꝛ misereatur nostri. Nõ dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui vnigeniti filij tui do mini nostri iesu christi precio so sanguine, viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quesu mus eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore, tua quoqꝫ vbiqꝫ pro tectione gaudere. Per eundem.

Ad philippenses.

ii. D Fratres. Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem: mortem autem crucis. Pro pter quod ꝛ deus exaltauit illum, et dedit illi nomẽ quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne ge nu flectatur, celestium terrestrium ꝛ infernorum. Et omnis lingua confi teatur: qr dominus noster iesus chri stus, in gloria est dei patris. Gr. Chri Philip.
stus fact' est pro nobis obediens vsqꝫ ad mor ii. D
tem: mortem autẽ crucis. ℣. Propter quod ꝛ deus exaltauit illum: ꝛ dedit illi nomẽ quod est super omne nomen. Alla. ℣. Dulce li Eccl'ia.
gnum dulces clauos, dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorũ ꝛ dominum. In tempore paschali scdm Alla. ℣. Nos autem gloriari oportet in Gala. vi
cruce domini nostri iesu christi. A

Secundum mattheum.

In illo tempore. Ascendens ie xx. C
sus hierosolymam: assumpsit duodecim discipulos suos secreto, et ait illis. Ecce ascendimus hierosoly mã: ꝛ filius hominis tradetur prin cipibus sacerdotum ꝛ scribis, ꝛ con demnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum ꝛ fla gellãdum: ꝛ crucifigendum. Et ter tia die resurget. Offer. Protege domine Eccle.
plebem tuam per signum sancte crucis ab o mnibus insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, ꝛ acceptabi le tibi fiat sacrificium nostrum. In tẽpore paschali alleluia. Secreta.

Hec oblatio quesumus domine ab omnibus nos purget offen sis: que in ara crucis immolata, etiã totius mundi tulit offensas. Per do minum nostrum. Prefatio. Qui sa lutem. Cõmunio. Per lignum serui facti Eccl'ia.
sumus: ꝛ per sanctam crucem liberati sum', fructus arboris seduxit nos: filius dei rede mit nos alla. et finiatur cum alla. quan docũqꝫ dicit, nisi infra septuagesimã vsqꝫ ad pascha. Postcommunio.

Adesto nobis domine deus no ster: ꝛ quos sancte crucis leta ri facis honore, eius quoqꝫ perpetuis defende subsidijs. Per dominum.

¶ Sanctus bonifacius papa egrotauit vsqꝫ ad mortem: qui instanter petijt a deo vitā in hoc seculo sibi prolongari. Ad quem misit domin⁹ sanctum raphaelem archangelum cum officio misse de quinqꝫ vulneribus christi, dicētem ad eum. Surge ⁊ scribe istud officiū: ⁊ dicas ipsum quinqꝫ vicibus: ⁊ continuo recipies sanitatem. Et quicūqꝫ sacerdos hoc officiū deuote pro se vel alio egrotante celebrauerit quinquies: hic sanitatem ⁊ gratiam recipiet: ⁊ in futuro vitam eternā possidebit si in bono perseueret. Et in quacunqꝫ tribulatione homo extiterit in hoc seculo: si procurauerit a sacerdote hoc officium quinquies pro se legi, sine dubio liberabitur. Et si pro anima defūcti legatur, statim postq̄ complete dictum fuerit scilicet quinquies: a penis anima soluetur. Sāctus igitur bonifacius papa hec audiens: statim erexit se in loco in quo iacuit infirmatus, ⁊ ipsum coniurauit per omnipotētem deum: vt absqꝫ suo periculo recederet: ⁊ quis esset, ⁊ ad quid venisset sibi continuo indicaret. Qui statim dixit se esse archāgelum raphaelem a deo sibi missum: ⁊ superius pronunciata promittebat sine dubio fore rata. Tunc sanctus bonifacius papa officium confirmauit apostolica auctoritate: tribuens omnibus vere confessis ⁊ contritis septimam partem remissiōis omnium peccatorum suorum: qui illud deuote legerint quina vice. Et similiter illud predictum officium legi procurātibus: quadraginta dies criminalium, ⁊ vnum annum venialium in domino relaxauit.

¶ Incipit officium misse de quinqꝫ vulnerib⁹ domini nostri iesu christi.





Humiliauit semet ipsum dominus noster iesus christus vsqꝫ ad mortem: mortem autem crucis, propter quod et de⁹ exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen quod est super omne nomē. ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Et dicitur Gloria in excelsis, nisi per aduentum ⁊ a lxx vsqꝫ ad pascha. Phili. ij D Psalm⁹ lxxxviij.

Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui qui de celo ad terram de sinu patris descendisti: ⁊ in ligno crucis quinqꝫ plagas sustinuisti: et sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum effudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij ad dexteram tuam statuti, a te audire mereamur illam vocē dulcissimam, venite benedicti in regnū patris mei. Qui cum eodē patre in vnitate spiritussancti viuis ⁊ regn̄.

¶ Addatur etiam vna collecta vbi placuerit secūdum numerum ⁊ temporis exigentiam pro viuo vel pro

defuncto pro quo iste misse celebrantur. ¶Lectio zacharie prophete.
xij. D Hec dicit dominus deus. Effundã de spũ meo super domũ dauid, et super habitatores hierusalem spiritum gratie ꝛ miserationis: ꝛ aspicient in eum quem cõfixerunt. Et plangent eum planctu quasi super vnigenitum: et dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit planctus magn⁹ in
xiij. C hierusalẽ: et dicetur ei. Que sunt iste plage in medio manuum tuarum? Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meũ, ꝛ super virum coherentem michi: dicit domin⁹ exercituum. Percutiam pastorem: et dispergentur oues gregis. Dicit dominus exercituũ. Gr.
p̃. lxviij. Improperium expectauit cor meum ꝛ miseriam: ꝛ sustinui qui simul contristaretur ꝛ nõ fuit: consolantem me quesiui ꝛ nõ inueni. ℣. Et dederunt in escam meam fel: ꝛ in siti mea
Eccl̃ia. potauerunt me aceto. Alla. ℣. Aue rex noster iesu christe: tu solus nostros errores et reatus miseratus pertulisti, patri obediens ductus es ad crucem: vt agnus mansuet⁹ ad occisiõnẽ, tibi gloria osanna, tibi summe laudis ꝛ honestatis corona. Tractus.
p̃s. xlij Iudica me deus ꝛ discerne causã meã de gente non sancta: ab homine iniquo ꝛ doloso erue me. ℣. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti, ꝛ quare tristis
p̃s. xxvj. incedo dum affligit me inimicus. ℣. Testes enim iniqui insurrexerunt aduersum me: et
Psalm⁹ mẽtita est iniquitas sibi. ℣. Supra dorsum
cxxxviij meum fabricauerunt peccatores, prolonga
p̃s. xxi. uerunt iniquitatem suam. ℣. Ipsi vero considerauerunt ꝛ inspexerunt me: diuiserũt sibi vestimenta mea, ꝛ super vestem meam miserunt sortem. ℣. Foderunt manus meas et pedes meos: ꝛ dinumerauerunt omnia ossa mea, ꝛ dolorẽ super dolorem vulnerib⁹ meis addiderunt. Sequentia.

Cenam cum discipulis christe celebrasti: ꝛ mortem apostolis palam nunciasti: ꝛ auctorem sceleris iudam demonstrasti: ꝛ egressus protinus hortulum intrasti. Tũc procidens dominus humo se prostrauit: ꝛ transferri calicem a se postulauit: sed patris arbitrio illud commendauit: ꝛ ecce mox sanguinis sudor emanauit. Iudas post hoc, osculũ ori dedit christi: ad quid (inquit domin⁹) amice venisti? nũquid tradis osculo quẽ iam vendidisti? assistentes protinus irruunt ministri. Nox in somnis itaqꝫ illa ducebatur: nulla prorsus requies iesu prestabatur: magistrorũ impia plebs iniuriatur: alapis et colaphis innocens mactatur. Dum iesum eripere pilatus conatur: iudeorꝫ furia magis inflammatur, ꝛ tumultus populi ingẽs excitatur, ꝛ plebis vox intonat vt crucifigatur. Traditur militib⁹, vinculis arctatur, vndiqꝫ verberibus corpus cruentatur, caput regis glorie spinis coronatur, postqꝫ flexis genibus quisquis irritatur. Ecce caro tenera pij saluatoris ad columnã nequiter coarctatur loris: sic flagellis cedit impij tortoris ꝙ emanant riuuli vndiqꝫ cruoris. Post per vrbis medium iesus procedebat, ꝛ crucis patibulũ humeris ferebat: ad fores et ostia populus fluebat, eiusqꝫ confusio omnibus patebat. Ad pudoris cumulum iesu denudaris, ꝛ vẽtis ac frigori nudus spoliaris, innocens cum impijs in crucem damnaris, et quasi dux sceleris medio locaris. Tẽsis ligno brachijs manus conclauantur: cruci mẽbra trucibus chordis alligantur: nerui vene simili modo laniantur, pedum plãte etiã ferro terebrantur. Loquens iesus

postea sitio dicebat: ⁊ acetum proti-
nus felle cōmiscebat: ac infusum spō
gie ori porrigebat: quod degustans
paululū sumere nolebat. O iesu mi-
rifice quid est quod aiebas? tu de siti
conquerens de cruce silebas: nūquid
hanc doloribus magis sentiebas? at
salutem potius nostrā sitiebas. Vo-
cē promens vltimā patrē inuocasti:
spiritūqꝫ manib⁹ ei⁹ cōmendasti: cū
clamore valido tandem expirasti: sic
salutis omniū op⁹ cōsummasti. Nūc
ego superbio tu humiliaris, ego cul-
paspetro tu pena grauaris: ego po
mum mordeo tu felle potaris: ego pe
to mollia, tu dure tractaris. Demū
cuius valeat mens vel lingua fari,
quantum virgo creditur intus cru-
ciari: dum cernit iam mortuum lat⁹
vulnerari: atqꝫ nati viscera lancea ri
mari? Corpus quidem mortuum iā
nil sentiebat: militis sed lancea pect⁹
infigebat: quam fixam in filij latere
videbat: vnde aqua sanguine mix-
ta effluebat. Fundunt riuos sangui
nis fontes saluatoris: properās huc
anima currat peccatoris: ⁊ hauriat
quippiam sacrati liquoris, quo fre-
quenter liniat vulnera doloris. Ad
hunc ergo propera fontem saluato-
ris: vt fluentis impleas viscera dul-
coris: atqꝫ vite lauachrum precium
cruoris: hinc sui curatio profluat lā-
guoris.



Secundum Joannem.

IN illo tempore. Presciens ies⁹ xix. F
quia iam omnia cōsummata
erant de ipso: vt cōsummaretur scri-
ptura dixit. Sitio. Vas ergo positū
erat, aceto plenum. Illi autem spon
giam plenam aceto hysopo circūpo-
nentes: obtulerunt ori eius. Et cum
accepisset iesus acetum dixit. Consū
matum est. Et inclinato capite tradi
dit spiritum. Judei ergo quoniā pa
rasceue erat: vt nō remanerēt i cruce
corpora sabbato (erat enim magnus
dies ille sabbati) rogauerunt pilatū
vt frangerentur eorum crura, ⁊ tol-
lerentur. Venerunt ergo milites, et
primi quidem fregerūt crura, ⁊ alte-
rius qui crucifixus est cum eo. Ad ie-
sum autem cum venissent, vt vide-
runt eum iam mortuum, non frege-
runt eius crura: sed vnus militū lan
cea latus eius aperuit: ⁊ cōtinuo ex-
iuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit te- Ps. xxi.
stimonium perhibuit: ⁊ verum est te
stimonium eius. Offertoriū. Insurre-
xerunt in me testes iniqui: absqꝫ misericordia
quesierunt me interficere: ⁊ non pepercerunt
in faciem meam spuere: ⁊ lanceis suis vulne-
rauerunt me, et concussa sunt omnia ossa
mea.

Secreta.

DOmine iesu christe q̄ pro mun
di redemptiōe crucis lignum
ascēdisti: vt vniuersus mundus qui
in tenebris erat illuminaretur: illam
quesumus lucem in animas nostras
⁊ corpora infunde, per quam ad eter-
nam lucē peruenire mereamur. Qui Ps. xxi
cum patre. Prefatio. Qui salutem.
Communio. Foderunt manus meas et
pedes meos: et dinumerauerunt omnia ossa
mea.

Postcommunio.

DOmine iesu christe qui hora
diei sexta pro redēptione mū-
di crucis patibulum ascendisti: ⁊ san
guinem tuum preciosum in remissio

nem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur, vt per tue passionis ꝛ vulnerum tuorum merita: post obitum nostrum paradisi ianuã gaudenter mereamur introire. Qui cum deo patre. ꝛc.

In festo corone domini. Officium

Ecclia.



Gaudeamus oẽs in domino, diem festũ celebrantes sub honore corone domini: de cuius solẽnitate gaudẽt angeli, ꝛ collaudant filium dei9. Gaudent angeli ꝛ exultant archangeli: letantur ꝛ congratulantur omnes sancti. Oratio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt qui in memoriã passionis domini nostri iesu christi coronam eius spineã veneramur in terris, ab ipso gloria ꝛ honore coronari mereamur in celis. Qui tecum.

Lectio libri sapientie.

Câtic. iii. C.

Lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel: omnes tenẽtes gladios, et ad bella doctissimi. Uniuscuiusq; ensis super femur suum: propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex salomon: de lignis libani. Columnas eius fecit argẽteas, reclinatorium aureum, ascẽsum purpureũ: media charitate constrauit propter filias hierusalem. Egredimini filie sion: et videte regem salomonem in diademate quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis illius, ꝛ in die letitie cordis ei9. Quam pulchra es amica mea: ꝙ pulchra es. Oculi tui columbarum: absq; eo quod intrinsec9 latet. Ueni de libano spõsa mea: veni de libano, veni coronaberis.

Alleluia. V9. Tuam coronam adoram9 domine: tuum gloriosum recolimus triumphum. Alleluia. Diadema spineum veneremur hodie: cuius per aculeum sertum datur glorie. Sequentia. Ecclia.

Si vis vere gloriari, ꝛ a deo coronari, honore ꝛ gloria. Hanc coronã venerari studeas: atq; sectari portantes vestigia. Hanc celorũ rex portauit, honorauit ꝛ sacrauit, sacro suo capite. In hac galea pugnauit, cum antiquum hostem strauit: triũphans in stipite. Hec pugnantis galea, triumphantis laurea, tiara pontificis. Primum fuit spinea, postmodum fit aurea, tactu sancti verticis. Spinarum aculeos virtus fecit aureos: christi passionis. Que peccatis spineos mortis eterne reos: adimplebit bonis. De malis colligitur et de spinis plectitur spinea peruersis. Sed in aurum vertitur quando culpa tollitur, eisdem conuersis. Iocũda mysteria sunt hec: sed materia presentis letitie. Nobis est historia, qua patenter francia coronatur hodie. Hui9 coronatio corone susceptio cuius festum agimus. Debito cum gaudio ꝛ anniuersario honore recolimus. Thesauro tam nobili, tã desiderabili, diues es effecta. Terra carens simili, carens comparabili, deo predilecta. Tria priuilegia regna tibi alia subdunt in honore. Fides et militia: vnctioq; regia: quarum flores flore. Tibi vrbs inclita, omni laude predita, mater studiorũ. Est corona tradita ꝛ in te reposita: vrbs parisiorum. In dei preconium, totum cõfer studium, totum cor appone. Que christi palladium, ꝛ sacre sacrarium facta es corone. Iesu pie, iesu bone, nostro nobis in agone largire victoriam. Mores nostros sic cõpone, vt

perpetue corone mereamur gloriã.

Secundum Joannem.



xix. A In illo tempore. Apprehendit pilat⁹ iesum: & flagellauit. Et milites plectẽtes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum: & dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: & dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis quia in eo nullã inuenio causam. Exiuit ergo iesus portans spineam coronam: & purpureum vestimentum. Credo. Offer. Gloria & hono-

ps. viij. re coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Tuorum militum rex omnipotens virtutem corrobora: vt quos in huius mortalitatis stadio vnigeniti filij tui corona letificat: cõsummato cursu certaminis, immortalitatis brauium apprehendant. Per eundem dominum. Prefatio de

ps. xx. cruce. Cõio. Posuisti domine in capite ei⁹ coronam de lapide precioso. Postcõio.

Supplices te rogam⁹ omnipotens deus, vt hec sacramenta que sumpsimus, per sacrosancte filij tui corone (cui⁹ solennia recensem⁹) virtutem: nobis proficiant ad medelam. Per eundem dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. &c.



Sabbato celebratur de beata virgine: et hoc institutũ est propter quinq; rationes: quarum prima est. In quadam ecclesia ciuitatis constantinopolitane erat imago beate virginis coram qua dependebat velum quod totam velabat imaginem: sed hoc velum in vj. feria post vesperas recedebat ab imagine nullo mouente, solo dei miraculo: quasi deferretur in celum vt ad plenum posset ymago conspici. Celebratis vesperis in sab. descẽdebat ipsum velum ante eandem imaginem & ibi manebat vsq; in fe. vi. sequentẽ. Hoc viso miraculo: sancitũ est vt semper illa feria celebraretur de beata v͛gine. Alia etiam ratio est quia domino crucifixo & mortuo: discipulis fugiẽtibus & de resurrectione desperãtibus: in illa sola tota fides remãsit. Sciebat enim quomodo portauerat eum sine labore, & pepererat sine dolore: et ideo certa erat q͛ filius dei esset, & a mortuis tertia die resurgere deberet. Et hec est ratio quare dies sabbati magis q͂ alia dies beate marie appropriatur. Tertia ratio est, q2 dies sab. est ianua & introitus ad dominicam diem: dies autem dominica est dies requiei: & significat vitam eternam. Unde cum in gratia sum⁹ domine nostre: sum⁹ quasi in ianua paradisi. Igitur quia ipsa est nobis porta ad regnum celorum: quod per diem do. figuratur: ideo de illa solenizatur in septima feria ordinatio misse quotidiane beate marie que diem dominicam precedit. Quarta ratio est: vt solennitas matris solennitati filij continuetur. Quinta ratio est: vt festiuius agatur in die qua

deus ab omni opere requieuit.

¶ Ordinatio misse quotidiane beate virginis que dicitur: **Salue.**

Pulsato ad missã beate marie: conueniant clerici ad eandem per hebdomadam deputati: qui dictis prius horis beate virginis in capella eiusdem, videlicet prima, tertia, sexta, et nona: missam solenniter exequãtur. Hoc addito ꝙ in inceptione cuiuslibet hore dicitur salutatio ãgelica: scilicet **Aue maria gratia plena.** genu flectendo sub silentio

¶ Ad missam quotidianam beate marie sacerdoti assistant diaconus et subdiaconus ministrantes ei in dalmaticis ⁊ tunicis omni duplici festo per annum, et per octauas natiuitatis domini pasche, ⁊ pẽtecostes: in sabbatis et in dominicis et in omnibus festis que habent inuitatorium triplex. Et in omnibus his **Alleluia.** a duobus de superioribus in superpelliciis cantetur: alias a clericis inferioribus in habitu semper eodem. Celebratur etiam missa beate virginis solenniter omni die per annum in capella eiusdem; nisi duob⁹ diebus proximis ante pascha.

¶ Ad missam beate virginis quotidie dicendam in capella et in choro infra aduentum, quando fit plenum seruitium de ea: nisi in festo conceptionis eiusdem.

Officium.



Rorate celi desup et nubes pluant iustũ: aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem. psal. Et iustitia oriatur simul: ego domin⁹ creaui eum. Deinde repetatur officium **Rorate.** Gloria patri Tertio repetat̃ offm̃. Et sic fiat per totum annum: etiam infra passionẽ Ad missam quotidianam de sancta maria in capella eiusdem omni die per annum (nisi duobus dieb⁹ ante pascha) dr̃ vnũ **Kyrie.** ex istis sequentibus, vꝫ omnibus simplicibus fest. siue fiat in choro de tempore siue de fest. sanctorum, dr̃ vnũ istoꝝ absqꝫ ṽ. scilicet **Kyrie Rex splẽdor.** vel **Kyrie Fons boni.** In omnibus ḋo dñicis dr̃ absqꝫ ṽ. vnum eorundem: vel istud scꝫ **Kyrie Rex geni.** ¶ Fe. ij. **Kyrie O rex clemens.** ¶ Fe. iij. **Kyrie Conditor.** ¶ Fe. iiij. **Cuncti potens.** ¶ Feria v. **Orbis fac.** ¶ Fe. vi. **Lux ⁊ ori.** ¶ Sabbato. **Kyrie omp̃s.** Oratio.

Esa. xl

Deus qui de beate marie semp virginis vtero verbum tuū angelo nūciante carnē suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis, vt q̄ vere eā dei genitricem credimus, ei⁹ apud te intercessiōib⁹ adiuuemur. Per eūd ¶ Sequentes memorie fiant per totum annum ad missam eiusdem in capella. Secūda oṙo de trini Omnipotens sempiterne tertia oṙo pro episcopis viuis. Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia quarta or. pro benefactoribus defunctis. Oīs sempiterne de⁹ vnica sal⁹ mor. quinta oṙo generalis scʒ Oīs sempiterne de⁹ qui viuorū. Req̄re p̄dictas orōnes cū secretis et postcōionibus añ offm̄ Salue sancta parēs. Et sciēdū est q̄ secūda oṙo ad missam quotidianam de sancta maria erit semper de sācto in cuius honore dedicatum est altare vel ecclīa vbi quis celebrat.

Lectio Esaie prophete.

viij.B In diebus illis. Locut⁹ est dominus ad achaz, dicēs. Pete tibi signū a dn̄o deo tuo in p̄fundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Nō petam: ꝛ non tentabo dn̄m. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parū vobis est molestos esse hominib⁹: q2 molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium: ꝛ vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum ꝛ mel comedet: vt sciat reprobare malum, ꝛ eligere bonum. In capella beate v̄ginis per totum annum gr. cū suo

ps.xxiij. v. cantetur a toto choro. Grad. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales ꝛ introibit rex glorie. v̄sus Quis ascendet in montē dn̄i: aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus ꝛ mūdo corde. Nunq̄ repetatur grad. post suum versicu. in missis quotidianis de sancta maria: neq3 de trinitate: neq3 de ceteris cōmemo. nisi in pleno seruitio tantum. A. Alla. Aue maria Lu.i.C. g̃ra plena dn̄s tecum benedicta tu in mulieribus. Idē Alleluia per totū aduentum d3 in choro in cōīe moratiōe btē marie: ꝛ similiter in capella. Sequētia. Mittit ad virginem. vel quevis alia ad placitum, ꝛ hoc per totum annū obseruetur ad missam quotidianam de sancta maria. ¶ Et sciendū est q̄ quotidie per annū d3 sequentia in capella beate v̄ginis: ꝛ similiter in choro quādo d3 missa solēniter de eadē. ¶ Nō fit plenū seruitium de sancta maria per aduentum: d3 vna ex istis sequentijs per ordinē: ꝛ similiter dicitur ad missam quotidianam. Sequētia

Missus gabriel de celis, verbi baiulus fidelis, sacris disserit loquelis cum beata virgine. Verbū bonū ꝛ suaue, pandit intus in cōclaue, ꝛ ex eua formans aue, eue verso nomine. Consequēter iuxta pactū, adest verbum caro factum, semp tamen est intactum puellare gremiū. Patrē pariens ignorat, ꝛ quā homo nō deflorat, non torquetur nec laborat quādo parit filiū. Signū audis nouitatis, crede solum ꝛ est satis: nō est tue facultatis soluere corrigiam. Grande signum ꝛ insigne, est i rubo ꝛ in igne: ne appropiet idigne calciatus quispiam. Virga sicca sine rore: nouo ritu nouo more, fructum protulit cū flore: sic ꝛ virgo peperit. Benedictus talis fructus, fruct⁹ gaudij nō luct⁹: non erat adā seductus si de hoc gustauerit. Jesus nr̄ iesus bon⁹, pie matris pij onus, cuius est in celo thron⁹: nascit̄ in stabulo. Qui sic est p nob̄ nat⁹, nr̄os deleat reat⁹: q2 nr̄ incolat⁹ hic est in periculo. Seq̄ntia.

Mittit ad virginem non quen-
uis angelū, sed fortitudinem
suū archangelum, amator hominis
Fortem expediat pro nobis nunciū:
nature faciat vt preiudicium, in par
tu virginis. Naturam superet natꝰ
rex glorie, regnet ⁊ imperet, ⁊ zyma
scorie tollat de medio. Superbientiū
terat fastigia, colla sublimium cal-
cans vi propria, potens in prelio. Fo
ras eiiciat mundanum principem,
sponsamqꝫ faciat secum participem,
patris imperij. Exi qui mitteris hec
dona dissere: reuela veteris velamen
litere, virtute nuncij. Accede nuncia
dic aue cominus dic plena gratia dic
tecum dominus, ⁊ dic ne timeas. Vir
go suscipias dei depositum in quo p̄
ficias casta propositum: et votum te
neas. Audit ⁊ suscipit puella nūciū,
credit ⁊ concipit ⁊ parit filium: sed ad
mirabilem. Consiliarium humani
generis: ⁊ deū fortiū ⁊ patrem post e-
ris: in pace stabilem. Sequentia.

Verbum bonum ⁊ suaue: per-
sonemus illud aue: per quod
christi fit cōclaue, virgo mater filia.
Per quod aue salutata, mox cōcepit
fecundata: virgo dauid stirpe nata,
inter spinas lilia. Aue veri salomo-
nis mater, vellus gedeonis, cuiꝰ ma-
gi tribus donis laudant puerperiū.
Aue solem genuisti, aue prolem pro-
tulisti, mundo lapso cōtulisti, numē
⁊ imperium. Aue mater verbi sum-
mi: maris portus, signum dumi: aro
matum virga fumi, angelorum dn̄a
Supplicamus nos emenda, emēda-
tos nos commenda tuo nato: ad ha
benda sempiterna gaudia.

Secundum Lucam.

j.C In illo tempore. Missus est an-
gelus gabriel a deo in ciuitatē
galilee cui nomen nazareth: ad vir-



ginem desponsatam viro cui nomē
erat ioseph, de domo dauid: ⁊ nomē
virginis maria. Et ingressus ange-
lus ad eā: dixit. Aue gratia plena do
minus tecum: benedicta tu in mulie-
ribus. Que cum audisset, turbata est
in sermone eius: ⁊ cogitabat qualis
esset ista salutatio. Et ait angelus ei.
Ne timeas maria: inuenisti eñ gra-
tiam apud deum. Ecce concipies in
vtero ⁊ paries filium: et vocabis no
men eius iesum. Hic erit magnus
et filius altissimi vocabitur. Et da-
bit illi dominus deus sedem dauid
patris eius, ⁊ regnabit in domo ia-
cob in eternum: ⁊ regni eius nō erit
finis. Dixit autem maria ad ange-
lū. Quomodo fiet istud qm̄ virū nō co
gnosco? Et respondens angelꝰ: dixit
ei. Spiritussanctꝰ superueniet in te:
et virtus altissimi obumbrabit tibi.
Ideoqꝫ ⁊ quod nascetur ex te sanctū:
vocabitur filiꝰ dei. Et ecce elizabeth
cognata tua: ⁊ ipsa concepit filiū in
senectute sua. Et hic mensis est sextꝰ
illi que vocatur sterilis: quia nō erit
impossibile apud deum omne verbū.
Dixit autem maria. Ecce ancilla do
mini: fiat michi scd̄m verbum tuum.
¶ Et legatur euāgelium ad missam
beate marie in eiusdem capella of die
per annū, cū eadem nota qua ⁊ euā-
geliū ad missam de die legendū est.
¶ Nota q̄ ad missam quotidianam
beate marie: semper dicitur Credo

quando dicendum est ad missam de
Luce. i. die. Offi. Aue maria gratia plena domin⁹
tecum: benedicta tu in mulieribus ꝛ benedi-
ctus fructus uentris tui. Sine ꝟ. vel quod-
uis aliud ad placitū per totū annū
ad missam quotidie de eadē. Idē de
communione obseruetur. Secreta.

In mētib⁹ nr̄is q̄s dn̄e vere fi-
dei sacramenta confirma: vt q̄
conceptū de virgine deū verū et ho-
minem firmiter cōfitemur: per eius-
dē salutifere incarnationis potētiā,
ad eternā mereamur peruenire leti-
tiā. Per eūdem. Prefa. Et te in vene.
Et dr̄ hec p̄fatio quotidie in capella
ꝛ etiā in ɔmemo. eiusdem per totum
annū nisi a natiui. dn̄i vsq₃ ad purif.
Esa. vij. Cōio. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filiū: ꝛ
vocabitur nomen eius emmanuel. Postcō.

Gratiam tuā q̄s dn̄e mentibus
nostris infunde: vt qui angelo
nūciāte, christi filij tui incarnationē
cognouimus: per passionē eius ꝛ cru-
cem ad resurrectionis gloriā perdu-
camur. Per eūd. Hec predicta postcō.
sc₃ Gratiā tuam. dr̄ in tēpore pasch.
vsq₃ ad vigiliā ascē. do. exclusiue qn̄
post aliquā missā fit memo. de beata
maria cum officio Salue sancta pa.
¶ Notādū est q̄ in omnibus fest. btē
marie per totū annum: ꝛ quotidie in
fra octa. ꝛ in octa. eiusdem dr̄ eadem
missa in capella q̄ dicenda est in cho.
ita tamē q̄ epistola nō mutet per oc.



¶ Ad missam: de sancta maria in die
natiui. dn̄i. ꝛ quotidie abhinc vsq₃ ad
purifica. in capella ꝛ in choro quādo
fit plenum seruitium de ea. Officiū.



Vultum tuum de- Ps. xliiij
precabuntur oēs
diuites pleb₃: ad-
ducentur regi v̄-
gines post eā: p-
xime ei⁹ adducen
tur tibi in letitia
ꝛ exultatione. Ps
Eructauit cor meum verbum bonum: dico
ego opera mea regi. Quando autem dr̄
Gloria in excelsis. ꝟ. Spūs ꝛ alme.
habet dici oīb⁹ sabbatis ī capellā cū
cantu qui continet in magna missa
de nr̄a dn̄a. In choro autem quater
in anno: videl₃ in vltimo commemo.
beate v̄ginis ante aduentum: ꝛ ante
lxx. ꝛ tunc dr̄ Spirit⁹ ꝛ alme orpha-
norum. a toto choro cum ꝟ. sequenti
dicetur etiam in choro in oct. assum-
ptionis ꝛ natiui. beate marie a trib⁹
clericis de superiori gradu in super-
pellicijs ad gradum chori. ¶ Et sciē-
dū est q̄ quandocunq₃ dicitur in cho-
ro vel extra ꝟ. Spūs ꝛ alme. dicitur
super Kyrie. cantus de Kyrie omni-
potens. ꝛ iste sequens cantus super
Sanctus. cum hac additione Bene-
dictus marie filius. ꝛ dicitur iste can-
tus super Agnus. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate
marie virginitate secūda hu-
mano generi premia prestitisti: tri-
bue quesumus vt ipsam pro nobis
intercedere sentiamus: per quā me-
ruimus auctorem vite suscipere: do-
minum nostrum. ¶ Lectio eplē
beati pauli apostoli. ad titum.

Charissime. Apparuit benigni- iii. D
tas ꝛ humanitas saluatoris
nostri dei. Non ex operibus iustitie
que fecimus nos: sed secūdū suā mi-

sericordiã saluos nos fecit. Per lauachrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abũde: per iesum christũ saluatorẽ nostrũ. Ut iustificati gratia ipsius heredes sim⁹ secundũ spem vite eterne. In christo Jesu dño nostro,
ps. xliiij Gr. Speciosus forma pre filiis hominũ: diffusa est gratia in labiis tuis. ỽ. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scri
Ecclia. bentis. Alla. ỽ. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Hoc Alla. dr in cõmẽo. beate marie in choro in tẽpore natiui. domini: et etiã quotidie in capella. Itẽ in die purifi. dr Alla. ỽ. Adoraboin choro & in capella. vts. in eodem die purifi. Quãdocunq̃ autẽ fit plenum seruitium de sancta maria: dr vna ex istis sequẽtis per ordinem. Sequentia.

Post partum virgo maria. Dei genitrix fecunda gratia tonãtis plena. Aue terrarũ domina alma celorum regina. Tibi ethera omnisq̃ sanctorũ turma depromat symphonia. Tellus flumina atq̃ siluarum nemora resultent voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux & veritas mundo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra: extans virgo feta mater intacta. Unde nostris eia faue votis domina: christum interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosque omnes introduci sempiterna paradisi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria. Alia sequentia.

Aue maria gratia plena dominus tecũ virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacem hominib⁹ et angelis gloriam. Et benedictus fruct⁹ ventris tui. Qui coheredes vt essem⁹ sui nos fecit per gratiam. Per hoc autẽ aue mundo tam suaue contra carnis iura. Genuisti prolem nouum stella solem noua genitura. Tu parui & magni leonis et agni saluatoris christi templum extitisti sed virgo intacta Tu floris et roris panis et pastoris virginũ regina, rosa sine spina, genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es misericordie. Theophilũ reformãs gratie. De lacu fecis & miserie. Ergo maris stella verbi dei cella, & solis aurora. Paradisi porta per quã lux est orta, natũ tuũ ora. Nos vt soluat a peccatis & in regno claritatis quo lux lucet sedula, collocet per secula. Alia sequentia.

Letabũdus exultet fidelis chorus alleluia. Regem regũ intacte profudit chorus, res miranda. Angelus consilij natus est de virgine, sol de stella. Sol occasum nesciẽs, stella semper rutilans semper clara. Sicut sydus radium, profert virgo filium pari forma. Neque sydus radio, neque mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani, conformatur hysopo valle nostra. Uerbũ ens altissimi corporari passum est: carne sumpta. Esaias cecinit, synagoga meminit, nunquam tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus, sibylinis versibus hec predicta. Infelix propera, crede vel vetera, cur damnaberis gens misera: Quem docet litera vatum considera: ipsum genuit puerpera. Alla.

¶ Alia sequentia de beata Maria.

Salue sancta parens, rosa spina carens: seda nobis bella, aue maris stella. Dona nobis pacẽ, mater tu veracem: iuuamen tribue, mutãs nomẽ eue. Mala nostra pelle

trahens sine felle: crimina ignosce, bona cuncta posce. Per te detur mater, filius & pater: vt qui ex te natus, tulit esse tuus. Superbiam vita, salus infinita: suscipe tu fastos, mites fac & castos. Subleua tu clemens, salue virgo parens tecum subleuemur semp colletemur. Ago tibi patri sūmas grates ratas: almo nato son⁹ trinus honor vnus. Laudetur dei filius patris marie vnicus: colāt, adorent viscera, quem terra pōtus ethera. Surgamus omnes inuicem, flectamus iram vindicem: subdantur illi singula, cui luna sol & oīa. Beata mater humilis, excelsa super sydera: fac nos purgatos crimine, beata mater munere. Presta virgo piissima, lustrata almo flamine: munitos redde filio beata celi nūcio. Per te sumamus gaudia, & supernorum cātica: psallentes christi nomine, gloria tibi domine. O gloriosa domina, hirsutos hostes callidos: stern; collisa tartara, confusa semper viscera. Quod eua tristis abstulit, tu sola mater tribuis: per te resumit populus, priores vires perditas. Tu regis alti ianua per quam intramus curiam: iocunditatis gaudia, atq sanctorum ciuiū. Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & sancto spiritu, in sempiterna secula. Amen.

Alia sequentia.

HAc clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mundi domina q̄ est sola castissima virginum regina. Salutis causa, vite porta, atq celi referta gratia. Nā ad illa sunt nuncia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra semp benedicta. Virgo & grauida: mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina. In me quo modo tua iam fient nuncia: Viri noui nullā certe copulā. Ex quo atq nata sum incorrupta. Diue missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua afferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra, portans qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica.

Alia sequentia.

AVe mūdi spes maria, aue mitis aue pia, aue plena gratia. Aue virgo singularis que per rubū designaris nō passum incēdia. Aue rosa speciosa, aue iesse virgula. Cui⁹ fructus nostri luctus relaxauit vincula. Aue carens simili, mundo diu flebili reparasti gaudium. Aue cui⁹ viscera contra mortis federa ediderunt filium. Aue virginum lucerna, per quā fulsit lux superna, his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: & de cuius lacte pasci rex celorum voluit. Aue gemma celi luminariū. Aue sancti spiritus sacrarium. O q̄ mirabilis & q̄ laudabilis hec est virginitas. In qua per spiritū facta paraclitum fulsit fecunditas. O q̄ sancta q̄ serena q̄ benigna, q̄ amena esse virgo creditur. Per quam seruit⁹ finitur: porta celi aperitur & libertas redditur. O castitatis lilium tuū precare filium qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vitio in flebili iudicio subiiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mundans a peccati fece: Collocet in lucis domo: amen dicat omnis homo.

Alia sequentia.

HOdierne lux diei: celebris ī matris dei agitur memoria. Decātemus in hac die: semper virginis marie, laudes et p̄conia. Omnis homo omni hora: ipsam ora et implo-

ra, eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto: cordis oris voce voto, aue plena gratia. Aue domina celorum: inexpta viri thorum, parens paris nescia. Fecundata sine viro: genuisti modo miro: genitorem filia. Flores hortus austro flate, porta clausa post et ante, via viris inuia. Fusa celi rore tellus: fusum gedeonis vellus, deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti: tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos procella, et tempestas obuia.

¶ Iste septem sequentie dicuntur quando fit plenum seruitium de sancta maria extra aduentum per totum annum, etiam in lxx. vsque ad caput ieiunij. Nunquam enim dicitur tractus ad missam de commemoratione beate marie in ecclesia Sarum. sed semper sequentia: etiam per totam. xl. ad missam quotidianam de ea. Et tunc quando plures dicunt in dominicis. Aue preclara.

Secundum Lucam.

ii. ¶ In illo tempore. Pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus vsque bethleem: et videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerunt mariam et ioseph: et infantem positum in presepio. Videntes autem: cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum: in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos.

ps. xliiij Offer. Offerentur regi virgines post eam, proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Oblatis domine muneribus suppliciter deprecamur: vt qui veram verbi tui incarnationem fideliter veneramur: veram eiusdem substantiam carnis ac sanguinis quam per spiritum sanctum virgo mater edidit, in hoc presenti mysterio salubriter percipiamus per eundem. Prefa. Quia per incarna. Com. ibidem.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcommunio.

Da quesumus misericors deus: eius nos continua intercessione vegetari cuius integra virginitate suscepimus auctorem nostre salutis: dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

¶ Sequentes memorie fiant per totum annum ad missam eiusdem in capella.

¶ Secunda oratio de trinitate. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Qui vi. ¶ Tertia oro pro episcopis viuis et subditis.

Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus, pretende super famulos tuos pontifices, et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: et vt in veritate tibi compleaceant, perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Per dominum.

¶ Quarta oratio pro benefactoribus defunctis. Oratio.

Omnipotens et misericors deus vnica salus mortalium: te supplices exoramus pro animabus famulorum famularumque tuarum: parentum et benefactorum nostrorum: vt interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: peccatorum eis largiri digneris indulgentiam, et in nouissimo die beate resurrectionis letitiam. Per eundem. ¶ Quinta oro generalis pro viuis et defunctis. oro.

Omnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul et mortuorum omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis, te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clementia omnium delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum nostrum.

¶ De trinitate. Secreta.

Sanctifica quesumus domine deus trinitas sancta: per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: et per eam nosmet ipsos tibi perfice munus eternum. Qui viuis. ¶ Pro episcopis viuis et subditis. Secreta.

Hostias quesumus domine famulorum tuorum placatus intende: et quas in honore nominis tui deuota mente pro eis celebramus: proficere sibi sentiant ad salutem. Per. ¶ Pro benefactoribus defunctis. Secreta.

Sanctifica quesumus domine hec fidelium omnium vitalia sacramenta: et presta vt per ea (interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis) hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumque tuarum: parentum et benefactorum nostrorum: vt ab omnibus vitiis expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem.

¶ Pro viuis et defunctis. Secreta.

Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus, tribue quesumus vt vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus: siue omnium fidelium nomina, beate predestinationis liber ascripta retineat. per dominum.

¶ De trinitate. Postcommunio.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus noster huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis, eiusdemque indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis et regnas. ¶ Pro episcopis et subditis. Postcommunio.

Quos celesti recreas munere domine perpetuo comitare presidio: et quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per dominum nostrum.

¶ Pro benefactoribus. Postcommunio.

Viuificet nos quesumus domine salutare quo pasti sumus sacramentum: et interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis, concede vt hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumque tuarum, parentum et benefactorum nostrorum, ad promerendam propitiationis tue gratiam: et percipiendam future resurrectionis gloriam sempiternam. Per eundem dominum.

¶ Pro viuis et defunctis. Postcommunio.

Pro celestis conuiuii iocunditate gratias tibi referimus rex et sacerdos noster maiestatem tuam humiliter rogantes: vt hec sacrosancta corporis et sanguinis tui hostia non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per te saluator mundi rex glorie. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate.

¶ Ad missam de sancta maria a purifica. vsque ad aduentum domini in capella et in choro quando fit plenum seruitium de ea: nisi in fest. et per octa. eiusdem





Sedulius. Alue sancta parens enixa puerpera regem, qui celum terramq; regit in secula seculorum. In tēpore pasch. alla.
Lu.j.C ps. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui.

Oratio.

Concede nos famulos tuos q̄s domine deus perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beate marie semper v̄ginis intercessiōe a presenti liberari tristitia: & eterna perfrui letitia. Per dominū

Eccle. xxiiij. B Lectio libri sapientie.

Ab initio & ante secula creata sum: & vsq; ad futuz sclz nō desinam, & in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorū: detentio mea. Grad. Benedicta & venerabi- Ecclia.
lis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ꝟ. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. ¶ Sciendum est q̄ quando in tpe pascha. fiet de festo annunciationis beate marie in capella erit primum Allā. Per te dei genitrix & scdm Allā. Aue maria Item in die assumptionis beate marie dominica infra octa. & in oct. die. Allā. Hodie maria virgo in choro et in capella. Et per octa. Alla. ꝟ. Assumpta est in choro & in capella. Item in natiuitate beate marie, do. infra octa. & in octa. die. Allā ꝟ. Natiuitas gloriose in choro & in capella. Et p octa. Alla. ꝟ. Per te dei genitrix. &c. in choro & in capella. ¶ Sciendum est q̄ a purifi. vsq; ad lxx. & a Deus omnium, vsq; ad aduentū do. quando fit plenum seruitium de sancta maria, quacunq; fer. contigerit: semper dicitur sequens Allā ꝟ. Salue vir- Ecclia.
go mater dei: tēplum sancti spiritus: que sola vocari digna meruisti regina celorum et domina, nisi in tēpore pascha. tunc eni semper erit primum. Alla. ꝟ. Per te dei genitrix est nobis vita perdita data: q̄ de celo suscepisti prolem, et mundo genuisti saluatorem. Et ij. Alla. quando fit plenum seruitium erit de resurrectione sicut de vno festo cum regimine chori: & dicitur sequētia vna de supra notatis. In capella autem primū Alla ꝟ. Per te dei genitrix. Secundū vero Alla diuersimode v; per totam hebd videlicet die dominica. Alla. vsus. Obtine sacris precibus pia dei genitrix veniam delictorū tuis supplicibus. ¶ Fe. ij. Alla. ꝟ. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. ¶ Feria. iij. Alla. ꝟ. Ora pro nobis pia virgo maria: vnde christus natus est pro no-

bis peccatoribus ora. ¶ Feria. iiij. Alle. ℣. Uirtutes celi te venerantur virgo maria tuum unigenitum contemplantes ad dexteram dei patris in potestate et maiestate magna. ¶ Fe. v. Alla. ℣. Ueni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. ¶ Feria. vj. Alla ℣. Salue virgo. vts. ¶ Sabba. Alla ℣. Uirga iesse floruit: virgo deum et hominem genuit: pacem deus reddidit in te reconcilians ima summis. Ista septe Alleluia dicitur in capella beate marie a purificatione usque ad aduen. dñi. extra lxx. usque ad pascha: nisi quod extra tempus pasche in loco illius Alla. vsus. Post partũ. dicatur Alla. ℣. Per te dei genitrix. vts. et exceptis tẽporibus prenominatis. Similiter in tẽpore pasc. quando celebratur missa de sancta maria sine nota: vel post missam fit memo. tunc primũ Alla ℣. Per te dei genitrix. et secundum Alla ℣. Post partum virgo. In hebdo. pasche etiã semper dicitur Gr. Benedicta et venerabilis. ad missam quotidianã de sancta maria usque ad sabbatũ et nõ in ipso sab. Sequentia dicitur per ordinem una de septẽ sequentiis supra notatis vel queuis alia p totũ annũ ad placitũ.

Secundum Lucam.



xj. A. In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit et ubera que suxisti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Aliud euangelium in tempore paschali.

Secundum Joannem



In illo tempore. Stabant iuxta crucem iesu: mater eius et soror matris eius maria cleophe, et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat: dixit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Offertorium Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster: alleluia. Et finiatur cum alla. quandocunque dicit extra lxx. usque ad pascha: et nisi in vigilia assumptionis beate marie tantum. Secreta.

Tua domine propitiatione et beate marie semper virginis intercessione: ad perpetuam atque presentẽ hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per dominum. Prefatio. Et in veneratione. Cõio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. In tẽpore pas. Cõmunio Uera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas inuiolata manet alleluia alleluia. Postcommunio.

Sumptis dñe salutis nostre subsidijs: da q̃s eius patrociniis nos ubique protegi, in cuius veneratiõe hec tue obtulimus maiestati. Per d.

xix. C
S. iij.
Eccl'ia.
Eccl'ia.

¶ Missa pro pace. Officium.

ps. cxxi. 
Da pacem domine sustinentibus te, ut pphete tui fideles inveniātur: exaudi preces servi tui ꝫ plebꝫ tue israel. In tempore pasch. alleluia alleluia. ps. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. Kyrie eleyson. Oratio.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia ꝫ iusta sunt opera: da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: ut ꝫ corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Per

Lectio libri machabeorum.

ij. i. E In diebus illis. Orationem faciebant sacerdotes dum offerrent sacrificium pro populo israel, ionatha inchoante: ceteris autem respondentibus ꝫ dicentibus. Benefaciat vobis deus ꝫ meminerit testamenti sui: quod ad abraham ꝫ isaac ꝫ iacob locutus est servorum suorum fidelium. Et det vobis cor omnibus ut colatis eum: ꝫ faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua, ꝫ in preceptis suis: ꝫ faciat pacem. Exaudiat orationes vestras et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo, dominus deus no-

ps. cxxi. ster. Gr. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. Vs. Fiat pax in virtute tua: et abūdantia in turribus

ps. cxlvij. tuis. Alleluia. Vs. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.

Secundum Joannem.

xvii G In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce venit hora ꝫ iam venit ut dispergamini unusquisqꝫ in propria: et me solum relinquatis. Et non sum solus: quia pater mecum est. Hec locutus sum vobis: ut in me pacē habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, quia ego vici mundum. Offerto.

Deus tu convertēs vivificabis nos: ꝫ plebs tua letabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis ps. lxxxiiii

In tpe paschali. alleluia alleluia. Secreta.

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus, dignare preces ꝫ hostias dicate tibi plebis suscipere: ut pax tua pietate concessa, christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per.

Cōio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite quia accipietis: ꝫ fiet vobis. Mar. xi C.

In tpe paschali. alleluia alleluia. Postcōio.

Deus auctor pacis et amator: quem nosse, vivere: cui servire regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: ut qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus. Per.

¶ Missa pro rege. Officium.


Protector noster aspice deus et respice in faciē christi tui: quia melior est dies una in atriis tuis sup milia. In tēpore paschali alleluia alleluia. ps. lxxxiii

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit ꝫ deficit anima mea in atria domini. Oratio.

Quesumus omnipotens deus, ut famulus tuus rex noster N. qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutū etiā oīm percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, ꝫ vitiorum voraginem devitare, ꝫ hostes superare, ꝫ ad te q

via veritas & vita es: gratiosus valeat peruenire. Per dominum. Epl'a Orationē faciebant sacerdotes. vt s. in officio precedenti. Gr. Saluum fac
p lxxxv. seruum tuum deus meus sperantem in te. V. Auribus percipe domine orationem meam.
ps. lviij Allã. V. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me.

Secundum Marcum.

xi. C In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis: quia quicunqz dixerit huic monti, tollere & mittere in mare: & non hesitauerit in corde suo: sed crediderit quia quodcũqz dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quecunqz orãtes petitis, credite quia accipietis: et eueniēt vobis. Et cum stabitis ad orãdum dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester qui in celis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nõ dimiseritis: nec pater vester qui in celis est, dimittet vobis peccata vestra. Offertorium.
ps. liiij. Exaudi deus orationem meam & ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. In tempore paschali. allã alleluia.

Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica: vt & nobis vnigeniti tui corpus & sanguis fiant, et famulo tuo N. regi nostro ad obtinēdam anime corporisqz salutem: et ad peragendum iniunctum sibi officiũ te largiente vsqzquaqz proficiant.
Mar. xi C Per eundem. Cõio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis. In tempore paschali alleluia alleluia.

Postcommunio.

Hec domine salutaris sacramēti perceptio famulum tuũ regem nostrum N. ab omnibus quesumus tueatur aduersis, quatenus et ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem: & post istius temporis decursum ad eternam perueniat hereditatem. Per dominum nostrum.

¶ Ad inuocandum gratiam spiritus sancti. Officium.



Spiritus domini repleuit orbem terrarũ alleluia: & hoc quod continet omnia sciētiã habet vocis alleluia alleluia allã. Ps. Exurgat deus & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius. sap. j. B ps. lxvij

Oratio.

Deus cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, et quē nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te pfecte diligere & digne laudare mereamur. Per do. in vnitate eiusdem. Ad corinthios.
Fratres. Unicuiqz datur manifestatio spiritus: ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie: alij sermo scientie secundum eundē spiritum. Alteri fi- I. xij. A

des in eodem spiritu: alij gratia sa-
nitatum in eodem spiritu. Alij ope-
ratio virtutum. Alij prophetia. Alij
discretio spirituum. Alij genera lin-
guarum. Alij interpretatio sermonum.
Hec autem omnia operatur unus atque
idem spiritus: diuidens singulis prout
ps.xxxii vult. Grad. Beata gens cuius est dominus
deus eorum, populus quem elegit dominus
in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi
firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus
Eccl a. eorum. Alleluia. V. Veni sancte spiritus,
reple tuorum corda fidelium: et tui amoris
in eis ignem accende. Secundum Joannem.
iiij. C In illo tempore. Dixit iesus mu-
lieri samaritane. Mulier cre-
de michi, quia venit hora quando neque
in monte hoc: neque in hierosolymis
adorabitis patrem. Vos adoratis
quod nescitis: nos adoramus quod
scimus: quia salus ex iudeis est. Sed
venit hora et nunc est: quando veri a-
doratores adorabunt patrem in spi-
ritu et veritate. Nam et pater tales
querit qui adorent eum. Spiritus est
deus: et eos qui adorent eum, in spiri
tu et veritate oportet adorare. Offer.
ps.ciiij. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et reno
uabis faciem terre: sit gloria domini in secula.
In tempore paschali. alleluia. Secreta.
Hec oblatio domine deus quesu
mus cordis nostri maculas e-
mundet: ut sancti spiritus digna ha-
bitatio efficiatur. Per dominum. in
io.xxiiij unitate eiusdem. Comunio. Spiritus
sanctus docebit vos omnia alleluia. quecunque di
xero vobis alleluia alleluia. Postcommunio.
Sacrificium salutis nostre tibi
offerentes, concede nobis que-
sumus domine per gratiam sancti
spiritus, purificatis mentibus sepius
tue pietatis celebrare mysterium. Per
dominum. in unitate eiusdem.
¶ Ad missam pro seipso. Officium.



Deus in nomine tuo ps.liij
saluum me fac: et
in virtute tua iu-
dica me: deus ex-
audi orationem
meam. In tempo-
re paschali. alleluia
alleluia. Ps. Quo-
niam alieni insurrexerunt aduersum me: et
fortes quesierunt animam meam. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus,
qui me peccatorem sacris alta-
ribus astare voluisti: et sancti nomi-
nis tui laudare potentiam: concede
queso per huius sacramenti myste-
rium meorum michi veniam pecca-
torum: ut tue maiestati digne mini-
strare merear. Per dominum nostrum.
Ad romanos.
Fratres. Condelector legi dei: vij. D
secundum interiorem hominem. Vi-
deo autem aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis mee: et ca-
ptiuum me ducentem in legem pec-
cati, que est in membris meis. Infelix
ego homo. Quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? Gratia dei per ie
sum christum dominum nostrum. Gr.
Esto michi in deum protectorem et in locum ps.lxx
refugij, ut saluum me facias. V. Deus in te
speraui domine, non confundar in eternum.
Alleluia. V. Eripe me de inimicis meis ps.lviij
domine deus meus, et ab insurgentibus in
me libera me.



Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcunqꝫ volueritis petetis et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis: et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea. Sicut & ego patris mei precepta seruaui: et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit Et gaudiū vestrū impleatur. Offer. Intende voci orationis mee rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo domine. In tēpore paschali. Alla. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorē meū & exaudi me. Secreta.

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari, tibiqꝫ sacrificiū contriti cordis offerri: hoc sacrificiū quod indignis manibus meis offero, acceptare dignare: Et vt ipse tibi hostia & sacrificium esse merear: miseratus concede vt per mysterij huius exhibitionem, peccatorum omniū percipiam remissionem. Per. Cōio. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. In tempore paschali. alleluia. Postcommunio.

Aures tue pietatis mitissime deus inclina precibus meis: & per huius diuini sacramenti carnis & sanguinis filij tui domini nostri iesu christi quod indignus sumpsi mysteriū: gratia sancti spiritus illumina cor meū: vt tuis mysterijs digne ministrare, teqꝫ eterna charitate diligere, & sempiterna gaudia percipere merear. Per dñm. in vnitate eiusdē. Itē pro semetipso alia oro nō Sar. Supplici ter te deus. vt sequitur post.

¶ Missa ad poscendum donum spiritussancti. Officium

Charitas dei diffusa est in cordibus vestris alleluia, per inhabitantē spiritum eius in vobis. alleluia alleluia. ps. Domine deus salutis mee: i die clamaui & nocte corām te. Oratio. Ro.v.A Psalm. lxxxvij.

Omnipotens sempiterne deus, qui iustitiam tue legis in cordibus credētium digito tuo scribis: da nobis fidei, spei, & charitatis augmētum: & vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis Per dominum. Ad corinthios. i. corint. xiij. B

Fratres. Charitas patiēs est: benigna est. Charitas non emulatur, non agit perperam, nō inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt: non irritatur. Non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit: omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nūquam excidit: siue prophetie euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue sciētia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus: loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuaui que erant paruuli. Videmus nunc per speculū in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autē manent, fides, spes, charitas: tria hec. Maior autem horum, est charitas. Gr. Domine dominus ps. viii.

noster: q admirabile est nomen tuum in universa terra. ℣. Quoniam elevata est magni-
Psalm⁹ lxxxvij ficentia tua super celos. Alleluia. ℣sus.
Domine deus salutis mee in die clamavi et nocte coram te.

Secundum Joannem.



xiij. A In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Filioli, adhuc modicum tempus vobiscum sum. Queretis me: & (sicut dixi iudeis) quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos: ut & vos invicē diligatis. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis: si dilectionē habueritis adinvicem. Dixit ei simon petrus. Domine, quo vadis? Respōdit iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris autem postea.
ß. cxlv Offer. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo q̄ diu ero. In tpe pasch. alla. Secreta.

Emitte quesumus domine spiritum charitatis, qui & hec presentia munera nostra tuum nobis efficiat sacramentum: & ad hoc percipiēdum corda nostra purificet. Per
Mat. v dñm. in unitate eiusdem. Cōmunio.
Primum querite regnum dei: & omnia adijcientur vobis, dicit dominus. In tempore paschali. alla alla. Postcommunio.

Spiritū nobis domine tue charitatis infunde: ut quos vino & pane celesti satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nrm. in unitate eiusdem.

Missa pro peccatoribus. Officiū.



Si iniquitates observaveris dñe: domine quis sustinebit? quia apud te propitiatio est de⁹ israel. ß. cxxix.
℣. De profundis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam. Oratio.

Exaudi quesum⁹ dñe supplicū preces, & cōfitētium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacē. Per dominum. Ad romanos.

Fratres. Cum adhuc peccatores essemus: christus p nobis mortuus est. Multo igit magis iustificati nunc in sanguine ipsius: salvi erim⁹ ab ira per ipsum. Si enim cū inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in deo. Per iesum christum dominum nostrum. Gr. Propiti⁹ esto
domine peccatis nostris: nequādo dicāt gen- Psalm⁹ lxxviij.
tes, ubi est deus eorum. ℣. Adiuva nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Alla. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. ß. lxxxiiij



Secundum Lucam.

v. F In illo tempore. Uidit iesus publicanum nomine leui sedentē ad teloneum: et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus: surgens secutus est eum. Et fecit magnum ei cōuiuiū leui in domo sua: et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbētes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum: dicētes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondēs iesus: dixit ad illos. Nō egēt qui sani sunt medico: sed qui male habent. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Offertorium.
ps. lxxxiiii Deus tu cōuertens viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. In tpe pascha. alla. Secreta.
Hostias tibi domine placationis offerimus obsecrantes: vt et delicta nostra miseratus absoluas, et nutantia corda tu dirigas. Per dominum nostrum. Cōmunio.
ps. xxx. Inclina aurē tuā: accelera vt eruas me. In tpe paschali. alla alla. Postcommunio.
Presta nobis eterne saluator vt percipiētes hoc munere veniam peccatorum: deinceps peccata vitemus. Per dominum nostrum.
¶ Missa pro penitentibus. Officiū.



Iustus es domine et rectum iudiciū tuum: fac cū seruo tuo secūdum misericordiā tuā In tempore pas. alleluia alla. ps. Beati immaculati ī via: qui ambulant in lege domini. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus: confitenti tibi famulo tuo N. pro tua pietate peccata relaxa: vt nō plus ei valeat conscientie reatus ad penam, q̄ indulgētia tue pietatis ad veniam. Per dnm. Ad galathas.
Fratres. Si preoccupatus fuerit homo ī aliquo delicto: vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerās teipsum ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Gr. Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Vs. Auribus percipe domine orationem meam. ps. cxiii. Alleluia. Vs. Qui timent dominū sperēt in eo: adiutor eorum et protector eorum est. vi F
Secundum Mattheum.



In illo tempore. Discumbente iesu in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cū eo et discipulis eius. Et videntes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? At iesus audiens: ait. Non est opus valentibus medicus: sed male habētibus. Euntes autem discite quid est, misericordiam volo et non sacrificiū. Nō enim veni vocare iustos: sed peccatores. Offertoriū. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis querentes te, psallite domino qui habitat in sion: quoniam non est oblitus orationem pauperum. In tēpore paschali. alleluia. Secreta. ix. B ps. ix.
Presta quesumus omnipotēs et misericors deus: vt hec salu

taris oblatio famulum tuum N. et a proprijs reatibus indesinēter expediat: et ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per dominum nostrum. Cōio.
Mar. xi C Amen dico vobis: quicquid orantes petitis: credite quia accipietis, et fiet vobis. In tpe paschali. alleluia alleluia. Postcōio.

Omnipotens et misericors deus qui omnem animam penitentem et confitentem magis vis emendare ꝙ perdere: respice propitius sup hunc famulum tuum N. et per hec sacramenta que sumpsimus auerte ab eo iram indignationis tue, et omnia peccata sua ei dimitte. Per dūm.

Missa pro inspiratione diuine sapientie. Officium.

ps. xviii

Lex domini irreprehensibilis cōuertēs animas: testimonium domini fidele, sapiētiā prestans paruulis. In tēpore paschali. alla alla.
Ps. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus qui per coeternam tibi sapientiam hominem cū nō esset condidisti: perditumqꝫ misericorditer reformasti: presta quesumus vt eadem pectora nostra inspirante: te tota mente amemus, et ad te toto corde curramus. Per dominum nostrū

Lectio epistole beati iacobi apostoli.
i. A Charissimi. Si quis vestrū indiget sapientia: postulet a deo qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei. Postulet autem in fide: nichil hesitans. Qui enim hesitat: similis est fluctui maris qui a vento mouetur et circunfertur. Non ergo estimet homo ille: ꝙ accipiat aliquid a domino. Grad. Uenite
ps. xxxiij. filij audite me: timorem domini docebo vos.
V. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Alla. Ostēde nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Psalm. lxxxiiij.

Secundum Joannem.



In illo tempore. Subleuatis iesus oculis in celum: dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuum vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vitam eternam. Hec est autē vita eterna: vt cognoscant te solum verum deum: et quem misisti iesum christum. Offr. xvi. A
Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. In tēpore paschali. alleluia. Secreta. Ps. cxviij.

Sanctificetur quesum⁹ domine hui⁹ nostre oblationis munus tua operante sapientia: vt tibi placere possit ad laudem: et nobis pficere ad salutem. Per dūm. Cōio.
Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. In tēpore paschali. alleluia alleluia. Postcommunio. Ps. c. Ibidem

Infunde quesumus dñe deus per hec sancta que sumpsim⁹, tue cordibus nostris lumen sapientie: vt te veraciter cognoscamus et fideliter diligamus. Per dominum

Missa p tribulatiōe cordis. Offm

ps.cxviij. 
Ust⁹es dñe, et rectũ iudiciũ tuũ: fac cũ seruo tuo scđm miam tuã. In tpe pas. all'. all'. ps. Beati immaculati i via: q ambulãt in lege dñi. Oratio

Deus qui cõtritorum nõ despicis gemitum & merentiũ non spernis affectum: adesto precibus nostris quas pietati tue pro tribulatione nostra offerimus: implorentes vt nos clementer respicias, & solito pietatis tue intuitu tribuas: vt quicqd cõtra nos diabolice fraudes atqz humane moliuntur aduersitates, ad nichilum redigas: & consilio misericordie tue allidas: quatenus nullis aduersitatibus lesi: sed ab omni tribulatione & angustia liberati: gratias tibi in ecclesia tua referam⁹ cõsolati Per dñm. Ad corinthios.

ij.i.A Fratres. Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis qui consolat' nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortatur & ipsi a deo. Qm̃ sicut abundant passiones christi in nobis: ita & per christum abundat con-
ps.cxix solatio nostra. Gr. Ad dominum cũ tribularer clamaui: & exaudiuit me. V. Domine libera animam meam a labijs iniquis: et a
ps.cxiij. lingua dolosa. All'a. V. Qui timent dominum sperent in eum: adiutor eorum & protector eorum est. Secundum ioannem.

xvi.D In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis: q̃r plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit. Uos autẽ contristabimini: sed tristitia vestra



vertetur in gaudium. Mulier cũ parit tristitiam habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit pressure propter gaudiũ, quia natus est homo in mũdum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum aũt videbo vos: & gaudebit cor vestrum: et gau-
dium vestrum nemo tollet a vobis. ps.xxxiij.
Offr. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos, gustate & videte quoniam suauis est dominus, In tẽpore paschali. alleluia. Secreta.

Deus qui tribulatos corde sanas, & mestificatos actu letificas: ad hanc propitius hostiam dignanter attende: per quam toti⁹ mũdi voluisti relaxare delicta & pro tribulatione nostra eam clemẽter assume: cunctaqz crimina nostra solue. Tribulationem nostram adime: miserias pelle: angustias et pressuras amoue: vt exuti ab omnibus que patimur malis: in tuis semper dele-
ctemur exultare bñficijs. Per. Cõio. ps.cxix.
Redime me deus israel: ex oĩb⁹ tribulationibus meis. In tempore paschali. alleluia alleluia. Postcommunio.

Dimitte quesumus dñe deus peccata nostra: & tribue nob' misericordiã tuam: oratisqz nostri alloquio exoratus humilitatem nostrã attende, vincula solue, delicta dele, tribulationem inspice, aduersitatẽ

repelle, effectumq; petitioni nostre largiēs iugiter & clemēter exaudi. Per.

¶ Missa pro infirmo. Officium.

ps. cxviij. 
Iustus es dñe, et rectū iudiciū tuū: fac cū seruo tuo scdm miam tuā. In tpe pas. alt. alt. ps. Beati immaculati i via: q ambulāt in lege dñi. Oratio

Omnipotens sempiterne deus, salus eterna credentium: exaudi nos pro famulo tuo N. p quo misericordie tue imploramus auxiliū: vt reddita sibi sanitate gratiarū tibi i ecclesia tua referat actionē. Per.

Lectio epistole beati iacobi apostoli

v. C
Charissimi. Tristatur aliquis vestrum: oret equo animo et psallat. Infirmat quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesie & orēt sup eū vngētes eū oleo in nomine dñi: et oratio fidei saluabit infirmū. Et alleuiabit eum dñs: & si in peccatis sit, dimittētur ei. Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra: & orate pro inuicē

ps. vi.
vt saluemini. Gr. Miserere michi domine qm infirmus sum: sana me dñe. V. Quoniā conturbata sunt oīa ossa mea: & aīa mea

ps. cxlv
turbata est valde. Alla. V. Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.



Secundum Lucam.

iiij F
In illo tēpore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri: et dimisit illā. Et cōtinuo surgēs: ministrabat illis. Cū sol autem occidisset: oēs qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponēs: curabat

eos. Offr. Domine conuertere & eripe animā meā: saluū me fac propter misericordiā tuam. In tpe pascha. alla. Secreta. ps. vi.

Deus cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famuli tui N. pro quo misericordie tue imploram⁹ auxilium: vt de cuius periculo metuimus: de eius salute letemur. Per do.

Cōio. Redime me deus israel: ex omnibus angustijs meis. In tempore paschali. alleluia alleluia. Postcōio. ps. xxiv.

Deus infirmitatꝭ humane singulare presidium: auxilij tui super infirmum nostrum ostende virtutē: vt ope misericordie tue adiut⁹: ecclesie tue sācte incolumis representari mereatur. Per dominum.

¶ Missa pro salute amici. Officium.


Iustus es domine, et rectum iudiciū tuū: fac cum seruo tuo secundū misericordiā tuā. In tēpore pasc. alla alla. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio. ps. cxviij

Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viā salutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Per dñm. Epistola. Orationem faciebant vt su. in missa pro pace. Gr. Saluum fac seruum tuum: deus meus spe- ps. lxxxv.

rantem in te. V. Auribus percipe orationem
ps. cxiij meam. Alla. V. Qui timent dominũ spe-
rent in eum: adiutor eorum & protector eorũ
est. Euang. Amẽ dico vobis: quicũq
dixerit huic monti. vt s. in missa pro
ps. ix. rege. Offert. Sperent in te omnes qui no
uerunt nomen tuum Domine: quoniam non
derelinquis querẽtes te: psallite domino q̃ ha
bitat in sion qm̃ nõ est oblitus orationẽ pau-
perum. In tpe pascha. alla. Secreta.

Proficiat q̃s domine hec obla-
tio quam tue supplices offeri-
mus maiestati: ad salutẽ famuli tui
N. vt tua prouidẽtia eius vita inter
prospera & aduersa vbiq dirigatur.
Mar. xi Per. Cõio. Amen dico vobis: quicquid orã
C tes petitis credite quia accipietis: & fiet vo-
bis. In tpe pas. alla alla. Postcõio.

Sumẽtes domine perpetue sa
cramenta salutis tuam depre
camur clementiã: vt per ea famulũ
tuum N. ab omni aduersitate prote
gas. Per. Alie orationes pro amico.
Oratio. Deus qui iustificas impiũ.
vt infra folio. xxxvi.

¶ Missa pro serenitate aeris. Offiñ
Ecclia.



Salus populi e-
go sum, dicit do-
min⁹ de quacũq
tribulatione cla
mauerint ad me
exaudiã eos, & e-
ro illorũ dñs in
ppetuũ. In tpe
ps. lxxvii paschal. alla allaps. Attendite popule
meus legem meam: inclinate aurem vestram
in verba oris mei. Oratio.

Ad te nos domine clamantes
exaudi: & aeris serenitatẽ no-
bis tribue supplicantibus: vt qui iu
ste pro peccatis nostris affligimur
misericordia tua preuenien te clemẽ-
tiam sentiamus. Per dominum.
Lectio hieremie prophete.

In dieb⁹ illis. Locutus est hie- Thre. ij
remias propheta, dicens. Con & iij. D.
surge lauda in nocte in principio vi
giliarum: effunde sicut aquã cor tuũ
ante conspectum domini dei tui. Le
ua ad eum manus tuas pro anima-
bus paruulorũ tuorũ: qui defecerunt
fame in capite omnium cõpitorum.
Uide domine: & considera quẽ vinde
miaueris ita. Ergo ne comedent mu
lieres fructum suum: paruulos ad
mensuram palme, si occiditur in san
ctuario domini sacerdos & prophe-
ta: Formido et laqueus facta est no-
bis: vaticinatio & cõtritio. Diuisiões
aquarum deduxit oculus meus: in
contritione filie populi mei. Oculus
meus afflictus est nec tacuit, eo q̃ nõ
esset requies: donec respiceret et vide
ret dominus de celis. Inundauerũt
aque super caput meum: dixi, perij.
Inuocaui nomen tuum domine: de
lacu nouissimo. Uocem meam audi-
sti: ne auertas aurem tuam a singul
tu meo & clamore. Appropinquasti
in die qua inuocaui te: dixisti ne ti-
meas. Iudicasti causam anime mee
redẽptor vite mee: dñe de⁹ meus. Gr.
Propitius esto domine peccatis nostris: ne- Psalm⁹
quando dicant gẽtes, vbi est deus eorum. V. lxxviij.
Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & propter
honorẽ nominis tui dñe libera nos. Alla.
V. Domine refugium factus es nobis: a ge- p. lxxxix
neratione & progenie.



Secundum Lucam.

viij. D. In illo tēpore. Factū est in vna dierū, ⁊ iesus ascēdit in nauiculam: ⁊ discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnū. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis: obdormiunt. Et descendit procella venti in stagnū: ⁊ cōpellebātur fluctibus: ⁊ periclitabantur. Accedētes autē: suscitauerūt eum dicentes. Preceptor: perimus. At ille surgens increpauit ventum et tempestatem aque: ⁊ cessauit. Et facta est trāquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra? Qui timētes mirati sunt adinuicem dicētes. Quisputas hic est? Quia ⁊ ventis imperat ⁊ mari: ⁊ obediūt ei. Offer. Si ambulauero in medio

Psalm⁹ cxxxvii. tribulationis, viuificabis me dn̄e: ⁊ super irā inimicorum meorū extendisti manum tuā, ⁊ saluum me fecit dextera tua. In tēpore paschali. alleluia. Secreta.

Exaudi dn̄e preces nostras ⁊ suscipe vota populi tui: ⁊ iube imbres inundātiū cessare pluuiarum: flagellūq̄ hui⁹ elemēti ad effectū tui cōuerte mysterij: vt qui se regenerātibus aquis gaudent renatos, gaudeāt his castigatiōib⁹ esse correctos.

Marci. xj. C Per. Cōio. Amen dico vobis quicquid orātes petitis, credite quia accipietis: ⁊ fiet vobis. In tpe pasch. alla alla. Postcōio.

Preces populi tui q̄s dn̄e benignus exaudi: ⁊ per huius virtutē sacramenti pacē tuā nobis nunciet purgati aeris serena tranquillitas: vt q̄ delinquātes verberas, per ā cōfitentibus parcas. Per dominum

¶ Missa pro pluuia petenda. Offm̄.

ps .ciiij. 
Letetur cor querentium dn̄m: querite dn̄m ⁊ cōfirmamini, querite faciē ei⁹ semper. In tēpore pascha. alleluia. ps

Confitemini domino ⁊ inuocate nomen ei⁹: annunciate inter gētes opera ei⁹. Oratio.

Deus in quo viuimus mouemur ⁊ sumus, pluuiā nobis tribue congruentem: vt presentibus subsidijs sufficiēter adiuti: sempiterna fiducialius appetamus. Per do.

Lectio hieremie prophete.

xiiij. D. In diebus illis. Orauit hieremias propheta, dicens. Nunquid proijciens abiecisti iudam: aut siō abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem et non est bonum: ⁊ tempus curatiōis et ecce turbatio. Cognouimus domine impietates nostras ⁊ iniquitates patrum nostrorum: quia peccauim⁹ tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum: neq̄ facias nobis contumeliam. Solij glorie tue recordare: ne irritum facias fedus tuum nobiscum. Nunquid sunt in sculptilibus gentiū qui pluant, aut celi possunt dare imbres nisi tu volueris? Nonne tu es dominus deus noster, quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hec: dominus deus noster.

Gr. Oculi omnium in te sperant domine: ⁊ tu das illis escam in tempore opportuno. V. ps. cxliiij.
Aperis tu manum tuam ⁊ imples omne animal benedictione. Alla. V⁹. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ps. cxxix.



Secundum Mattheum.

vj.D IN illo tempore. Dixit iesus di-
scipulis suis. Nolite soliciti es-
se dicentes. Quid manducabimus:
aut quid bibem⁹: aut quo operiemur:
Hec enim omnia: gentes inquirunt.
Scit enim pater vester: quia his om
nib⁹ indigetis. Querite ergo primū
regnum dei, & iustitiam eius: & hec o-
ps.lxxvii mnia adijciētur vobis. Offr. Portas
celi aperuit dominus & pluit illis manna vt
ederent: panem celi dedit illis: panem ange
lorum manducauit homo. In tēpore pas-
chali. alleluia. Secreta.
OBlatis domine placare mune
ribus: et opportunum nobis
tribue pluuie sufficientis auxilium.
ps.ciij Per. Cōio. De fructu operū tuorū dñe sa-
tiabitur terrā, vt educas panē de terra: & vi-
nū letificet cor hoīs, vt exhilaret faciē i oleo,
& panis cor hoīs cōfirmet. In tpe pascha.
alla alla. Postcommunio.
DEus qui pluuis super iustos &
iniustos: nostris etiam offen-
sionibus per hec sacramenta relaxa-
tis expectata quesumus imbriū mu
nera largiaris: quibus & sal⁹ nobis
& alimenta prestentur. Per dominū.
¶ Missa tempore belli. Officiū.
ps.xxiiij REminiscere mise
rationū tuarum
dñe: & mie tue que
a seculo sunt: ne
vnq̄ dominētur
nobis inimici no
stri libera nos de⁹
israel ex omnib⁹
angustijs nostris. In tpe pas. alla al
ps. Ad te leuaui animā meā: deus meus in
te confido non erubescam. Oratio.
DEus regnorū omniū regūq̄
dominator: qui nos et percu-
tiendo sanas, et ignoscendo conser-
uas: pretende nobis misericordiam
tuam: vt trāquillitate pacis tua po-
testate firmata, ad remedia correctio
nis vtamur. Per. Lectō libri Hester.
IN diebus illis. Orauit hester xiiij.D
ad dñm dicēs. Dñe rex omni-
potēs in ditiōe tua cūcta sūt posita:
& nō est qui possit resistere voluntati
tue. Si decreueris saluare nos: con-
tinuo liberabimur. Tu enī dñe feci-
sti celum et terrā: et vniuersa que celi
ambitu cōtinētur. Tu es dominus
omniū: et nō est qui resistat volūtati
tue. Et nūc dñe rex regum deus abra
ham, miserere populo tuo: quia vo-
lunt non inimici nostri perdere: et he
reditatem tuā delere. Ne despicias
partem quam redemisti tibi: sed exau
di deprecationem nostram, et propi-
tius esto sorti & funiculo hereditatis
tue. Et conuerte luctum nostrum in
gaudium: vt viuentes laudemus no
men tuum. Et ne claudas ora canen
tium te: dñe deus noster. Grad. Pro- ps lxxviij
pitius esto domine peccatis nostris: ne quan-
do dicant gentes vbi est deus eorum. V̄sus.
Adiuua nos deus salutaris noster: & propter
honorē nominis tui dñe libera nos. Alla
V. Ostende nobis dñe misericordiā tuam: et ps.lxxxiiij
salutare tuum da nobis. Euang. Amen
dico vobis: quia quicūq̄ dixerit. vt s
in missa pro rege. fo. xxx. Offr. Deus ibidem.
tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua le-
tabitur in te, ostēde nobis domine misericor-
diam tuā: & salutare tuum da nobis. In tē-
pore paschali. alla alla. Secreta.
ADesto q̄s domine propiti⁹ po
pulo tuo: & quem mysterijs ce
lestibus et sacramentis imbuis: per
hec munera que tibi offert deuotus,
a furore cunctorum hostiū tua mise-
ratione defēde. Per. Cōio. Inclina au ps.xxx.
rem tuam: accelera vt eruas nos. In tēpo
re paschali. alla alla. Postcōio.
COrporis & sanguinis domini
nostri iesu xpi sacrosancta re-

fectione vegetati, supplices te rogamus omnipotens deus: vt hoc remedio singulari ab omni peccatorum nos contagione purifices: et a periculorum munias incursione cunctorum. Per eundem.

¶ Missa pro eo qui in vinculis tenetur

Act. xii. B Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. In tempore pasc. alleluia alleluia. Ps. Et petrus ad se reuersus dixit. Oratio.

Deus indulgentie, deus totius consolationis: te supplices deprecamur vt famulum tuum N. a cunctis peccatorum suorum nexibus et ab his quibus captus tenetur inimicorum suorum vinculis (intercedente beata dei genitrice maria et beatis apostolis tuis petro et paulo atque ioanne) benignus absoluas: emendatumque paterna pietate suscipias: et ad gaudia eterna perducas. Per eundem. Lectio actuum apostolorum.

xii. B In diebus illis. Egressus petrus de carcere venit ad domum marie matris ioannis, qui cognominatus est marcus: vbi erant multi congregati et orantes. Pulsante autem eo ostium ianue: accessit puella ad videndum eum nomine rhode. Et vt cognouit vocem petri: pre gaudio non aperuit ianuam, sed intro currens nunciauit petrum stare ante ianuam. At illi dixerunt ad eam. Insanis. Illa autem affirmabat: sic se habere. Grad. Constitues eos principes super

ps. xliiii omnem terram: memores erunt nominis tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. V. Solue iubente deo terrarum petre catenas qui facis vt pateant celestia regna beatis.

Secundum Mattheum.



In illo tempore. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. Alii ioannem baptistam, alii autem heliam, alii vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dixit illis iesus. Vos autem quem me esse dicitis. Respondens simon petrus dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus: dixit ei. Beatus es simon bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunque solueris super terram: erit solutum et in celis. Offer. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. In tempore paschali. alleluia. Secreta.

xvi. B (beside "In illo tempore")

ps. xliiii (beside "Offer.")

Hec domine placationis et laudis hostia famulum tuum N. in te confidentem ab omnibus expurget peccatorum sordibus: et ab inimicorum suorum quibus premitur insidiis et vinculis, sancte marie et beatorum apostolorum tuorum petri et pauli atque ioannis precibus liberum innocuum atque absolutum esse constitue. Per eundem. Communio. Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. In tempore pascha. alleluia. Postcommunio.

Matth. xvi. B

PResta q̄s domine: vt hoc munus redemptionis nostre qd̄ indigni sumpsimus, famulum tuū N. (intercedente beata dei genitrice maria: & beatis apostolis tuis petro & paulo atq̧ ioāne) ab omnibus muniat periculis: & ab angustijs quas patitur & vinculis, illesū abire faciat Per eundē dn̄m. ¶ Missa cōtra mortalitatem hominum. Officium.



Eccli. Salus populi ego sum dicit dominus: de quacunq̧ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: & ero illorum dominꝰ in perpetuum. In tempore pascha. allā allā. ps Attendite popule meus legē meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Oratio.

Deus q̄ imminentē niniuitis interitū sola mīa remouisti: quibꝰ vt misericors existeres cōuersiōis penitentiā prestitisti: respice q̄s populū tuū ante cōspectū mie tue prostratū: vt quos vnigeniti tui sanguine redemisti, non patiaris propter misericordiā tuā mortalitatis interire supplicio. Qui te. Lectio hieremie. pphete.

xiiij. B Si iniquitates nr̄e cōtederint cōtra nos: dn̄e libera nos. Fac q̄s propter nomē tuū: qm̄ multe sunt auersiōes nr̄e. Tibi peccauimꝰ expectatio isrl: saluator noster in tpe tribulationis. Tu aūt in nobis es dn̄e: & nomē sāctū tuū inuocatū est super nos. Ne derelinquas nos dn̄e deꝰ nr̄.

ps. lxxviij Gr. Propitiꝰ esto dn̄e peccatis nr̄is: neq̄ nādo dicāt gētes, vbi est deꝰ eorū? ℣. Adiuua nos deꝰ salutaris noster: & propter honorē nois

ps. lxxxix tui dn̄e libera nos. Alla. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis: a generatione & progenie.

Secundum Lucam.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Petite & dabit vobis. xi. B

Querite: & inuenietis. Pulsate & aperietur vobis. Ōis eñ q̄ petit accipit: et qui q̄rit inuenit, & pulsāti aperiet. Quis aūt ex vobis patrē petit panē: nunquid lapidē dabit illi? Aut piscē: nūquid p pisce serpētē dabit illi. Aut si petierit ouum: nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quāto magis pater vester de celo dabit spiritū bonū, petentibus se. Offr.

Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis querentes te: psallite domino qui habitat in sion quoniam non est oblitus clamorem pauperū ps. ix.

In tēpore paschali allā. Secreta.

Ecclesie tue quesumus omnipotēs deꝰ munꝰ placatꝰ intende: & mīa tua nos potius q̄ ira perueniat: quia si iniquitates nostras obseruare volueris: nulla poterit creatura subsistere, sed admirabili pietate qua nos fecisti opera manuum tuarum nō sinas interire. Per dominū. Cōio

Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite quia accipietis: & fiet vobis. In tempore paschali allā allā. Postcōio. Mar. xi C

Omnips & misericors deꝰ respice populū maiestati tue subiectū & ne nos furor seuientis mortis inueniat: sacramentorum tuorum perceptio sancta perficiat. Per dominum

¶ Pro peste animalium. Officium.

Ecclia. Alus populi ego sum dicit dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorum domin⁹ in perpetuum. In tempore pascha.
p. lxxvii allā allā. ps. Attendite popule meus legē meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Oratio.

DEus qui laboribus hominū etiam de mutis animalibus solatia subrogasti: supplices te rogamus: vt sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsib⁹ non perire. Per dominum. Epistola Si iniqtates obseruaueris. vt s̄. Gr.
Ibidem Propitius esto domine peccatis nostris: ne quando dicant gētes, vbi est deus eorum. V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos.
p. lxxxix Allā. V. Domine refugium factus es nobis: a generatione et progenie. Euangeliū Petite et dabitur vobis. vt s̄. in missa precedenti. Offertoriū.
ps. ix. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuū domine: quoniam non derelinquis querentes te: psallite domino qui habitat in sion, quoniam non est oblitus clamorem pauperum. In tēpore paschali. alleluia. Secreta.

SUbueniat nobis domine quesumus sacrificij presentis oblatio: que nos et ab erroribus vniuersis potenter absoluat: et a totius eripiat perditionis incursu: vt et animalia que vsibus nostris seruiunt, tua potentia liberentur. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum.
Marci. xi. C Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis, credite quia accipietis: et fiet vobis. In tpe paschali. allā allā. Postcōio.

AUerte domine quesumus per hec sancta que sumpsimus, a tuis fidelibus cunctos miseratus errores: et seuientium morborum grassatus in animalia depelle perniciem: vt quos suo merito flagellas deuios foueas tua miseratiōe correctos. P.

¶ Pro quacūque tribulatione omnia fiant sicut in missa pro tribulatione cordis: cum hac oratione.

Neffabilē misericordiam tuam nobis domine clementer ostende: vt simul nos et a peccatis omnibus exuas: et a penis quas pro his meremur benignus eripias Per dominum. Secreta.

SAcrificia tibi domine immolanda quesum⁹ corda nostra purificent: et indulgentie tue nobis dona conciliēt: et de aduersis prospera sentire perficiant. Per. Postcōio.

QUos celesti munere domīe reficis diuina tuere virtute: vt tuis mysterijs perfruētes, nullis subdantur aduersis. Per dominum.

¶ Pro amico. Oratio.

DEus qui iustificas impium, et non vis mortem peccatorum: maiestatem tuā suppliciter deprecamur: vt famulum tuū N. de tua misericordia confidentem, celesti protegas benign⁹ auxilio: et assidua protectione conserues: vt tibi iugiter famuletur, et nullis tētationibus a te separetur. Per dominum. Secreta.

HUius quesum⁹ domine virtute mysterij: et a proprijs nos munda delictis: et famulum tuū N. ab omnibus absoluas peccatis. Per dominum nostrum. Postcōmunio.

Purificent nos quesumus domine sacramẽta que sumpsimus: et famulum tuum N. ab omni culpa liberum esse cõcede: vt qui cõscientie sue reatu constringitur, celestis remedij plenitudine glorietur. Per dominum. ¶ Pro infirmo proximo morti. Oratio.



Omnipotens sempiterne deus conseruator animarum: q̃ quos diligis corripis, et quos recipis pie ad emendationem coherces: te inuocamus domine vt medelã tuã conferre digneris: et vt anima famuli tui in hora exitus illius de corpore, absq; peccati macula per manus sanctorum angelorum tuorum tibi representari mereatur. Per dominum nostrum. Secreta.

Adesto quesumus domine pro pietate tua supplicationibus nostris: et suscipe hostiam quam tibi offerimus pro famulo tuo: salutem non corporis, sed anime sue petenti. Presta ei quesumus indulgentiam omnium iniquitatum suarum: vt per hoc quod tibi offerimus sacrificium, a sanctis angelis eius anima suscepta: ad tue glorie regnum peruenire mereamur. Per dñm. Postcõio.

Gratias tibi agimus domine refecti salutaribus sacramentis, quibus animas in te sperantiũ satiare consueuisti: et confisi de pietate tua supplici deuotione precamur: vt misereri digneris famulo tuo: ne preualeat aduersus eum inimic⁹ in hora exitus illius de corpore: sed trãsitum habere mereatur ad vitã. Per dñm nostrum iesum christum.

¶ Pro iter agentibus. Oratio.



Adesto domine supplicationibus nostris: et viã famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie et vite huius varietates tuo semper protegantur auxilio. Per dominum nostrum. Secreta.

Propitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes quas tibi offerim⁹ pro famulis tuis benignus assume: vt viam illorum et precedente gratia tua dirigas, et subsequente comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per do. Postcõio.

Sumpta quesum⁹ domine celestis mysterij sacramenta ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant: et eos ad salutaria cuncta perducant. Per dominũ.

¶ Pro papa nostro. Oratio.



Deus omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N. quem pastorẽ ecclesie tue preesse voluisti: propiti⁹ respice. Da ei quesumus verbo et exẽplo quibus preest proficere: vt ad vitã vna cum grege sibi credito, perueniat sẽpiternam. Per dñm. Secreta.

Oblatis q̃s dñe placare muneribus: et famulũ tuũ N. quẽ pastorẽ populo tuo esse voluisti, assidua protectione guberna. Per. Postcõio.

Hec nos quesumus domine diuini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. quẽ pastorẽ ecclesie tue esse voluisti: vna cũ commisso sibi grege saluet semper et muniat. Per dominum nostrum.

¶ Pro episcopo. Oratio.


Ege quesum⁹ domine famulum tuũ N. pontificem nostrum: ⁊ intercedente beata dei genitrice maria cum omnib⁹ sanctis tuis, gratie tue in eo dona multiplica: vt ab omnibus liberetur offẽsis, ⁊ temporalibus non destituatur auxiliis: et sempiternis gaudeat institutis. Per dñm. Secreta.

SUscipe quesumus domine tibi munus oblatum: ⁊ intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis famulũ tuum N. pontificem nostrum, tua propiti⁹ vbiqꝫ miseratione conserua: atqꝫ ab omnibus quas meretur aduersitatibus redde securum: vt tranquillitate percepta, ab omnium visibiliũ et inuisibilium inimicorum insidiis liberatus: deuota tibi mẽte deseruiat Per eundem. Postcommunio.

SUbiectum tibi famulum tuũ N. pontificem nostrum quesumus domine intercessione beate dei genitricis marie cum omnibus sanctis tuis, propitiatio celestis amplificet: vt et presentis vite periculis exuatur: ⁊ perpetuis donis firmetur Per dominum nostrum.

¶ Item pro episcopo. Alia oratio.


Oncede quesum⁹ domine famulo tuo episcopo nostro: vt predicando ⁊ exercẽdo que recta sunt, exẽplo bonorum operum aĩas suorum instruat subditorum: ⁊ eterne remunerationis mercedẽ a te pijssimo pastore percipiat. Per. Secreta

MUnera nostra quesumus domine placat⁹ suscipe: ⁊ famulum tuum episcopum nostrum gregemqꝫ sibi commissum, benign⁹ semper ⁊ vbiqꝫ misericorditer protege. Per dominum. Postcommunio.

HEc nos cõmunio domine purget a crimine: et famulum tuũ episcopum nostrum ⁊ commissum sibi gregem, benigna pietate cõserua.

¶ Pro prelatis ⁊ subditis. Oratio.


Omnipotẽs sempiterne deus, qui facis mirabilia magna sol⁹: pretende super famulos tuos põtifices: et super cunctas cõgregationes illis commissas, spiritum gratie salutaris: ⁊ vt in veritate tibi complaceant: perpetuum eis rorem tue benedictionis infũde. Per dominum nostrum. Secreta.

HOstias quesumus domine famulorum tuorum placat⁹ intende: ⁊ quas in honore nominis tui deuota mente celebramus, proficere sibi sentiant ad salutem. Per dominum nostrum. Postcommunio.

QUos celesti recreas munere domine perpetuo comitare presidio: et quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per dominum nostrum.

¶ Item pro seipso: non sar. Oratio.


Upplíciter te deus pater omnipotens qui es creator omnium rerum deprecor: vt dum me famulũ tuũ coram omnipotẽtia maiestatis tue grauiter deliquisse cõfiteor: manũ michi misericordie tue porrigas: quatinus dum ego hanc oblationem tue pietati pro peccatis meis offero, quod nequiter commisi tu clemẽtissime digneris absoluere. Per dominum. Secreta.

Deus misericordie: deus pietatis, deꝰ indulgentie: indulge queso et miserere mei serui tui: vt sacrificiū quod pro peccatis meis offero, benigne digneris suscipere: ⁊ peccata que labendo vitiose contraxi: pius ⁊ propitius ac miseratus indulgeas: ⁊ locum penitentie ac flumina lachrymarum michi concedas: vt veniam a te merear accipere delictorū. Per dominum. Postcommunio.

Deus qui es viuorum saluator omnium: qui nō vis mortem peccatorū, nec letaris in perditione morientium: te suppliciter deprecor vt concedas michi veniam delictorū meorum: vt admissa defleam ⁊ postmodum non admittam: vt cū michi extrema dies finisqꝫ vite mee aduenerit, emēdatū a delictis omnibꝰ me angelꝰ sanctitatis suscipiat. Per d.

¶ Pro tentatione carnis. Oratio.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrū domine: vt tibi casto corpore seruiamus, ⁊ mūdo corde placeamꝰ. Per dominum. eiusdem. Secreta.

Dirumpe domine igne sancti spiritus vincula peccatorum nostrorum: ⁊ vt sacrificare tibi hostiā laudis absoluta libertate ac mūda mente possimus, retribue que ante tribuisti: ⁊ salua nos per indulgētiam quos dignatus es saluare per gratiam. Per dominum. in vnitate eiusdē spiritussancti. Postcōmunio.

Domine deus adiutor ⁊ protector noster: adiuua nos ꝑ virtutem sancti spiritus tua sancta sumentes: vt refloreat caro nostra vigore pudicitie ⁊ sanctimonie nouitate: ereptamqꝫ de manu tartari in resurrectionis gaudio iubeas presentari. Per dominum. in vnita. eiusdē.

¶ Cōtra malas cogitationes. Orō.



Omnipotens mitissime deus: respice propitiꝰ preces nostras: et libera corda nostra de malarum cogitationum tentatione: vt sancti spiritꝰ dignum fieri habitaculum mereamur. Per dnm. in vnitate eiusdem. Secreta.

Has tibi domine deus offerimꝰ oblationes, pro salute nostra precantes: vt animas nostras spiritussancti gratia illuminare digneris: quatinus a cogitationibus malis tua pietate liberemur. Per dominum. in vnitate eiusdē. Postcōio.

Per hoc quesumus domine sacrificium quod tue obtulimꝰ maiestati ab omnibus corda nostra emunda tentationibꝰ: vt gratia sancti spiritus digni efficiamur. Per dominū. in vnitate eiusdē spūssancti.

¶ Pro petitione lachrymarū. Or.

Omnipotens ⁊ misericors deꝰ, qui sitienti populo fontem viuentis aque de petra produxisti: educ de cordis nostri duritia cōpunctionis lachrymas: vt peccata nostra plangere valeamꝰ, remissionemque eorum te miserāte accipere mereamur. Per dominū. Secreta.

Hanc oblationē quam tue maiestati domine pro peccatis nostris offerimus respice propitius: et produc de oculis nostris copiosa lachrymarum flumina, quibus debita flammarum incendia valeamus extinguere. Per dominū. Postcōio.

Corpore ⁊ sanguine tuo domine saginati: quesumus vt pro peccatis nostris cōpunctionem cor-

dis, luctum, fluminaq; lachrymarū nobis semper largiaris, quatinus celestem in futuro consolationem inuenire mereamur. Qui viuis & reg.

¶ Cōtra aereas tēpestates. Oratio.



Domo tua q̃s domine spirituales nequitie repellātur: et aeriarum discedat malignitas tempestatum. Per dominum no. Secreta.

OFferimus tibi domine laudes et munera, pro concessis beneficijs gratias referentes: & pro concedendis suppliciter deprecantes. Per dominum nostrum. Postcōmunio.

OMnipotens sempiterne deus qui nos et castigando sanas, & ignoscendo conseruas: presta supplicibus tuis vt et tranquillitate optate cōsolationis letemur: et dono tue pietatis semper vtamur. Per dñm.

¶ Cōtra inuasores ecclesie. Oratio.



Oncede nobis omnipotens & mitissime deus apud quē nulla est iniquitas: vt qui hui9 sanctuarij tui possessionem diripiendo inuadunt, celeri satisfactione corrigantur. Per dñm. Secreta.

HOstias tibi domine placationis et laudis offerimus postulantes: vt quos inimic9 ad inuadendam sanctuarij tui possessionē suadendo attraxit: tu miserando corrigas. Per dominum. Postcōmunio.

PReces nostras quesumus domine placat9 exaudi: & quod de inimicis et raptoribus ecclesie tue sancte deprecamur: consuete misericordie velocitate perficere non desinas. Per dominum nostrum.

¶ Pro nauigantibus. Oratio.

DEus qui trāstulisti patres nostros per mare rubrum: & transuexisti eos per aquā nimiam: laudem tui nominis decantantes, te supplices deprecamur, vt nauigātes famulos tuos repulsis aduersitatibus cursu tranquillo in portum desideratū perducere digneris. Per dominū. Secreta.

SVscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: et famulos tuos in nomine tuo nauigantes, ab omnib9 defende propitiatus aduersis. Per dominum nostrum. Postcōmunio.

SAnctificati diuino mysterio maiestatem tuā domine suppliciter exoramus: vt nauigantes famulos tuos in te confidentes, per lignū scē crucis a cūctis protegas benignus periculis. Per do. ¶ Pro benefactorib9 & salute viuorū. Oratio.

PRetende dñe famulis & famulabus tuis dexterā celestis auxilij, vt te toto corde perquirāt: & que digne postulant assequantur. Per. Secreta.

PRopitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes famulorum famularumque tuarum (quas tibi pro incolumitate eorum offerimus) benign9 assume: et vt nullius sit irritum votum: nullius vacua postulatio, presta quesumus vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum nostrum. Postcommunio.

DA famulis & famulabus tuis (quesumus) domine in tua fide & sinceritate constantiā: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per dominum nostrum.

¶ Contra aduersitates. Oratio.

Hostium nostrorum quesumus domine elide superbiam: et dextere tue virtute prosterne: vt iustitie nõ dominetur iniquitas: sed semper subdatur falsitas veritati. Per dominum. Secreta.

Huius quesumus domine virtute mysterij: et a nostris mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidijs. Per dñm. Postcõio.

Vivificet nos quesumus domine tui participatio sancta mysterij: et pariter nobis expiationẽ tribuat et munimen. Per dominum.

¶ De sanctis katherina, margareta, et maria magdalena. Oratio.

Deus qui sacratissimis virginibus tuis katherine et margarete per martyrij palmam et beatissime marie magdalene, criminum veniam concessisti: concede propitius vt earum interuenientibus meritis et precibus: et castitatis gratia decorari, et a peccatorum nostrorum nexibus mereamur absolui. Per dominum. Secreta.

Gratum tibi domine sit munus oblatum: et vt tibi digne ministrare possimus, sacre virgines katherina et margareta nobis mentium puritatem: et beata maria magdalena salutarem nobis obtineant cõpunctionem. Per dñm. Postcõio.

Celesti alimonia vegetati quesumus omnipotens deus: vt sanctarum virginũ tuarum katherine et margarete: et beate marie magdalene meritis intercedentibus: et tibi casto corpore seruire, et tue dilectioni valeamus iugiter adherere. Per dominum nostrum.

¶ Pro febricitantibus memoria de sancto Sigismundo rege et martyre iacente in ciuita. subduñ. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui per sanctos apostolos et martyres tuos diuersa sanitatum dona largiri dignatus es: da quesumus vt famulum tuum N. q a febrium vexatione fatigatur, per intercessionem famuli tui sigismundi regis et martyris: tua medicina erigas ad salutem: et ad sanitatẽ pristinam clementer reuocare digneris Per dominum. Secreta.

Offerimus tibi domine munera sancta in nomine electi tui sigismundi regis et martyris: vt a presenti egroto febrium ardores repelli iubeas, et exinde tuo semper muniat auxilio, Per. Postcommunio.

Omnipotens sempiterne deus, qui dedisti ministris tuis obtinere omnia que iuste precantur: suscipe propitius preces nostras, quas p famulo tuo N. in honore beati sigismundi regis et martyris tui deferimus: et quod pro eo deuotis mentibus obsecramus: celeri indulgentia consequi mereamur. Per dominum

¶ Contra paganos. Oratio.

Sempiterna trinitas vnus deus cuius potentie est prosternere fortia, et eleuare humilia: in his sacris cerimonijs clementiã tuã suppliciter deprecamur: vt omni ecclesie tue presses auxilium. Et sicut liberasti filios israel de manibus egyptiorum: ita libera populum tuũ christianum de oppressione paganorum: et da victoriam seruis tuis: quatinus ecclesie tue status erigatur in sublime: et infideles per fidem deijciãtur ad infima: vt christiani gaudeãt de hereditate tua: et in omnibus (tua protegente dextera) semper catholica gratuletur ecclesia. Qui viuis et regnas. Secreta.

Omnipotens sẽpiterne deus, nostras indignas suscipe preces: et ĩ sacris libaminibus que precamur intende. Et sicut moysi et aaron affuisti in egypto: ita nobiscũ esse dignare et cum omni exercitu christianorum, liberans eos de tyrannorum iugo. Per dominum. Postcõmunio.

Quos domine dono satiasti, presta quesumus ut a nostris mũdemur occultis: et ab hostium liberemur insidijs: ut te opitulante de tuo mereamur solatio gratulari. Per.

¶ De incarnatione domini. Oratio

Corda nostra quesumus domine sanctus splendor filij tui incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis ascensionis, et aduentus spiritus sancti clemẽti respectu illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus: et ipso ducente perueniamus ad patriã claritatis eterne. Per eundem dominum. in vnitate eiusdem. Secreta.

In mentibus nostris quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: ut qui conceptum de virgine deum verum et hominem confitemur: per eiusdem salutifere incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis, et aduẽtus sancti spiritus potentiam: ad eternã patriam mereamur peruenire. Per eundem. eiusdem. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt qui filij tui domini nostri incarnationis: natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis, et aduentus spiritussancti memoriam debita veneratione et laude percolimus: ipsi per eiusdem sancti spiritus gratiam a morte anime resurgamus: et in tua sanctificatione semper viuamus. Per eundem. eiusdem.

¶ Pro penitentibus. Oratio.

Exaudi quesumus domine supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Per do. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus obsecrantes: vt et delicta nostra miseratus absoluas, et nutantia corda tu dirigas. Per dominum nostrum. Postcõio.

Presta nobis eterne saluator: vt percipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dominũ nostrum.

In tempore paschali ad memoriam de resurrectione. Oratio.

Deus qui per vnigenitum tuũ eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra que preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eũdem dominum nostrum. Secreta.

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiate mysterijs, ad eternitatis nobis medelam te operante proficiãt. Per dominum nostrum. Postcõio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infũde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum. eiusdẽ. ¶ De omnibus sanctis per totum annum. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt intercessio sancte dei genitricis marie sanctarumque omnium celestium virtutũ, et beatorum patriarcharũ, prophetarum, apostolorum, euangelistarum, martyrum, confessorum, atque virginum,

et omnium electorum tuorum nos vbiqꝫ letificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sẽtiamꝰ. Per eundem. Secreta.

Oblatis domine placare muneribus: ⁊ intercedente beata ⁊ gloriosa semperqꝫ virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: a cunctis nos defende periculis. Per eundem dominum. Postcõmunio.

Sumpsimus domine beate dei genitricis semperqꝫ virginis marie ⁊ omnium sanctorum tuorũ memoriam recolentes, sacramenta celestia: presta quesumus vt quod tẽporaliter gerimus: eorũ precibus adiuti, eternis gaudijs consequamur. Per eundem dominum.

¶ Pro vniuersali ecclesia. Oratio.

Ecclesie tue domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribꝰ vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum. Secreta.

Protege nos domine quesumꝰ tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes: ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ mente. Per dominum nostrum. Postcõmunio.

Quesumus domine deꝰ noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dñm.

¶ Pro pace. Oratio.

Deus a quo sancta desideria recta consilia, et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare nõ potest pacem: vt ⁊ corda nostra mãdatis tuis dedita: ⁊ hostiũ sublata formidine, tempora sint tua protectiõe tranquilla. Per dominum. Secreta

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus, dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax tua pietate concessa, christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dominum nostrum. Postcõio.

Deus auctor pacis et amator, quem nosse, viuere: cui seruire regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua cõfidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per dominum nostrum.

¶ Pro rege ⁊ regina. Oratio.

Deus in cuius manu sunt corda regum: qui es humiliũ consolator, ⁊ fidelium fortitudo, ⁊ protector in te sperãtium: da regi nostro N. ⁊ regine nostre N. populoqꝫ christiano triumphum virtutis tue scienter excolere: vt per te semper reparentur ad veniã. Per. Secreta.

Suscipe quesumus domine preces ⁊ hostias ecclesie tue quas pro salute famuli tui regis nostri et regine, et protectione fidelium populorũ tue maiestati offerimus supplicantes: vt (antiqua brachij tui te operante miracula: superatis inimicis) secura tibi seruiat christianorũ libertas. Per dñm. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt per hec mysteria sancta que sumpsimus: rex noster et regina, populusqꝫ christianus semper rationabilia meditãtes: que tibi placita sunt ⁊ dictis exequant ⁊ factis. Per dominum nostrum.

Ordo ad faciendum sponsalia. ¶ Queritur quãdo potest matrimonium solẽnizari. In principio dico, ꝙ carnalis copula non est facienda ante benedictionem sup

nubentibus: et in festis solennib9 abstinēdum est a carnali copula: et hec est ratio quare in certis tēporib9 prohibetur solennitas matrimonij: nō tamen consensus: tamen si solennitas adhibeatur, non retractetur matrimonium. Et sic nota tēpora in quibus non est licitum solennizari matrimonium. Unde v. **Aspiciens, veterē, circū, qua, quis, benedicta.** **Aspiciens** videlz in prima dñica aduent9 dñi abstinēdū est a nuptijs: et abhinc vsqz **Veterem hominē.** id est octa. diē post festū epiphanie inclusiue: id est in crastinum octa. Secundum tempus abstinendi a nuptijs est in **Circundederūt.** id est in do. lxx. et abhinc vsqz **Quasi modo geni.** id est octa. diē pasche inclusiue. id est vsqz in crastinū: et vocat illa dies dñica in albis. Item abstinendū est a nuptijs i die lune in scda feria in rogationibus. et ibi legitur euangeliū **Quis vestrū.** et abhinc vsqz **Benedicta** post oct. pēte. inclusiue: id est vsqz in crastinum trinitatis, vt in titulo de ferijs. c. **Capellanus** per hostien. In alijs vero temporibus anni licite potest fieri solennitas nuptiarum. xxxij. q. iiij. ca. **Non oportet.** ij. et. iij. glosa extra. de ferijs. **Capellanus.** et ibi per hostien. et in libro iiij. senten. dist. xxxij. ca. vlt.

¶ De modo solennizandi sponsalia. Statuantur vir et mulier ante ostiū ecclesie, siue in faciem ecclesie coram deo, et sacerdote, et populo: vir autem stet a dextris mulieris: mulier autē a sinistris viri: causa est: quia formata est ex costa sinistri lateris ade. Tūc sacer. interroget banna. et postea dicat in lingua materna cunctis audiētibus. **Ecce conuenimus hic fratres coram deo et angelis eius et omnib9 sanctis, in facie ecclesie: ad coniungē dum duo corpora: scilicet huius viri et huius mulieris.** Hic respiciat sacerdos personas suas **vt amodo sint vnum corpus: et due anime sint in fide et in lege dei, ad promerendā simul vitam eternā. Et quicquid antehac fuerint.** Hic fiat admonitio ad populū in lingua materna, sic: **admoneo vos omnes per patrē et filium et spiritum sanctum: vt si quis ex vobis est qui sciat aliquid quare isti adolescentes legitime contrahere nō possint: modo confiteatur.** Eadē monitio fiat ad virum et mulierē: vt si qd ab illis actum fuerit occulte, vel si qd deuouerint vel aliquo modo de se nouerit quare legitime contrahere nō possint, tunc cōfiteantur. Si vero aliquis impedimentū aliquod proponere voluerit: et ad hoc probandum cautionem prestiterit: differant spōsalia donec rei veritas cognoscatur. Si vero nullus impedimentum proponere voluerit: interroget sacerdos dotem mulieris. ¶ Non fidet sacerdos neqz consentiat ad fidationem inter virum et mulierē ante tertiū edictum bannorum: et banna debēt interrogari per tres dies solennes et disiunctos: ita vt inter vnūquenqz diem solennem cadat ad minus vna dies ferialis. Post hec dicat sacerdos ad virum cunctis audientibus in lingua materna **N. vis habere hāc mulierem in sponsam et eam diligere et honorare: tenere et custodire sanā et infirmam et sicut sponsus debet spōsam: et omnes alias propter eam dimittere, et illi soli adherere, q̄diu vita vtriusqz vestrum durauerit.** Respōdeat. **Volo.** Item sacerdos ad mulierem. **N. vis habere hunc virum in spōsum, et illi obedire et seruire, et eū diligere et honorare, ac custodire sa-**

num et infirmum sicut spōsa debet spōsum: ⁊ omnes alios propter eum dimittere, et illi soli adherere q̄diu vita vtriusq; vestrum durauerit. Respondeat. Uolo. Deinde detur femina a patre suo vel ab amico: que si puella est, discoopertā habeat manum, si vidua, tectam: quam vir recipiat in dei fide ⁊ sua seruandā sicut vouit coram sacerdote: ⁊ teneat eam per manū dexterā in manu sua dextera: Et sic vir det fidē mulieri p̄ v̄ba de presenti ita dicēs sacer. docē. I. N. take the N. to my weddyd wyf to haue ⁊ to holde fro thys day forwarde for bett, for wrs, for richer, for porer: in sikenesse ⁊ i helthe tyl deth vs departe yf holy chyrche wyl it ordeyne ⁊ therto. I plyght the my trouth. manum retrahendo. Deinde dicat mulier sacer. do. I. N. take the. N. to my weddyd husbōde to haue et to hold fro thys day forwarde for bett, for wurs, for richere, for porer, in sikenesse ⁊ in helthe to be bonowr et buxum in bed ⁊ at bord tyll deth vs departe yf holy chyrche wyl it ordeyne: ⁊ therto. I plyght the my trouth manum retrahendo. Deinde ponat vir aurum vel argentum et anulū super scutum vel librum: ⁊ tunc querat sacerdos si anulus antea fuerit benedictus vel non. si dicatur q̄ nō: tunc benedicat sacerdos anulū hoc mō. Dn̄s vo. Et cū sp̄ū tuo. Oremꝰ.

Creator ⁊ conseruator humani generis, dator gratie spiritualis, largitor eterne salutis, tu domine mitte bene ✠ dictionem tuam super hunc anulum: vt que illum gestauerit sit armata virtute celestis defensionis, et proficiat illi ad eternam salutē. Per christum dn̄m nostrū. R. Amen. Oremus. Oratio.

Benedic dn̄e hunc anulū quem nos in tuo sancto nomine benedicimus: vt quicūq; eum portauerit: in tua pace consistat, ⁊ in tua voluntate permaneat, et in amore tuo viuat, ⁊ crescat, ⁊ senescat, ⁊ multiplicetur in longitudinem dierum. Per.

Tunc aspergatur aqua benedicta super anulum. Si autem antea fuerit anulus ille benedictus: tunc statim postq̄ vir posuerit anulum super librum: accipiens sacerd. anulū, tradat ipsum viro: quē vir accipiat manu sua dextera cum tribus principalibus digitis, ⁊ manu sua sinistra tenens dexteram sponse: docēte sacerdote dicat With this ryng I the wedde ⁊ thys gold and syluer I the gyue: and with my body. I the worshyp et with all my worldly catell I the honore. Et tunc inserat sponsus anulum pollici sponse dicens. In nomine patris ad scdm digitum ⁊ filij, ad tertiū digitū ⁊ spiritussācti ad quartū digitū Amen ⁊ ibi dimittat eum: secundum decretum. xxx. q. v. c. Femine ad finem. quia in illo digito est quedam vena procedēs vsq; ad cor. et in sonoritate argenti designatur interna dilectio: q̄ inter eos semper debet esse recens. Tunc inclinatis capitibus eorum dicat sacerdos benedictionem super eos. Benedicti sitis a domino: qui fecit mundū ex nichilo. Respondetur Amen. Tūc dicatur iste psalmus.

Manda deus virtuti tue: cōfirma hoc deus quod operatꝰ es in nobis. A templo tuo quod est in hierusalē: tibi offerēt reges munera. Increpa feras arundinis cōgregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludāt eos qui probati sunt argento. Gloria patri. Sicut erat in.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysō. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo. Benedicam⁹ patrē & filiū cū sancto spiritu. Laudemus & superexaltem⁹ eū in secula. Laudem⁹ dn̄m quem laudant angeli. Quem cherubin et seraphin sanctus sanctus sanct⁹ proclamant. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus abraham, deus isaac, de⁹ iacob sit vobiscū: & ipse vos cōiungat, impleatq; bn̄dictionē suā i vobis. Qui viuit & regnat de⁹ p oia scl'a seculorū. Amē. Alia orō cū Oremus.

Bene✠dicat vos deus pater, custodiat vos iesus christus, illuminet vos spiritus sanctus: ostendatq; dominus faciem suam in vobis & misereatur vestri, cōuertat vultum suum ad vos et det vobis pacē: impleatq; vos omni benedictione spirituali in remissionem peccatorū vestrorum: vt habeatis vitam eternā, & viuatis in secula seculorū. Amē

Hic intrent in ecclesiam vsq; ad gradum altaris: sacerdos in eundo cum suis ministris dicat psalm̄ Beati omnes sine nota cum Gloria patri. et Sicut erat. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Tunc prostratis sponso & sponsa ante gradum altaris: roget sacerdos circunstantes orare pro eis dicens. Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Saluum fac seruum tuū & ancillam tuam. Deus meus sperantes in te. Mitte eis domine auxiliū de sancto. Et de siō tuere eos. Esto eis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Benedicat vos dominus ex siō vt videatis que bona sunt hierusalē omnib⁹ diebus vite vr̄e: et videatis filios filiorū vestrorū & pacē super israel. Per xp̄m. Oremus. Orō.

Deus abraham deus isaac, et deus iacob bene✠dic adolescentes istos: & semina semē vite eterne in mētibus eorū: vt quicquid pro vtilitate eorum didicerint hoc facere cupiant. Per iesum christum filium tuū recuperatorē hominū. qui tecū. Rn̄detur Amen. Oremus. Oratio.

Respice domine de celis: & bene✠dic cōuentionem istam. Et sicut misisti sāctū āgelū tuū raphaelem ad tobiam & saram filiā raguelis: ita digneris domine mittere bene✠dictionem tuā super istos adolescentes: vt in tua voluntate pmaneant, & in tua securitate consistant. et in amore tuo viuant et crescant & senescant: & digni atq; pacifici fiant & multiplicentur in longitudinē dierum. Per christum. Oremus. Orō.

Respice dn̄e propitius sup hūc famulum tuum & super hāc famulam tuam: vt in nomine tuo bene✠dictionem celestem accipiant: & filios filiorum suorum & filiarū suarū vsq; in tertiam & quartam progeniē incolumes videant, & in tua volūtate semper perseuerēt, et in futuro ad celestia regna perueniant. Per christum. Oremus. Oratio.

Omnipotens & misericors deus q primos parētes nostros adā & euam sua virtute creauit & sua sanctificatione copulauit: ipse corda et corpora vestra sanctificet & bn̄dicat: atq; in societate & amore vere dilectionis cōiungat. Per christū dominū.

Deinde benedicat eos, dicens sic.

Bene✠dicat vos de⁹ omnipotēs omni benedictione celesti: efficiatq; vos dignos i cōspectu suo.

Superabūdet in vobis divitias glorie sue: et erudiat vos verbo veritatis: ut ei corpore pariter et mente cōplacere valeatis. Respondetur Amē. Finitis orōnibus et introductis illis i presbyteriū scz inter chorū et altare ex parte ecclie australi: et statuta muliere ad dexterā viri, scz inter ipsū et altare: incipiat missa. de triā. Officiū.



Eccl'ia. 
Benedicta sit sancta trinitas atqz
indiuisa vnitas:
tob. xij. confitebimur ei,
quia fecit nobiscū misericordiā
suam. In tempore paschali. alla
Dañ. iij E alla. ps. Benedicamus patrem et filium cū sctō spiritu. Nō dr vlterius. Kyriecū suis v. dr. Ad hāc missā seruet modus et ordo. p oia q in duplicibus fest. Gl'ia i excelsis. Iste due orōnes dicūt sub vno oremus. et sub vno Per dñm. Orō.

Omnips sempiterne deus: q dedisti famulis tuis i cōfessiōe vere fidei eterne trinitat gloriā agnoscere: et i potētia maiestatis adorare vnitatē: qs vt eiusdē fidei firmitate ab oibus semper muniamur aduersis. Orō.

Exaudi nos omnips et misericors deus: vt qd nostro ministratur officio, tua būdictione potius impleat. Per dominum. Ad corinthios.

Fratres. Nescitis quoniā corpora vestra membra sunt christi: Tollens ergo membra christi: faciam membra meretricis: Absit. An nescitis quoniā qui adheret meretrici: vnū corpus efficitur: Erunt enim inquit duo in carne vna. Qui autem adheret domino: vnus spiritus est. Fugite fornicationē. Oē eni peccatū quodcūqz fecerit homo: extra corpus est. Qui autē fornicatur: in corpus suū peccat. An nescitis quoniā membra vestra templū sunt spiritussancti: q in vobis est, quē habetis a deo: et nō estis vestri: Empti enim estis precio magno: glorificate et portate deum, in corpore vestro. Grad. Benedictus es domine qui intueris abyssos: et sedes super cherubin. V. Benedicite deū celi: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Alla. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula. Si in tēpore paschali contigerit: secundū Alleluia. erit vnum de hebdom. pasche: vel vnum de illis q scribuntur post Officiū Quasi modo geni. Sequentia

Alma chorus dñi, nunc pangat nomina summi. Messias sother, emanuel, sabaoth, adonai. Est vnigenitus, via, vita, manus, homousion. Principium, primogenitus, sapientia, virtus, Alpha, caput, finisqz simul vocitatur, et est oo.

Margin notes: i. vj. D (beside "Fratres"); Dañ. iij E (beside "Grad.")

Fons et origo boni, paraclit⁹ ac mediator. Agnus, ouis, vitulus, serpẽs aries, leo, vermis. Os, verbum, splẽdor, sol, gloria, lux ꝛ imago. Panis, flos, vitis, mons ianua, petra, lapisqꝫ. Angelus et sponsus, pastorqꝫ, propheta, sacerdos. Athanatos, kyrios, theos ꝛ pãtõcraton, isus. Saluificet nos. Sit cui secla. Per oĩa dõra. amẽ ¶Sequentia sancti euangelij. Secundum mattheum.



xix. A I N illo tempore. Accesserunt ad iesum pharisei tentantes eum: et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacunqꝫ ex causa. Qui respondens: ait illis. Non legistis quia qui fecit hominẽ ab initio: masculum et feminam fecit eos. Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, ꝛ adherebit vxori sue: ꝛ erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus cõiunxit: homo non separet. Credo. Offert. Benedictus sit deus pater, vnigenitusqꝫ dei filius, sanctus quoqꝫ spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tpe pasch. alla.

Ex tob. xij.

¶Nota q⁹ odor thuris benedicti nũqꝫ datur in ecclesia sponso et sponse. Inde est q⁹ oblato thure benedicto super altare: si descendat thuribulũ ad clericos vel ad laicos: aliud thus est apponendum, ꝛ clericis vel laicis offerendum. Secreta.

S Anctifica qs dñe de⁹ trinitas sctã, p tui sctĩ noĩs inuocationẽ hui⁹ oblatiõis hostiã: et p eã cooperante spiritu sancto nosmetipsos tibi perfice munus eternũ. Alia secr.

A Desto domine supplicationibus nostris: ꝛ hanc oblationẽ quã tibi offerimus pro famulis tuis quos ad statum maturitatis et ad diem nuptiarum perducere dignat⁹ es: placatus ac benignus assume. Et fiantur sub vno Per dominum. Prefa. Qui cũ vnigenito. Post Sanctus, prosternant se sponsus ꝛ spõsa in oratione ad gradum altaris extẽso pallio super eos: quod teneãt quatuor clerici in superpellicijs ad quatuor cornua, nisi alter eorum vel ambo prius desponsati fuerint ꝛ benedicti: quia tunc non habetur palliũ super eos neqꝫ sacramentalis benedictio. Deinde dicto Per omnia secula seculorum. ꝛ rñso Amen. post Pr nr. anteqꝫ dr Pax domini. facta fractiõe eucharistie more solito dimissaqꝫ hostia in tribus fractionib⁹ super patenam: dicat sacerdos conuersus ad eos sequentes orationes sub tono lectionis, illis interim genu flectentibus sub pallio. Dominus vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

P Ropitiare domine supplicationib⁹ nr̃is: ꝛ institutis tuis quib⁹ propagationẽ humani generis ordinasti benign⁹ assiste: vt quod te auctore cõiungitur, te auxiliante seruetur. Per christũ. Orem⁹. Oro.

D Eus q potestate virtutis tue de nichilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs: homini ad imaginem dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principium: docẽs quod

ex vno placuisset institui: nunq̄ liceret disiungi. Caueat sacerdos de ista clausula sequenti.

Deus qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti: vt christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum. Quia non dicitur in secundis nuptijs vsq; Deus per quem mulier iungitur viro. vt patet inferius.

Deus per quem mulier iungitur viro, et societas principaliter ordinata, ea bene ✠ dictione donatur: q̄ nec sola per originalis peccati penā: nec per diluuij est ablata sententiā. Respice quesumus propitius super hanc famulam tuam: que maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis, fidelis et casta nubat in christo, imitatrixq; sanctarum permaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro suo, sapiens vt rebecca, lōgeua et fidelis vt sara. Nichil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis vsurpet: nexa fidei mādatisq; permaneat vni thoro iuncta, contactus illicitos fugiat, muniat infirmitatem suam robore discipline. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole, sit probata et innocens et ad optatam perueniat senectutē: et videat filios filiorum suorum vsq; in tertiam et quartam progeniē: et ad beatorum requiem atq; ad celestia regna perueniat. Per dominum.

¶ Notandum est q̄ hec clausula in oratione predicta scz Deus qui tam excellenti. vsq; ad Deus per quē mulier iungitur. non dr̄ in scdis nuptijs. vt supra dictū est. Vir enim aut mulier ad bigamiā transiens: nō debet iterū a sacerdote benedici: q2 alia vice benedicti sunt, et eorum benedictio nō debet iterari: q2 caro benedicta trahit ad se carnem nō benedictam. Et in titulo de secundis nuptijs inhibitū est per decre. xxx. q. i. Hac ratione bñdictio non dat in secūdis nuptijs: quod testatur beatus ambrosius sic. Prime nuptie a dño sunt institute: secūde vero sunt permisse. Prime autē sub oī benedictiōe celebrāt: scde vo carent aliqua benedictione. Sed plures bñdictiones sunt in nuptijs celebrandis: scz in introitu chori: sub pallio: post missam: et super thorū i sero. Quero q̄ bñdictio sit iteranda in secundis nuptijs et q̄ non. Dicendū est q̄ in hac oratione Deus q̄ ptāte virtutis tue. sunt tres bñdictiones q̄ idē hn̄t principiū: scz Deus. media autem est omnino omittenda in scdis nuptijs: scz ista Deus q̄ tam excellenti mysterio cōiugalē copulam cōsecrasti: vt christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum. Vñs. q2 in ista benedictione agitur de vnitate christi et ecclesie: quod figuratur in primo matrimonio: non autem in secundo. Unde et apostolus ad corinthios. vi Erunt duo in carne vna. Et extra de bigamis. capitulo Debitū vnius vxoris. Sed qui adheret pluribus dissoluit vnitatem vel fedus vnitatis: et ideo benedictio que agit de vnitate: scilicet Deus qui tam excellenti. non dicitur in secūdis nuptijs. Et hoc est verum tam pro viro bigamo, q̄ pro muliere vidua: quia caro benedicta trahit ad se carnem nō benedictā. Sed omnes alie benedictiones indifferenter debent dici secūdū romanā ecclesiā. secundum hostiēsē. et scdm thomam de aquino et mozardum doctorem. Et sciendum est q̄ ista questio discussa fuit et determi-

nata in sacro palatio dñi pape, ⁊ trāslata in angliā per magistrū ioannē haystede: anno dñi millesimo.ccc.xxj Et causa discussionis erat: qꝛ multi sacerdotū tūc tēpoꝛis ad sedē apostolicā conuolauerunt causa obtinendi absolutionis beneficiū pꝛo bñdictionibus in secundis nuptijs collatis indiscrete. Ideo statuitur super hoc noua constitutio ioannis pape vicesimi secundi, que sic incipit.

Concertationi antique finem imponere cupientes: pꝛesenti declaramus edicto: ꝙ licet vir ⁊ mulier ad bigamiam vel ad secūdas nuptias trāsierint: benedici non debēt cū fuerint alias bñdicti. Nō si foꝛsan alter eoꝛū vel ambo essent ad secundas nuptias trāsituri: ⁊ ī pꝛimis nuptijs bñdicti nō fuerint: dāda est eis bñdictio in secundis nuptijs. Sane volētes antiquū rigoꝛē tēperare cōcedimꝰ ꝙ pꝛesbyter ꝗ scd̄as nuptias bñdixerit scienter: ad sedē apostolicā ex hoc venire minime teneat̄: sed a pena suspēsionis hoc casu a iure indicta per suos possit diocesanos absolui. Si qui vero iuxta opinionē quorūdā hactenꝰ nō reputātes se esse suspēsos: oꝛdines quoslibet seu quevis beneficia receperint: diocesani eoꝛū a pena suspēsionis pꝛedicte ipsos absoluere, ac super executione oꝛdinū ⁊ retentione beneficioꝛum huiusmodi cum eis valeant licite dispensare.

¶ Hic queri potest quare secunde nuptie non benedicuntur. Ad hoc dico ꝙ scd̄m matrimoniū ꝙuis in se cōsideratū habeat sacramentum: tamen in oꝛdine ad pꝛimū sacramentū consideratū, aliquē habet defectū sacramenti: quia nō habet plenā significationē, cū non sit vna vnius, sicut est in matrimonio xp̄i ⁊ ecclesie: ⁊ ratiōe huius defectus benedictio a scd̄is nuptijs subtrahitur: sed hoc intelligendū est quādo scd̄e nuptie sunt secūde ex parte viri et ex parte mulieris: vel ex parte mulieris tantū. Si enim ṽgo contrahat cum illo qui habuit aliam vxoꝛē: nihilominus nuptie benedicuntur. Saluatur et alio modo significatio etiam in oꝛdine ad pꝛimas nuptias: quia chꝛistus et si vnā ecclesiā hꝫ: hꝫ tn̄ plures personas desp̄ōsatas in vna ecclesia. Sed anima nō potest sponsa alterius esse ꝙ chꝛisti, quia cū demone foꝛnicatur: nec est matrimoniū spirituale: ⁊ ꝓpter hoc quādo mulier secundo nubit: nuptie nō bñdicūt̄ ꝓpter defectū sacramēti

¶ Post hec vertat se sacerd. ad alta. ⁊ dicat **Pax domini.** et **Agnus dei.** moꝛe solito. Tūc amoto pallio: surgant ab oꝛatione sponsus ⁊ sponsa, ⁊ accipiat sponsus pacē a sacerdote: ⁊ ferat spōse osculans eam: ⁊ neminē aliū: nec ipse nec ipsa: sed clericus statim a pꝛesbytero pacem accipiens pꝛoferat alijs sicut solitum est. Cōio

Benedicimus deum celi: et coꝛam omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericoꝛdiam suam. In tp̄e pasch. alleluia alla.

Postcōmunio.

Proficiat nobis ad salutē coꝛpoꝛis et anime domine deus huius sacramenti susceptio: ⁊ sempiterne sancte trinitatis eiusdem ꝙ indiuidue vnitatis confessio.

¶ Alia postcommunio sub vno et sub vno **Per dominum.**

Quesumus omnipotens deus, instituta pꝛouidentie tue pio amoꝛe comitare: vt quos legitima societate connectis: longeua pace custodias. **Per dominum nostrum.**

Post missam benedicatur panis ⁊ vinum, vel aliquod bonum potabile in

vasculo, ⁊ gustēt in nomine domini sacerdote dicēte Domin⁹ vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Orō.

Bene✠dic domine istum panē ⁊ hunc potum ⁊ hoc vasculum sicut benedixisti quinqꝫ panes in deserto, ⁊ sex hydrias in chana galilee: vt sint sani, sobrij, atqꝫ immaculati omnes gustantes ex eis saluator mūdi. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti deus. Per.

¶ Nocte vero sequente cū sponsus et sponsa ad lectum peruenerint: accedat sacerdos ⁊ benedicat thalamū dicens Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Bene✠dic domine thalamum istū ⁊ omnes habitātes in eo: vt in tua pace consistāt, et in tua voluntate permaneant, et in tuo amore viuāt ⁊ crescāt ⁊ multiplicētur in lōgitudinē dierū. Per xpm. Benedictio super lectū tm̄ cū Dn̄s vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Bene✠dic dn̄e hoc cubiculum: qui nō dormis neqꝫ dormitas. Qui custodis israel: custodi famulos tuos in hoc lecto quiescentes ab omnibus fantasmaticis demonū illusionibus. Custodi eos vigilantes: vt in preceptis tuis meditentur dormiētes: vt te per soporem sentiant: ⁊ hic ⁊ vbiqꝫ defensionis tue semper muniantur auxilio. Per dominum.

Deinde fiat benedictio super eos in lecto cum Oremus. Oratio.

Bene✠dicat deus corpora vestra et animas vestras: et det super vos bene✠dictionem sicut benedixit abraham, isaac, et iacob. ℞. Amen. Itē alia benedictio super eos cum Oremus. Oratio.

Manus domini sit super vos: mittatqꝫ angelum suum sanctum: qui custodiat et foueat vos omnibus diebus vite vestre. ℞. Amen. Item alia benedictio super eos cum Oremus. Oratio.

Bene✠dicat vos pater ⁊ fili⁹, et spiritussanctus: qui trinus est in numero, et vnus in nomine. ℞. Amen. His peractis aspergat eos sacerdos aqua benedicta: et sic discedāt ⁊ dimittat eos in pace.

¶ Missa ad honorē virginis gloriose pro mulieribus pregnātibus, aut alias in partu laborātibus. Officiū.





Alma virgo virginum sācta dei genitrix: pro deuotis ācillis tuis porrige pces obnixas ad filium: q̄ parturiētiū benigna es auxiliatrix. ps. Iurauit dn̄s dauid veritatē ⁊ non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Gloria. Oratio. Eccl̄ia. p̄. cxxxi.

Missa ꝓ mulieribꝰ pregnãtibꝰ.

Exaudi clementissime pater deprecationem serui tui pro pauperibus ancillis tuis in partu nunc aut in posterum laborantibus, maiestati tue deuotissime supplicantis, vt quemadmodum tua eas prouidẽtia concipere decreuisti: ita ipsas benedictione tua preambula: ad laudẽ tui sacri nominis (virgine gloriosa suffragante) celeriter iubeas expediri. Per dñm. Lectio libri genesis.

ca.iij. In diebus illis. Dixit dñs ad adã. Nũquid ex ligno de quo tibi preceperam ne comederes, comedisti? Dixitq adam. Mulier quã dedisti michi sociam, dedit michi de ligno: ⁊ comedi. Et dixit dominus ad mulierem. Quare hoc fecisti? Que respondit. Serpens decepit me: ⁊ comedi. Et ait dominus ad serpentem. Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia: et bestias terre. Inimicitias ponam inter te, ⁊ mulierem: ⁊ semen tuum ⁊ semen illiꝰ. Et ipsa conteret caput tuum: et tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoq dixit. Multiplicabo erũnas tuas: ⁊ conceptus tuos. In dolore paries, ⁊ sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tibi. Ade vero dominus dixit. Quia audisti vocem vxoris tue: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea: cunctis diebus vite tue. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terrã de qua sumptus es. Quia puluis es: et in puluerem reuerteris.

Ecclia. Gradale. Ecce virgo concepit ⁊ absq dolore peperit nobis filium: cuius nomen vocatus est iesus. Vꝰ. Qui sicut pluuia in vellus, ita in vterum virginis descendit: ⁊ velut sol porta clausa ex vtero virginali ad nos introiuit. Alla. V. Ad tuũ o maria cõfugiũt presidium, pauperes in partu laborantes: quas in suis queso non despicias necessitatibus, sed a periculis cunctis libera eas virgo semper benedicta. Sequentia.

O Ancilla christi maria mat dei pauperem exaudi peccatorem ad te vere suspirantem: ne matrum in vtero periclitẽtur infantuli. Qui propter defectum baptismi macula irretiti originali: in limbum condescendsit qui pars est inferni. Maria itaq miseris succurre puerilis, qui ꝑ graui ade protoplastorum nebula: visione dei ibi carent perpetua. O iudicia dei abyssus multa: qui licet sine culpa pereant, non tamẽ sine causa. Quam igitur perniciosus pomi vetiti eue fuit morsus: quo mors posteris sic concludebatur. Sed o ꝙ felix fuit ⁊ letabundus o maria inter te ⁊ angelum dialogus: quo vita orbi toti oriebatur. Pre ceteris autem tuus videtur splẽdescere beatissimꝰ absq dolore partus. Per quem eue maledictio est soluta: nec minus benedictio est mulieribus cunctis condonata. Ad quem ergo confugient desolate pregnantes: nisi ad te cunctarum consolatrix cum lachrymis gementes? Audi eas ṽgo immaculata: nec parentum aspiciat vnigenitus tuꝰ ad peccata. Sed paruulorum vlulatus clementer exaudi: ne in perenni subijciant inferni formidolosa adeo pena. Eos deniq post sacri baptismatis vndam regeneratos perducere digneris ad eterna gaudia.

Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Mulier cum parit tristitiam habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit pressure eius propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Amen amen dico vo- xvi. E



bis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite et accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. Offr. Aue maria parturientium cōsolatrix, gratia plena infantiū subleuatrix: quia dominus est tecum, ipsorum esto protectrix: vt pre mulieribus benedicta dicaris: et super omnes benedictus a cunctis christicolis extollatur fructus tui vētris. Secreta

Ecclia.

Piissime christe iesu qui absqȝ doloris contagione ex vtero virginali almifice matris tue in mūdum tua dignatiōe sanctissima porta clausa exire dignatus es: concede propitius vt fructus ancillarū tuarum in orbem terrarum sanos et incolumes taliter disponas peruenire qȝ ad fontem baptismatis, vna tecū regenerari mereantur. Qui cum patre. Cōio. In partu puerorum, o maria soltiuis resplendeat misericordie: quo lucente cetera post deum luminaria sunt quasi non sint. Postcommunio.

Beatissime spiritus per quem condita sunt vniuersa, suppliciter tuas exaudire digneris famulas: pro quibus has tue porrigimus pietati preces: vt quemadmodū tuo felici sancto iuuamine optant liberari: ita suffragijs beatissime matris dei lumen gratie tue in earum celeri expeditiōe infundere digneris. Qui cum patre. ¶ Benedictio mulieris post partum ante ostium ecclesie. In primis dicat sacerdos hos ps. Leuaui oculos. Beati omnes. cū Gloria patri. Kyrie eley. Christe eleysō. Kyrie eley. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Domine saluam fac ancillam tuā. Deus meus sperantem in te. Mitte ei auxilium de sancto. Et de sion tuere eam. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi orationem meam Et clamor meus ad te veniat. Domin⁹ vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Orō.

Deus qui hanc famulam tuā de pariēdi periculo liberasti: et eam in seruitio tuo deuotam esse fecisti: concede vt temporali cursu fideliter pacto, sub alis misericordie tue vitam perpetuam et quietam consequatur. Per dominum. Tunc aspergatur mulier aqua benedicta sacerdote dicēte. Asperges me domine hysopo. Deinde inducat eam sacerdos per manum dexteram in ecclesiā: dicēdo. Ingredere in templum dei: vt habeas vitam eternā et viuas in secula seculorum. Amē. ¶ Benedictio panis in diebus dn̄icis. In primis legat sacerdos euangel. In principio. Postea dicat versicu. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nūc et vsqȝ in seculum. Benedicamus domino. Deo gratias. Deinde dicat Domin⁹ vobiscum. Et cū spū tuo. Oremus.

Bene ✠ dic domine hanc creaturam panis: sicut benedixisti quinqȝ panes in deserto, vt omnes gustantes ex eo: tam corporis qȝ anime recipiant sanitatem. In nomine patris et filij et spiritussancti amen. Hic aspergat sacerdos aquam benedictam super panem.

¶ Ordo ad seruitiū peregrinorum. In primis dicūtur ps̄i sequētes super illos coram altari prostratos postqȝ cōfessi sūt hoc mō incipiēdo. psalm⁹.

p̄s. xxiiij. Ad te domine leuaui animam
meam: deus meus in te con-
fido non erubescam. Neq; irrideãt
me inimici mei: etenim vniuersi qui
sustinent te non confundentur. Cõ-
fundantur omnes iniqua agentes:
superuacue. Uias tuas domine de-
monstra michi: ⁊ semitas tuas edo-
ce me. Dirige me in veritate tua, et
doce me: quia tu es de⁹ saluator me⁹,
⁊ te sustinui tota die. Reminiscere
miserationum tuarū domine: ⁊ mise-
ricordiarū tuarū que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: ⁊ ignoran-
tias meas ne memineris. Secundū
misericordiã tuã memẽto mei tu: p-
pter bonitatẽ tuam dñe. Dulcis et
rectus dñs: propter hoc legem dabit
delinquentibus in via. Diriget mã-
suetos in iudicio: docebit mites vias
suas. Uniuerse vie domini miseri-
cordia ⁊ veritas: requirẽtibus testa-
mentū eius ⁊ testimonia eius. Pro-
pter nomen tuum dñe propiciaberis
peccato meo: multū est enim. Quis
est homo qui timet dñm: legẽ statuit
ei in via quam elegit. Anima eius
in bonis demorabitur: ⁊ semen eius
hereditabit terram. Firmamentū
est dñs timentibus eum: et testamen
tum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dñm: quoniã
ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me ⁊ miserere mei: quia
vnicus ⁊ pauper sum ego. Tribu-
latiões cordis mei multiplicate sūt:
de necessitatibus meis erue me. Ui-
de humilitatem meam ⁊ laborẽ meū:
⁊ dimitte vniuersa delicta mea. Re-
spice inimicos meos quoniam mul-
tiplicati sunt: ⁊ odio iniquo oderunt
me. Custodi animam meam ⁊ erue
me: non erubescam quoniam spera-
ui in te. Innocentes ⁊ recti adhese-
runt michi: quia sustinui te. Libera
deus israel ex omnibus tribulationi
bus suis. Gloria patri. Psalmus.
Miserere mei deus: secundum p̄s. l.
magnam misericordiã tuã.
Et secūdum multitudinem misera
tionum tuarū: dele iniquitatẽ meã.
Ampli⁹ laua me ab iniqtate mea:
⁊ a peccato meo munda me. Quo-
niam iniquitatem meã ego cogno-
sco: ⁊ peccatum meum contra me est
semper. Tibi soli peccaui ⁊ malum
coram te feci, vt iustificeris in sermo-
nibus tuis: et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conce-
ptus sum: et in peccatis concepit me
mater mea. Ecce enim veritatẽ di-
lexisti: incerta et occulta sapiẽtie tue
manifestasti michi. Asperges me
domine hysopo et mundabor: laua-
bis me, et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et le-
titiam: et exultabunt ossa humiliata
Auerte faciem tuã a peccatis meis:
et omnes iniquitates meas dele.
Cor mūdū crea in me de⁹: ⁊ spiritū
rectum innoua in visceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: ⁊ spiri-
tum sanctū tuum ne auferas a me.
Redde michi letitiam salutaris tui
et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et im-
pij ad te conuertentur. Libera me
de sãguinib⁹ de⁹ de⁹ salutis mee: et
exultabit lingua mea iustitiam tuã.
Domine labia mea aperies: et os
meum annunciabit laudem tuam.
Qm̄ si voluisses sacrificiū dedissẽ:
vtiq; holocaustis non delectaberis.
Sacrificiū deo spūs cõtribulatus:
cor ⁊tritū ⁊ hūiliatū de⁹ nõ despicies
Benigne fac dñe in bona volūtate
tua siõ: vt edificentur muri hierusalẽ
Tunc acceptabis sacrificiū iustitie

oblationes ⁊ holocausta: tunc impo nent super altare tuum vitulos. Gloria patri. Psalmus.

ps. xc. Qui habitat in adiutorio altis simi: in protectione dei celi cō morabit. Dicet domino, susceptor meus es tu: et refugium meū deus meus sperabo in eum. Quoniā ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. Scapulis suis o bumbrabit tibi: et sub pennis eius spe rabis. Scuto circundabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die, a negocio perambulante in tenebris: ab incur su et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis: ad te autem non appro pinquabit. Veruntamē oculis tuis considerabis: et retributionem pec catorum videbis. Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posui sti refugium tuum. Non accedet ad te malum: et flagellum non appro pinquabit tabernaculo tuo. Quo niam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem ⁊ basiliscū ambula bis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconē. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniā cogno uit nomen meum. Clamauit ad me et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glori ficabo eum. Longitudine dierū re plebo eum: et ostendam illi salutare meum. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. Kyrie eleyson. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos. Ego dixi do mine miserere mei. Sana animam meam qꝛ peccaui tibi. Vias suas dominus demon

stret tibi. Et semitas suas edoceat te. Gres sus tuos dirigat dominus secūdum eloquiū suum. Ut non dominetur tui omnis iniusti tia. Utinam dirigantur vie tue. Ad custo diendas iustificationes domini. Perficiat dominus gressus tuos in semitis suis. Ut non moueantur vestigia tua. Benedicat do minus deus die quotidie. Prosperum iter fa ciat tibi deus salutarium nostrorum. An gelus domini bonus comitetur tecum. Et bene disponat itinera tua et actus tuos: vt iterum cum gaudio reuertaris ad propria. Beati immaculati in via. Qui ambulāt in lege domini. Nichil proficiat inimicus in te. Et filius iniquitatis non apponat nocere tibi. Exurge domine adiuua nos. Et libe ra nos propter nomen tuum. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciē tuā et salui erimus. Domine exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Do minus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Ore mus. Oratio.

Adesto domine supplicationi bus nostris: et viā famuli tui N. in salutis tue prosperitate dispo ne: vt inter omnes vie et vite huius varietates, tuo semper protegat au xilio. Per christū. Oremus. Oratio.

Deus qui ad vitam ducis et cō fidentes in te paterna prote ctione custodis: quesumus vt his p̄ sentibus famulis tuis N. a nobis e gredientibus angelicum tribuas co mitatū: vt auxilio tuo protecti, nul lius mali concutiātur formidine, nul lo cōprimantur aduersitatis lāguo re nullius irruentis inimici molestē tur insidiis: sed spatiis necessarii iti neris prospero gressu peractis: pro priis locis restituti recipiantur sospi tes, ac debitas exoluant tuo nomini gratias. Per xpm. Oremus. Oratio.

Deus qui diligentibus te mise ricordiam tuā semper impen

dis: et a seruientibus tibi in nulla es regione lõginquus: dirige viam huius famuli tui N. in voluntate tua: vt te protectore, te perducente per iustitie semitas sine offensione gradiatur. Per christum. Hic surgant peregrini a prostra. Et sequatur bñdi. pere et baculi sic. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine iesu christe qui ineffabili tua miseratiõe ac patris iussiõe spiritusq; sancti cooperatiõe, de celo descendere: ouemq; perditam diabolica seductione voluisti querere: atq; proprijs humeris ad celestis patrie gregem referre: quiq; precepisti filijs matris ecclesie orãdo petere, benebiuendo querere, ac pulsando pseuerare: vt citius inuenire valeant salutaris premia vite: te humiliter inuocam⁹ quaten⁹ sanctificãdo bñdicere ✠ digneris has peras vel hãc peram, et hos baculos vel hunc baculum: vt quicunq; ea pro tui nominis amore ad instar humilis armature: laterib⁹ suis applicare atq; suis collis suspendere, siue in manib⁹ suis gestare: sicq; peregrinãdo suffragia sanctorum humili comitante deuotione studuerint inquirere: dextere tue ptecti munimine, peruenire mereantur ad gaudia visionis eterne. Per te saluator mundi. Qui viuis & regnas. Hic aspergatur aqua bene dicta, et ponat sacerdos in collo peregrini peram, dicens.

In nomine dñi nostri iesu christi accipe hanc peram habitũ peregrinationis tue: vt bene castigatus et saluatus peruenire merearis ad limina sãctorum, quo pergere cupis: & peracto itinere tuo ad nos reuertaris incolumis. Per eundem. Et sic fiat alijs si sint plures. Hic tradat vnũ baculum dicens.

Accipe hunc baculũ sustẽtationis itineris ac laboris pegrinatiõis tue: vt deuincere valeas oẽs cateruas inimici: & puenire secur⁹ ad limina sanctorũ quo pergere cupis: & peracto obedientie cursu, ad nos iterũ reuertaris cũ gaudio. Per xpm Et sic dicat alijs si sint plures. ¶ Benedictio crucis pergẽtis hierlm. tum Dñs vobiscũ. Et cũ spiritu. Orem⁹.

Deus inuicte potẽtie, pietatis immẽse, atq; peregrinãtium totius cõsolationis auxiliũ: qͥ famulis tuis inuictissima arma tribu; qs hãc crucẽ deuote humilitat; bene ✠ dicere digneris: vt venerande crucis vexillum cuius in eo est designata figura, sit inuictissimũ robur serui tui cõtra hostis antiqui neqssima tentamẽta, sit ĩ via defensio, sit ĩ domo tua ptectio, sit nobis vbiq; presidiũ. Per. Hic aspergat aqua bñdicta super vẽstẽ. Deinde si aliquis eorũ pfecturus est hierusalẽ: detur ei vestimentũ cruce signatum sacerdote dicente. xij.

Accipe vestimẽtũ cruce dñi saluatoris nr̃i signatũ: vt p illũ sal⁹, bñdictio, & virt⁹ prospere pficiscẽdi ad sepulchrũ ei⁹ te comitet. Qui cũ deo patre. Et sic fiat alijs si sint plures. Combustio crucis in carne peregrinis eũtibus hierlm prohibita est in lege scdm iura canonica sub pena excõicationis maioris. ¶ His finitis dr missa pro iter agẽtibus more simplicis festi. ix. lectio. Officium.



Esto michi i deũ protectorem & in locum refugij vt saluũ me facias: quoniam firmamentum meum & refugium meũ ps xxx. r. A

es tu: et propter nomē tuum dux mi
chi eris et enutries me. In tempore
pascha allа alla. ps. In te domine spe-
raui non confundar in eternum: in iustitia
tua libera me ⁊ eripe me. Oratio.

Adesto domine supplicationi-
bus nostris, ⁊ viam famulo-
rum tuorum N. et N. in salutis tue
prosperitate dispone: vt inter omnes
vie ⁊ vite huius varietates: tuo sem-
per protegantur auxilio. Per dnm.

Lectio libri genesis.

xij.B In diebus illis. Locutus est a-
braham dicens. Domin⁹ deus
celi, qui tulit me de domo pris mei et
de terra natiuitatis mee: qui locut⁹
est michi: et iurauit dicēs (semini tuo
dabo terram hanc.) ipse mittet ange
ps.xxx. lum suum coram te. Gr. Esto michi in
deum protectorem ⁊ in locum refugij, vt sal-
uum me facias. V⁹. In te domine speraui nō
confundar in eternum. Rei. grad. Alla
ps.cxiij. V⁹ Qui timent dominum sperent in eum:
adiutor eorum ⁊ protector eorum est. Si in
tempore paschali contigerit hoc ser-
uitiū: tunc dr scdm Alla. vnū ex illis
que scribunt post offiū Quasi modo

Secundum mattheum.



x.A In illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis. Euntes predica-
te dicentes: quia appropinquabit re
gnum celorū. Infirmos curate, mor
tuos suscitate, leprosos mundate, de
mones eijcite. Gratis accepistis: gra
tis date. Nolite possidere aurū neqꝫ
argentum in zonis vestris. Non pe
ram, non calciamenta neqꝫ virgam:
neqꝫ duas tunicas habeatis. Dign⁹
est enim operarius mercede sua. In
quācunqꝫ ciuitatem intraueritis, in
terrogate quis in ea dignus sit: ⁊ ibi
manete donec exeatis. Intrātes au-
tem domum: salutate eam dicentes.
Pax huic domui. Et siquidem illa do
m⁹ fuerit digna: maneat pax vestra
super eam. Si autem non fuerit di-
gna: pax vestra ad vos reuertetur.
Et quicunqꝫ non receperit vos, nec
audierit sermones vestros: exeūtes
de domo vel de ciuitate, excutite pul-
uerem de pedibus vestris super eā.
Amen dico vobis: tolerabilius erit
terre sodomorum et gomorreorum
in die iudicij, q̄ illi ciuitati. Offerto.
Sperent in te omnes qui nouerunt nomen ps.ix
tuum domine quoniam non derelinquis que
rentes te: psallite domino qui habitat in sion:
quoniam non est oblitus orationem paupe-
rum. In tempore pasch alla. Hic offe-
rant peregrini. Secreta.

Propitiare quesumus domine
supplicationib⁹ nostris: ⁊ has
oblationes quas offerim⁹ pro famu
lis tuis benignus assume: vt viam
illorum precedente gratia tua diri-
gas, et subsequente comitari digne-
ris, vt de actu atqꝫ incolumitate eorum
secundum misericordie tue presidia
gaudeamus. Per dominum nrm.
Cōio. Tu mandasti mandata tua custo- ps.cxviij
diri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad cu
stodiendas iustificationes tuas. In tēpore
paschali. alla alla. Postcōio.

Sumpta quesumus domine ce
lestis mysterij sacramenta ad
prosperitatem itineris famulorum
tuorum proficiant: et eos ad saluta-
ria cuncta perducant. Per dominū.

¶ Post missam dicat sacer. has seqn tes orationes super peregrinos prostratos coram altari, siue profecturi fuerint ad hierusalem: siue ad sancti iacobi limina, vel ad aliam peregrinationem. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus infinite misericordie et maiestatis immense: quē nec spatia locorum, nec interualla tēporum ab his quos tueris abiungunt adesto famulo tuo vel famulis tuis in te vbiqꝫ confidēti vel cōfidētibus: ꝛ presta vt per eam quam iturus est vel ituri sunt viam: dux ei vel eis et comes esse digneris. Nichil ei vel eis aduersitatis noceat, nichil difficultatis obsistat. Cuncta ei vel eis sint salubria, cūcta sint ꝛ prospera: vt sub ope dextere tue qcqd iusto petierit vel petierint desiderio, celeri ꝛ pspero cōsequatur vel consequantur effectu. Per xpm dñm. Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui est via veritas ꝛ vita: iter vestrū vel tuū in beneplacito suo disponat, angelum suū raphaelē in hac peregrinatione vestra vel tua custodem adhibeat: qui ad loca desiderata cū pace te vel vos eundo perducat, ꝛ cū salute iterū ad nos redeūdo reducat Sit interuētrix tua vel vr̄a, btā dei genitrice maria cū vniuersis āgelis ꝛ archāgelis, patriarchis quoqꝫ ꝛ pphetis. Sint intercessores tui vel vr̄i, scti apl'i petr⁹ ꝛ paul⁹ cū ceterꝫ aplis martyrib⁹, cōfessorib⁹, atqꝫ vginib⁹. Obtineātqꝫ tibi vel vobis sācti quorum queris vel queritis suffragia cū oib⁹ sctis, iusta desideria ꝛ psperitatē remissionēqꝫ oim peccatorū, ad vitā eternā. Per eundē dñm. Deinde tōicentur: ꝛ ita recedant in nomine dñi.

¶ Sciendum est qꝫ quotidie per aduentū dñi quādo chor⁹ non regitur, vsqꝫ ad vigi. nati. dñi, ꝛ ab octa. epi. vsqꝫ ad quartam fe. ante pascha. et a crastino sancte trini. vsqꝫ ad aduen. dñi, ante tertiā dr̄ missa in capitulo pro fidelibus defunctis cum diacono et subdiacono albis cum amictibus indutis tantum: nisi precedente die festum duplex vel oct. cum regimine chori contigerit: tunc enim nulla erit missa pro defunctis in capitulo: ꝛ nisi quādo corpus adest presens ꝛ etiā in anniuersar. episcoporum: tunc eīn ad altare authenticum aliquādo dr̄ missa: aliquando ad alia altaria iuxta que corpora eorum requiescūt humata. Item nulla feria in pascha. tēpore dicitur missa capitularis pro defunctis: nisi fuerit corp⁹ presens vel anniuersa. vel aliqd trigitale. Offm



Requiem eternā dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus deus in sion: et tibi reddetur votum in hierusa

Eccl'ia. p. l. v. ii

le: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. ¶ Nota quod ad quamlibet missam que pro corpore presenti celebratur cuiuscunque fuerit: nisi pro rege vel regina vel alio magno dn̄o, quinque dicuntur or. Prima or̄o. **Omnipotens sempiterne deus, misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli.** Secunda oratio. **Deus qui inter apostolicos.** Tertia or̄o. **Deus venie largitor.** Quarta or̄o. **Omnipotens et misericors deus unica salus mortalium.** Quinta oratio. **Fidelium deus omnium.** Infra trigintale quinque dicuntur orationes. Prima oratio. **Deus cui proprium est misereri.** minor. et cetere orationes. ut s̄. pro corpore presenti. Item in tricesima die omnes orationes dicuntur ut infra trigintale. In omnibus anniuer. quinque dicuntur orationes. Prima or̄o. **Deus indulgentiarum.** Cetere ut supra. pro corpore presenti. In anniuersariis tamen simplicibus cuiuscunque canonici vel cuiuscunque alterius oratio sic pronuncietur. **Deus cui proprium. domine da anime fa.** Si nulla pro corpore presenti vel anniuersario cuiuscunque fuerit, infra trigintale celebretur. Prima oratio pro corpore presenti vel anniuer. dr̄. Scd̄a pro trigintali. **Deus cui proprium.** minor. Tertia. **De⁹ qui inter apostolicos.** Quarta. **Deus venie largitor.** Quinta. **Fidelium.** Quando autem dicitur missa ferialis in capitulo pro defunctis, tres dicuntur orationes. Prima. **Deus qui inter apostolicos.** Secūda **Deus venie largitor.** Tertia. **Fidelium.** Quandocunque corpus est presens et in anniuersariis episcoporū, et decanorum ecclesie, postquam executor officii in inceptione misse altare thurificauerit: diaconus cum thuribulo accedat: et corpus illud in feretro, vel tumbam incenset: similiter ante euāge. dum tractus canitur, incensato prius altari: et tertio postquam sacerdos sacrificium ante lotionem loco suo dispositum thurificauerit idem diaconus thurificet sicut prius: non circūeundo corpus in feretro, vel tumbam, sed ex utraque parte utraque vice incipiendo a capite, semper tamen thurificando. Nunquam autem thurificatur corpus ad **Placebo**. vel ad **Dirige**. secundum usum Sar. sed hoc semp nisi fuerit corpus regis, episcopi, comitis vel baronis. Quotidie ante die sepulture pro corpore presenti cuiuscunque fuerit dicitur ista Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices deprecamur pro anima famuli tui quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manibus inimici, nec obliuiscaris in finē: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi, atque ad regionem viuorū perduci: et quia in te sperauit et credidit sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per dominum nostrum.

¶ Pro corpore presenti et in anniuersariis et trigintalibus episcoporum et in die animarum tantum. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad thessalonicenses.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: ut non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortu⁹ est et resurrexit: ita et de⁹ eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus: in aduentu domini nō preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse domin⁹ in iiij.C

iussu et in voce archangeli & in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini invicem: in verbis istis.

¶ In anniversariis & trigintalibus aliorum quorumlibet. Lectio libri machabeorum.

ij, xii. G In diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia drachmas argenti misit hierosolymam: offerri ea ibi pro peccatis mortuorum iuste & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret: superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: ut a peccatis solvantur.

¶ He due sequentes epistole legantur per totum annum ad missam quotidianam pro defunctis alternis vicibus per totam hebdomadam: Lectio libri apocalypsis beati Joannis apostoli.

xiiii. C In diebus illis. Audivi vocem de celo dicentem michi. Scribe: beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus: ut requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Ad corinthios.

xv. C Fratres. Christus resurrexit a mortuis: primitie dormientium. Quoniam quidem per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita & in christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem: in suo ordine.

¶ Quandocunque corpus sit presens cuiuscunque fuerit: & in omnibus missis pro episcopis dicatur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato ad caput defuncti si adest: sinautem ad gradum chori. Grad. Si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine. V. Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Et idem Grad. semper incipiatur & suus V. percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato: ad caput defuncti si adest: sinautem, ad gradum chori. In omnibus aliis missis pro defunctis dicatur sequens grad. a toto choro simul interim sedente: nisi in die animarum. Grad. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. V. Anime eorum in bonis demorentur: & semen eorum hereditet terram. Ita quod idem incipiatur, & suus V. percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato: quandocunque corpus adest presens, ad caput defuncti tantum: sinautem ad gradum chori: et in die animarum in pulpito. Alias illud idem grad. Requiem eternam. et suus V. Anime eorum quotienscunque cantantur in anniversariis & trigintalibus: & in missis ferialibus pro defunctis post eorum inceptionem a toto choro interim sedente absque neuma in fine percantentur. Quandocunque corpus sit presens, & in omnibus missis pro episcopis defunctis: dicatur tractus. Sicut cervus. ibidem ubi grad. a quatuor clericis de superiori gradu, habitu non mutato, nequaquam ut in aliis tract. alternatim sedentibus: sed interim continue stantibus ad caput corporis quod presens fuerit, vel episcopi defuncti si adest: sinautem, ad gradum chori quousque finierit ipsum tractum: itaque omnes illi quatuor clerici simul

Ps. xxi

Ecclia.

primū versi. incipiāt, quē duo ex parte chori principalis prosequāt. Seq. V. ab aliis duob⁹ ex altera pte cātet: et sic alternis vicib⁹ singli V. totius tract⁹ ab illis. iiij. dūr choro simul in terim sedente: ita quidē vt oēs simul ipsum tractū terminent. Tractus.

ps. xli. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. V. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quando veniam & apparebo ante faciē dei mei? V. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per singulos dies, vbi est deus tuus? In anniuersa. & trigin. & in omnib⁹ aliis missis p defunctis dr sequens tr. De profundis a toto choro alternatim simul interim sedente cum cantu in gr. sup hoc notato: nisi i die aiarū tm: tūc eñ dr cū eodē cātu quo in do. lxx. a. iiij. clericis de superiori gradu hitu nō mutato ad gradum chori supradicto modo quo scz tractus Sicut ceruus. Tract⁹

ps. cxxix. De profundis clamaui ad te domine. domine exaudi vocem meam. Vsus Fiant aures tue intendentes: in orationem serui tui. Vsus. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? V. Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuā sustinui te domine.

¶ Pro corpore presenti et in omnib⁹ anniuersar. & trigintalibus eporū, & in die animarum: similiter in dominicis & in secundis feriis quando dicitur missa ferialiter in capitulo vel alibi: dicitur sequens euangelium.

Secundum ioannem.

xi. C In illo tempore. Dixit martha ad iesū. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quecunqz poposceris a deo: dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio quia resurget in re-



surrectione: in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me: non morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Vtiqz domine. Ego credidi quia tu es christ⁹ filius dei viui: qui in hunc mundum venisti. ¶ Feria iii. Secundū Joannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: & turbis iudeorū. vi. G Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiiciam foras. Quia descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit michi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est eñ voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.

¶ Feria quarta. Scdm Joannem.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: & turbis iudeor. Amē v. D amē dico vobis: quia q verbū meum audit & credit ei q misit me, habet vitam eternā. Et in iudiciū non venit: sed transiet a morte in vitam. Amen amē dico vobis: qr venit hora, & nūc est: quādo mortui audient vocē filii dei, et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso:

sic dedit & filio vitā habere in semet-
ipso. Et potestatē dedit ei iudiciū fa-
cere: q2 filius hois est. Nolite mirari
hoc: q2 venit hora in qua oēs q̄ in mo
numētis sūt audiēt vocē filij dei. Et
pcedēt q̄ bona fecerūt in resurrectio
nē vite: q̄ vo mala egerūt, in resurre-
ctionē iudicij. ¶ Feria. v. Sec. ioānē.
v. D In illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis: & turbis iudeoꝝ.
Sicut pater suscitat mortuos et vi-
uificat: sic & filius quos vult viuifi-
cat. Nec enim pater iudicat quenq̄
sed omne iudicium dedit filio, vt oēs
honorificēt filium sicut honorificāt
patrem. Qui non honorificat filiū:
non honorificat patrem qui misit il-
lum. Amē amē dico vobis: quia qui
vbum meū audit et credit ei q̄ misit
me, habet vitam eternam. Et in iudi
cium non venit: sed transiet a morte
in vitam.

¶ Feria sexta. Secundū Joannem.



vi. E In illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis: & turbis iudeoꝝ.
Ego sum panis viuus: qui de celo de
scendi. Si quis manducauerit ex hoc
pane: viuet in eternū. Et panis quē
ego dabo: caro mea est pro mundi vi
ta. Litigabant ergo iudei adinuicē:
dicentes. Quomodo potest hic carnē
suam dare nobis ad manducādum:
Dixit ergo eis iesus. Amen amen di
co vobis: nisi manducaueritis carnē
filij hominis & biberitis eius sangui
nem, non habebitis vitam in vobis.
Qui manducat meam carnē & bibit
meum sanguinē: habet vitā eternā.
Et ego resuscitabo eum: in nouissi-
mo die. ¶ Sab. Scdm ioannem.



In illo tempore. Dixit iesus di- vi. F
scipulis suis & turbis iudeorū.
Amen amen dico vobis: nisi mandu
caueritis carnē filij hominis & bibe-
ritis eius sanguinem, non habebi-
tis vitam in vobis. Qui manducat
meam carnem & bibit meum sangui
nem: habet vitam eternam. Et ego
resuscitabo eum: in nouissimo die.
Offer. Domine iesu christe rex glorie libera Eccl'ia.
animas omnium fidelium defunctorum de
manu inferni & de profundo lacu: libera eas
de ore leonis ne absorbeat eas tartarus: ne
cadant in obscura tenebrarum loca: sed si-
gnifer sanctus michael representet eas in lu
cem sanctam. Quam olim abrahe promisi-
sti, et semini eius.
¶ Notandū est q̄ quandocunq̄ cor-
pus adest presens, & in omnibus an-
niuersarijs & trigintalibus post ab-
lutionē manuū: incipiat sacerdos iū
ctis manibus in medio altaris.



Hostias et preces tibi dñe offerim9.
Chorus respondeat. Tu suscipe, p aīa-
bus illis quarū hodie memoriā agimus: fac
eas domine de morte transire ad vitam.
Et iterum dicat sacerdos priuatum.

In spiritu humilitatis. more solito. Deinde cõuersus ad populum dicat similiter priuatim. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Chorus respondeat cantando. Vs. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. In oib9 aliis vero missis p defũctis q̃ ferialiter dr̃, et qñ vltimo ante pasc. cõpletur officiũ mortuor et etiã in die animarũ: non dr. In die aiarũ tantum Offerto. O pie deus qui primũ hominem ad eternam gloriam reuocasti: pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas corũ quos redemisti, ne tradas bestiis animas confitentes tibi ne derelinquas eas in finem. Ante diẽ sepulture pro defunctis. Secreta

Eccl'ia.

Suscipe quesumus dñe misericors pater oblationem quam tibi offerimus pro anima famuli tui N quam hodie de carnali corruptione liberasti: et concede vt ab omnib9 humane conditionis excessibus his remediis expietur: et in requie sempiterna diẽ resurrectionis prestoletur. Per. In omnibus missis pro corpore p̃nti. et in omnibus anniuersariis et trigintalibus, et in die animarũ, et qñ vltimo fit seruitium mortuorũ ante pascha: dr hec Cõio. Pro quorum memoria corpus christi sumitur: dona eis domine requiem sempiternam. Vs. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria sanguis christi sumitur: dona eis domine requiẽ sempiternam. In omnibus aliis missis p defunctis dr hec Cõio. Lux eterna luceat eis domine Cum sanctis tuis in eternũ quia pius es. cum Vs. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. cũ repetitione Cum sanctis tuis in eternum quia pius es. Scdm oẽs libros sar ecclesie ante diẽ sepulture. Postcõio.

Presta q̃s oĩps deus: vt animã famuli tui N. ab angelis lucis susceptam in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dñm.

¶ In die sepulture cuiuscunq corp9 fuerit dicitur ista Oratio.



Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuã supplices deprecamur: vt aiaz famuli tui cui9 corpori debitũ sepulture officiũ psoluim9: i sinũ abrahe p̃triarche tui iubeas collocari vt cũ dies agnitionis tue aduenerit: inter sanctos et electos tuos eũ resuscitari precipias. Per. Secreta.

Suscipe dñe pro anima famuli tui hostiã quam deo patri obtulisti pro nobis benigne: et quia causa hominum descendisti de celis: te redeunte sanctorum tuorum mereatur adiungi consortiis. Per te saluator mundi qui cum deo patre et spiritu sancto. Postcommunio.

Presta q̃s dñe vt anima famuli tui cuius corpori hodie officia humanitatis exhibemus: his sacrificiis expiata, saluationis tue perpetuo munere gratuletur. Per do.

¶ In die trigintali. Oratio.



Deus cui proprium est misereri semper et parcere: propitiare aie famuli tui et omnia peccata eius dimitte: vt mortis vinculis absolutus transire mereatur ad vitam. Per dominum. Secreta.

Intuere quesumus omnipotens eterne deus: et placatus suscipere dignare hoc sacrificium quod tibi offerimus pro anima famuli tui: et concede illi pacem perpetuã et requiem sempiternam. Per dñm. Postcõio.

PRoſit q̃s dñe aĩe famuli tui diuini celebratio ſacramẽti: vt eiꝰ in quo ſperauit ⁊ credidit: eternũ capiat te miſerãte cõſortiũ. Qui tecũ

¶ In anniuerſarijs. Oratio.

DEus indulgentiarum dñe: da anime famuli tui cuius anniuerſariũ depoſitionis diem commemoramus, refrigerij ſedẽ, quietis beatitudinẽ: luminis claritatẽ. Per dñm. Secreta.

PRopitiare q̃s dñe ſupplicationibꝰ nr̃is p anima famuli tui cuiꝰ hodie annua dies agit̃: pro qua tibi offerimus ſacrificiũ laudis: vt eã ſanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per dñm. Poſtcõio

PReſta q̃s dñe vt anima famuli tui, cuius anniuerſariũ depoſitionis diẽ recolimus: his purgata ſacrificijs, indulgentiam pariter ⁊ requiem capiat ſempiternã. Per do.

¶ Pro epiſcopis. Oratio.

DEus q̇ inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali feciſti dignitate cenſeri: preſta q̃s vt quorum vicem ad horã gerebant in terris: eorũ perpetuo cõſortio letent̃ in celis. Per. Secreta

OFferimus tibi domine oblationẽ noſtre ſeruitutis p animabus famulorũ tuorũ põtificũ ſupplicãtes: vt cũ preſulibus apl̃ice dignitatis quorũ ſunt executi officiũ: habere mereantur ſempiterne beatitudinis portionem. Per. Poſtcõio.

PRoficiat queſumus dñe animabus famulorũ tuorũ pontificum diuini celebratio myſterij: vt quos in terris poſitos huius muneris diſpenſatores eſſe feciſti: inter electos antiſtites eos iubeas cõnumerari. Per dominum.

¶ Pro fratribꝰ ⁊ ſororibus. Oratio.

DEus venie largitor ⁊ humane ſalutis amator, q̃s clemẽtiam tuam: vt noſtra⁊ cõgregationũ fr̃es ⁊ ſorores q̇ ex hoc ſeculo trãſierũt: intercedẽte btã maria ſemper ꝟgine, ⁊ btõ michaele archãgelo cũ omnibꝰ ſanctis: ad perpetue beatitudinis conſortiũ peruenire concedas. Per dominum. Secreta.

DEus cuiꝰ mĩe nõ eſt numerꝰ, ſuſcipe propitiꝰ preces humilitatis nr̃e: ⁊ animabus fratrũ ⁊ ſororũ nr̃arũ cõgregationũ, quibꝰ tui nõis dediſti cõfeſſionẽ: per hec ſacramẽta ſalutis nr̃e cunctorũ remiſſionẽ tribue peccatorũ. Per. Poſtcõio.

PReſta q̃s oĩps ⁊ miſericors deꝰ vt anime fratrũ ⁊ ſororũ noſtrarũ cõgregationũ p quibꝰ hoc ſacrificiũ laudis tue obtulimꝰ maieſtati: per huius ſacramenti virtutem a peccatis omnibus expiate, lucis perpetue te miſerante recipiant beatitudinẽ. Per.

¶ Pro bñfactoribus. Oõ

OMnipotens ⁊ miſericors deꝰ, vnica ſalus mortaliũ: te ſupplices exoramꝰ pro animabus famulorũ famularumq; tuarum parentum ⁊ benefactorũ noſtrorum: vt intercedente beata dei genitrice maria cũ oĩbus ſanctis tuis, pctõrũ eis largiri digneris indulgentiam, ⁊ in nouiſſimo die beate reſurrectiõis letitiam. Per eundem. Secreta.

SAnctifica queſumus dñe hec fidelium omnium vitalia ſacramenta: et per ea interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus ſanctis tuis, concede vt hoc ipſum proficiat animabus famulorum famularumq; tuarum, parentum ⁊ benefactorum noſtrorũ: vt ab

omnibus vitijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundē. Postcō.

Viuificet nos q̄s dñe salutare quo pasti sumus sacramētū: et interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: concede vt hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumq; tuarum, parentum & benefactorum nostrorum: ad promerendam tue ꝓpitiatiōis gratiā, & percipiēdā future resurrectionis gloriā sempiternā. Per eundē. ¶ Pro abbate. Oratio.

Presta q̄s dñe vt aīa famuli tui abbatis quē in hoc sclo cōmorantē sacris muneribus decorasti i celesti sede gloriosa semper exultet. Per. Secreta.

Suscipe q̄s dñe hostias quas tibi ꝓ anima famuli tui abbatis humiliter immolamus obsecrātes misericordiā tuā: vt cui sacerdotale officium contulisti, dones et meritum. Per dominū. Postcōio.

Concede q̄s omnip̄s deus: vt per hec sancta mysteria anima famuli tui abbatis in cōspectu tuo clara cōsistat, qui tibi fideliter ministrauit. Per do. ¶ Pro sacerdote. Orō.

Deus cuius mīe non est numerus, suscipe pro anima famuli tui sacerdotis preces nr̄as: et lucis ei letitieq; regionem in sctōrū tuorū societate cōcede. Per. Secreta.

Quesumus dñe deus noster: vt oblationē quā tibi offerimus pro anima famuli tui sacerdotis placatus accipias: et quem tuis altaribus seruire tribuisti: ad beatorū peruenire iubeas consortia sacerdotū. Per dominum. Postcōio.

Presta q̄s omnipotēs deus: per hec sancta mysteria anime famuli tui sacerdotis eterne felicitatis consortium: cui donasti sacri altaris consequi ministerium. Per dñm.

¶ Pro patre & matre. Oratio

Deus q̄ nos patrē & matrē honorare precepisti: miserere clementer animabus patris et matris mee, eorumq; peccata dimitte: meq; cum illis in eterne claritatis gaudio fac viuere. Per. Secreta.

Suscipe dñe hoc sacrificiū qd̄ tibi ꝓ animabus patris & matris mee offertur, eisq; gaudiū sempiternum in regione viuorū cōcede: meq; cū eis felicitati sanctorū adiunge. Per dñm. Postcommunio.

Celestis dñe participatio sacramēti aīabus p̄ris & mr̄is mee: requiē & lucē obtineat ꝑpetuā: meq; cū illis grā tua coronet eterna. Per.

¶ Pro quolibet defuncto. Oratio.

Deus cui soli cōpetit medicinā p̄stare post mortē: tribue q̄s vt aīa famuli tui ab oībus exuta p̄ctis, electorū tuorū societatibus aggregetur. Per. Secreta.

Suscipe q̄s dñe hāc oblationē quā tibi offerimus ꝓ aīa famuli tui: vt requiē eternā dones ei inter sanctos & electos tuos, quatenus illorū consortio & vita perfruatur eterna. Per dominum. Postcōio.

Ascēdant ad te dñe preces nostre, & per hec sancta que sumpsimus anima famuli tui gaudia eterna suscipiat: vt quem fecisti adoptionis participem: iubeas hereditatis tue esse consortem. Per dñm.

¶ Pro amico defuncto. Oratio.

Adiuua nos deus salutaris noster: & beatissime dei genitricis semperq; virginis marie precibus exoratus: animā famuli tui in

beatitudinem sempiterne lucis constitue. Per dominum. Secreta.

Suscipe q̄s domine hostias placationis & laudis, quas in honore beate dei genitricis marie nomine tuo consecrādas offerim⁹: & p requie famuli tui tibi suppliciter imploramus. Per dn̄m. Postcōio.

Ascēdant ad te domine preces nostre: & aīa famuli tui gaudia eterna suscipiat: & quem fecisti adoptionis participem, intercedente beata dei genitrice maria iubeas hereditatis tue esse cōsortē. Per eundē.

Pro defuncto morte puento. oro.



Mnīps et misericors de⁹: in cui⁹ potestate humana cōditio cōsistit: aīam famuli tui q̄s ab oībus absolue pctis: vt penitētie fructū quē volūtas eius optauit: preuētus morte nō perdat. Per. Secreta.

Satisfaciat tibi domine q̄s pro anima famuli tui sacrificij p̄sentis oblatio: & peccatorum veniam quam quesiuit inueniat: & quod officio vocis implere non potuit, desiderate penitentie fructum te largiente perficiat. Per dominum. Postcōio.

Deus a quo prestatur humanis cordib⁹ omne qđ bonū est, tribue per hec sancta que sumpsim⁹: vt sicut anime famuli tui penitentiam velle donasti, sic indulgētiā tribuas miseratus optatam. Per dominū.

Pro masculis familiaribus. Orō.



Omnipotens sempiterne de⁹, cui nunq̄ sine spe mīe supplicatur: propitiare animabus famulorum tuorum: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt: sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per dn̄m. Secreta.

Propitiare quesumus dn̄e animabus famulorum tuorū p quibus hostias tibi placationis offerimus: & quia in hac luce in fide mā serunt catholica: in futura eis vita misericordissima retributio cōdonetur. Per dominum. Postcōio.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine: & animabus famulorum tuorum celestis gaudij tribuat consortium: vt ante tribunal glorie christi tui segregati cum dextris, nichil commune habeant cū sinistris. Per eundem dominum nostrum.

Pro feminis familiarib⁹. Oratio.

Quesumus dn̄e pro tua pietate miserere animab⁹ famularū tuarum: et a cōtagiis mortalitatis exutas, in eterne saluationis partē restitue. Per dn̄m. Secreta.

His sacrificijs dn̄e anime famularū tuarum a peccatis omnibus exuantur: sine quibus a culpa nemo liber extitit: & presta vt per hec pie placationis officia, perpetuam mīam cōsequantur. Per. Postcōio.

Inueniāt q̄s dn̄e anime famularum tuarum in lucis eterne consortium: cuius perpetue mīe consecute sunt sacramentum. Per dn̄m.

Pro femina defuncta. Oratio.



Aiestatē tuā q̄s dn̄e, suppliciter depcamur vt anima famule tue ab oībusq̄ humanit⁹ cōmisit exuta, in tuorum cēseatur sorte in storum. Per dominum. Secreta.

Hostias tibi dn̄e humili supplicatione deferimus: deprecantes maiestatem tuam: vt anima famule tue per hec pie placationis officia peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per dn̄m. Postcōio.

Presta q̄s dn̄e anime famule tue misericordiam sempiternam: vt eam mortalibus nexibus expeditā, lux eterna possideat. Per do.

¶ Pro trigintalibus. Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuā supplices deprecamur: vt animas famulorum famularūq; tuarū quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorū iubeas esse consortes. Per. Secre.

Animas famulorum famularūq; tuarū (quesumus dn̄e) ab omnibus vitijs conditionis humane hec absoluat oblatio: que etiā totius mundi tulit immolata peccatum. Per dominum. Postcōio.

Annue nobis domine per hoc sacrificium quod sumpsim9: vt anime famulorum famularumq; tuarū remissionē quā semp optauerūt, mereātur percipere delictorū. P.

¶ Pro benefactoribus. Oratio.

Miserere quesum9 dn̄e animabus omnium benefactorū nostrorum defunctorum: et pro beneficijs que nobis largiti sunt in terris, premia eterna consequantur in celis. Per dominum. Secreta.

Placeat tibi domine sacrificij presentis oblatio, pro nostra, omniumq; benefactorum nostrorū salute: quorum quarum q; memoriā speciali affectu recolim9: omnibusq; christianis viuis ac defunctis miserere propitius. Per dn̄m. Postcōio.

Sumpta sacramenta dn̄e nos absoluant a vinculis peccatorum: et animabus omnium benefactorum nostrorū defunctorum cō sortia obtineāt spirituū btōrū. Per.

¶ Pro q̄escentib9 in cemiterio. Orō.

Deus in cuius miseratione anime fidelium requiescunt: animabus famulorum famularūq; tuarum omniū hic & vbiq; in christo quiescentiū, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine letētur. Per eundem. Secreta.

Pro animabus famulorum famularūq; tuarū oīm hic & vbiq; in xp̄o quiescētiū hostiā dn̄e suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrende mortis exuti: vitam inuenire mereātur eternam. Per eundem. Postcōio.

Deus fidelium lumen animarū adesto propiti9 inuocationib9 nr̄is: & da famulis & famulab9 tuis quorū corpa hic & vbiq; ī christo req̄escūt: refrigerij sedē, q̄etis beatitudinē, luminis claritatē. Per eūdem.

Pro quibus orare tenemur. Orō.

Concede q̄s domine de9 noster vt anime famulorū famularumq; tuarum quorum quarūq; commemorationem speciali deuotione agim9: et pro quibus orare iussi & debitores sumus: atq; omnium benefactorum nostrorum, ac omniū consanguineorum et familiarium nostrorum, cunctorumq; fidelium in finibus sanctorum tuorum requiescant: morte ex mortuis resuscitati tibi placeant in regione viuorum. Per. Secreta.

Hec munera q̄s dn̄e que oculis tue maiestatis offerimus animabus famulorum famularūq; tuarum quorum quarūq; cōmemorationem speciali deuotione agimus: & p quibus orare iussi & debitores sum9: atq; omnium benefactorū nostrorū, necnon consanguineorū nostror ac familiariū nostrorū, cunctorūq; fide-

lium salutaria esse cōcede: vt tua pie
tate vinculis horrende mortis exuti,
eterne beatitudinis mereantur esse
participes. Per. Postcōmunio.

Deus q̄ inestimabili misericor-
dia animas mortaliū ab an-
gustiis transfers ad requiem: propi-
tiare supplicationibus nostris pro a-
nimabus famulorum famularūq;
tuarum quorum quarūq; cōmemo-
rationem speciali deuotione agim⁹:
& pro quibus orare iussi & debitores
sumus: & omnium benefactorum no
strorum, necnon consanguineorum
ac familiarium nostrorum, cuncto-
rumq; fidelium: vt eas paradiso re-
stituens in tuorum censeas sorte iu-
storum. Per dominum. ¶ Pro omni
nibus fidelibus defunctis. Oratio.

Fidelium deus omnium con-
ditor & redemptor animabus
omnium fidelium defunctorū
remissionem cunctorum tribue pec-
catorum: vt indulgentiam quā sem-
per optauerunt: piis supplicationi-
bus consequantur. Qui. Secreta.

Hostias quesumus dn̄e quas
tibi pro animabus omnium fi
delium defunctorum offerimus pro-
pitiatus intēde: vt quibus fidei chri-
stiane meritum contulisti, dones et
premium. Per dominū. Postcōio.

Animabus quesum⁹ domine
omnium fidelium defunctoꝝ
oratio proficiat supplicantiū: vt eas
& a peccatis omnibus exuas, et tue
redemptionis facias esse participes.
Per dn̄m. ¶ Oratio generalis.

Pietate tua quesumus do-
mine nostrorum solue vin
cula omnium delictorum:
& intercedente beata et glo
riosa semperq; virgine dei genitrice
maria cū omnibus sanctis tuis do-
minum papam, reges et principes,
episcopos et abbates, & omnem ple-
bem illis cōmissam: nosq; famulos
tuos, atq; loca nostra in omni sancti
tate custodi: omnesq; consanguini-
tate ac familiaritate vel confessione
& oratione nobis iunctos seu omnē
populum catholicum a vitiis omni
bus purga, virtutibus illustra. Pa-
cem et salutem nobis tribue, hostes
visibiles et inuisibiles remoue, pestē
et famem repelle, inimicis nostris et
amicis nostris verā charitatē, atq;
infirmis sanitatem largire, & iter fa
mulorum tuorum in salutis tue pro
speritate dispone: et omnibus fideli-
bus viuis ac defunctis in terra viuē
tium vitam & requiem eternam con
cede. Per eundem. Secreta.

Deus qui singulari corporis
tui hostia totius mundi solui
sti delicta: hac oblatione placat⁹ ma-
culas peccatorum nostrorum abster
ge: et omnium christianorum fideliū
viuorum atq; mortuorū peccata di-
mitte: nobisq; intercedēte beata & glo
riosa semperq; virgine dei genitrice
maria cum omnibus sanctis tuis p̄-
mia eterna largire saluator mundi.
Qui cum deo patre. Postcōio.

Sumpta sacramenta quesu-
mus domine omnia crimina
nostra detergant: omnemq; prauita
tem et hostilem impugnationem vi
sibilem et inuisibilem, seu infirmita-
tem atq; subitam mortē meritis bea
te dei genitricis semperq; v̄ginis ma
rie, et omnium sanctorum tuorum
intercessione, a nobis procul repellāt:
et omnibus fidelibus viuis ac defun
ctis prosint ad veniam, pro quorum
quarūq; tibi sunt oblata salute. Per
eundem dominum nostrum.

¶ Oratio generalis.

SAnctissime dei genitricis sem perqꝫ virginis marie: et beatarum omnium celestium vꝛtutum: sanctorum quoqꝫ patriarcharum, prophetarum, apostolorum, euangelistarum, martyrum, confessorum, atqꝫ virginum et omniū simul sanctorum tuorum (quesumus) omnipotens deus meritis ac precibus placatus: tribue nobis misericordiā tuam: et da populo tuo inuiolabilē fidei firmitatem et pacem. Repelle a nobis hostem et famem ⁊ pestem: da nobis in tua virtute constantiam et fortitudinem: immitte hostibus nostris formidinem et inualitudinem: retribue omnibus nobis bona faciētibus vite eterne beatitudinem: da inimicis nostris et persequentibus nos recognitionem et indulgētiam: concede defunctis nostris et omnibꝰ in christo quiescētibus remissionem omnium peccatorum, et requiē sempiternam. Per eundem. Secreta.

IN conspectu diuine maiestatis tue quesumus omnipotēs deus (intercedente sanctissima dei genitrice semperqꝫ vġgine maria: ⁊ beatis omnibus celestibus virtutibus: sanctis quoqꝫ patriarchis, ꝓphetis, apostolis, euangelistis, martyribus, confessoribus, et virginibus atqꝫ omnibus simul sanctis tuis) oblatiōes nostre et preces acceptabiles ascendāt. Et tua protectione veniā nobis et pacem tribue: hostem, famē, et pestem a nobis repelle, fidem, spem, et charitatem nobis largire: defensiōe tua nos semper protege: hostium nostrorum superbiam et virtutem contere: omnibus nobis bona facientibus gratie tue abundātiam tribue: discordantes ad pacis bona cōuerte: defunctis nostris requiem concede: ⁊ omnibus fidelibus tuis vitā sempiternam largire. Per eundē. Postcō.

PEr huius sacramenti mysterium atqꝫ virtutem, quesumꝰ domine deus noster omnipotēs: sanctissima dei genitrice semperqꝫ virgine maria: et beatis omnibus celestibꝰ virtutibus: sanctis quoqꝫ patriarchis, prophetis, apostolis, euangelistis, martyribus, confessoribus et virginibus atqꝫ omnibus simul sāctis tuis intercedentibus: vitiorū nostrorum macule deleantur: et preces nostre in conspectu maiestatis tue acceptabiles inueniantur: populusqꝫ tuꝰ a peccatis et hostibus liberetur, fidei rectitudine roboretur: hostiumqꝫ nostrorum superbia et fortitudo prosternantur, pestilentie et fames procul pellantur: bona nobis facientes gratie tue abundantia repleantur: discordantes in fraternam pacem reuocentur: defuncti nostri requiē consequantur: et omnes fideles tui vitā eternam adipisci mereantur. Per eūdem dn̄m. Oratio generalis.

OMnium sanctorum tuorum intercessionibꝰ q̄s dn̄e gratia tua nos semper protege: ⁊ christianis omnibꝰ viuentibus atqꝫ defunctis misericordiam vbiqꝫ pretende: vt viuentes ad omnibꝰ inpugnationibus sint tua opitulatione defēsi: et defuncti remissionem mereātur percipere suorum omniū peccatorū. Per dominum. Secreta.

OBlatiōes nostras q̄s domine propitiatus intende: et ob tuorum omnium sanctorum honorem veniam nobis nostrorum tribue peccatorum: et christianis omnibus viuentibus atqꝫ defunctis hec presens

oblatio, et presentis vite subsidia: et future premia eterna acquirat. Per dominum nostrum. Postcōio.

Hec sacrificia domine que sumpsimus meritis et intercessionibus omnium sanctorum tuorū: nobis ad salutem proficiant: et christianis omnibus viventibus atque defunctis te favente eterna ac temporalia premia benigne acquirāt. Per dñm

Oratio generalis.

Omnipotens sempiterne deus, qui vivorū dominaris simul et mortuorum: omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te suppliciter exoramus: ut pro quibus effundere preces decrevimus: quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clementia omnium delictorum suorum veniā et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum nostrum. Secreta.

Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quesumus, ut universorum quos in oratione cōmēdatos suscepimus, sive omnium fideliū nomina beate predestinationis liber ascripta retineat. Per dñm nostrum. Postcommunio.

Pro celestis convivij iocunditate gratias tibi referimus rex et sacerdos noster, maiestatem tuam humiliter rogantes: ut hec sacrosancta corporis et sanguinis tui hostia non sit nobis reatus ad penam: sed intercessio salutaris ad veniam. Sit ablutio scelerum: sit fortitudo fragilium: sit cōtra omnia mundi pericula firmamentum: sit vivorum atque mortuorum fideliū remissio omniū delictorum. Per te salvator mundi rex glorie. Qui vivis et regnas.

Siquis trigintale sancti gregorij celebrare disposuerit: tunc celebret tres missas de nativitate do. tres de epi. dñi. tres de purifica. beate marie tres de annunciatione eiusdem: tres de resurrectione dñi: tres de ascen. domini: tres de pente. tres de trinitate: tres de assumptione beate marie virginis, et tres de nativi. eiusdem: ita que iste misse celebrētur infra oct. dictorū festorū sicut in prima die cum eodem Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. et Credo. et Sequen. et prefa. Cōmunicantes. et Sanctus. Hanc igitur. et Agnus. sicut continentur in canone et cum istis orationibus subsequentibus ita quod orationes sequentes cū oratione de festo sub uno Oremus. et sub uno Per dominum. dicantur. Et debēt dici quotidie per annū Placebo. et Dirige. cū. ix. psis. et. ix. lec. et. ix. antiphōis. nisi tēpore pasch. in quo quotidie cum tribus lec. dicetur et totiens dicetur commendatio animarum: ita quod tam ad Placebo. quam ad Dirige. sit prima oratio. Deus summa spes. et etiam ad commendationes animarum, et ad missam de die dz predicta oratio ab eo qui missam celebrat per totum annū. Oratio.

Deus summa spes nostre redemptionis: qui in terra promissionis ante omnes terras nasci elegisti: mortemque ibidē sustinuisti: libera propitius animam famuli tui N. de manibus demonum, et eandem terram de potestate paganorum: ut populus qui in te non credit: per virtutem tuam emendationem habeat: et illis omnibus qui in te confidunt: pro tua magna pietate succurre. Qui cum deo patre et spiritu sancto vivis et reg. Secreta.

Omnipotens sempiterne deus, redemptor animarum saluandarum, et precium redemptionis generis humani miserere clementer anime famuli tui N. & quicquid in eo vitiorum fallente diabolo & propria iniquitate contraxit, tu pius et misericors abluas indulgendo: & terram quam sanguine proprio tuo dedicasti: de manibus inimicorum crucis eripias vota filiorum israel ad eius liberationem instantium, in viam salutis eterne misericorditer dirigẽdo. Qui viuis & regnas. Postcõio.

Deus cuius misericordie nõ est numerus cui soli cõpetit medicinam prestare post mortem: q es vita viuentium: spes morientium & salus omnium in te sperãtium: qui terram hereditatis tue per peccata filiorum esau pollutam: precioso sanguine tuo dignatus es consecrare: tu animam famuli tui N. per huius virtutem sacramenti a peccatis omnibus exuas: et a penis quas pro his meretur eripias: & populum incredulum ac rebellem per gratiam tuã facias peculiarem: illisq omnibꝰ qui in tua misericordia confidunt manũ auxilij tui pijssime largiẽdo. Qui viuis & regnas cum deo patre.

¶ Prosa pro defunctis qui voluerit.

Dies ire dies illa: soluet seclum in fauilla: teste dauid cum sibila. Quantus tremor est futurus: quando iudex est venturꝰ cuncta stricte discussurus. Tuba mirũ spargens sonũ: per sepulchra regionum: coget omnes ante thronum. Mors stupebit & natura: cum resurget creatura, iudicanti responsura. Liber scriptus proferetur: in quo totum cõtinetur vnde mundus iudicetur. Iudex ergo cum sedebit, quicqd latet apparebit nil inultum remanebit. Quid sum miser tunc dicturus: quem patronum rogaturus: dũ vix iustus sit securus. Rex tremẽde maiestatis, qui saluãdos saluas gratis salua me fons pietatis. Recordare iesu pie, quod sum causa tue vie: ne me perdas illa die. Querens me sedisti lassus: redemisti crucem passus tantus labor non sit quassus. Iuste iudex vltionis donum fac remissionis: ante diem rationis. Ingemisco tãq reus, culpa rubet vultus meus, supplicanti parce deus. Qui mariam absoluisti, et latronem exaudisti: michi quoq spem dedisti. Preces mee non sunt digne, sed tu bone fac benigne: ne perẽni cremer igne. Inter oues locum presta, & ab hedis me seqstra statuens in parte dextera. Confutatis maledictis, flammis acribꝰ addictis: voca me cum benedictis. Oro supplex & acclinis, cor cõtritum quasi cinis: gere curam mei finis. Lachrymosa dies illa, qua resurget ex fauilla, iudicandus homo reus. Huic ergo parce deus: pie iesu domine, dona eis requiem.

¶ Missa pro mortalitate euitanda quã dominus papa clemens fecit et constituit in collegio cũ omnibꝰ cardinalibus, et concessit omnibus penitentibus vere contritis & confessis sequentem missam audientibus. cclx. dies indulgentie. Et oẽs audientes sequentem missam debẽt portare in manu vnam cãdelã ardentẽ dũ missam audiunt per quinq dies sequentes, & tenere eã in manu per totã missam genibus flexis: & eis mors subitanea nocere non poterit: et hoc est certum & approbatum in auinione,

& in partibus circumuicinis. Offm.

ps.lxxix  Ecordare dn̄e testamēti tui, & dic angelo percutiēti, cesset iā man⁹ tua: vt non desoletur terra: et ne perdas omnē animam viuā. In tempore paschali alla. ps. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouem ioseph. Gloria patri. Oratio.

Deus qui non vis mortem sed penitentiam desideras peccatorum, populum tuū quesumus domine ad te cōuerte propitius: vt dū tibi deuotus extitit, iracundie tue ab eo flagella clementer amoueas. Per dominum. Lectio libri regum.

ii.xxiiii. C In diebus illis. Immisit dominus pestilentiam in israel de mane vsq3 ad tempus constitutum, & mortui sunt de populo a dan vsq3 bersabee septuaginta milia virorū. Cumq3 extēdisset manum suam angelus domini super hierusalē vt disperderet eam: misertus est dominus super afflictionem. Et ait angelo pcutienti populum. Sufficit: nunc cōtine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream areuna iebusei. Dixitq3 dauid ad dominum: cum vidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccaui: et ego inique egi. Isti qui oues sunt: quid fecerunt? Uertatur obsecro manus tua contra me: & contra domum patris mei. Uenit autē gad propheta domini, ad dauid in die illa: & dixit ei. Ascēde & constitue altare domino, in area areuna iebusei. Et ascēdit iuxta sermonem gad: quem preceperat

ps.cvi ei dominus. Grad. Misit dominus verbum suum & sanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. V. Confiteantur domino misericordie eius: & mirabilia eius filijs hominū. Alla. V. Saluabo populum meum in medio hierusalem: & ero eis in deum in veritate & iustitia. Sequentia.

Iubilemus pia mente, voci corde concinente, trinitatē collaudantes. Patrem prolemq3 precemur sanctum pneuma veneremur, laudis melos concrepantes. Omnes vna proclamemus, summum deū imploremus: misereri vt dignetur. Cor grauatur mens languescit: iam gēs meret & plāgescit: pestis morsum dū veretur. Aura ledit furit pestis, morbus vrit: nulla mestis spes salutis redditur. Mare fluit mixtum felle, iā tempestas iam procelle: plebs vbiq3 premitur. Si pro malis irascaris, tēpus est vt reuertaris, pie iesu miserere. Leo lustrans oues querit, nisi pressis ouis perit: bone pastor nos tuere Terra mare firmamento: queq3 parent elemēta: tuo facta numine. Mare nouit te calcantem: dum te sentit ambulantem: facta fertur flumine. Cuncta sistunt te iubente: non mouētur sed repente redduntur pacifica. Toto nisu tota cura: omnis laudat te factura: o virtus almifica. Auras mitte nobis letas: pestes prece procul pelle. Transfer nos ad vite metas: ne nos turbēt tot procelle. Olim culpa nos ligati, respirantes cedimus. Corde mesto flagellati: tibi soli credimus. Lex antiqua trāsgressores, cōuersos eripuit. Tue legis abusores, pie dum corripuit. Ioab abner persequente: & hunc armis insequente: prece datur venia. Ioab vitam consecutus: nocte viam transit tutus: per montis cacumina. Dauidi prophetico, vita dat termino: pro delicto graui. Tersum fugit facinus, dum fate- iiii.

tur vocibus: inquiens peccaui. Ezechias reddit fletum, et peccatum est deletum: statim vt penituit. Fletum fecit et profecit, sibi deus hinc adiecit: annos et constituit. Mitis hester pie mentis, pro salute sue gentis: assuerum adijt. Hinc fit salus mardocheo crux equatur aman reo: qui suspensus perijt. Virtus iudith de superni: diua dum illuminat. Caput aufert holofernis: et captiuos liberat. Mater ergo summi regis, tibi nat⁹ christus verus. Vos signauit vmbra legis: hester tu, hic assuerus. Virgo natum intercede: vt afflictos liberet, Saluet hos a pestis cede: quos pie redimeret. Virgo mater maris stella: fons hortorum verbi cella: ne nos pestis aut procella: peccatores obruat. Eia mater terge fletum, tempestatis tolle fretum: cor mestorum redde letum, iam preces subueniant. Proles parcit si peroras, mater ergo rumpe moras: posce tuum filium. Aura feda rumpens pestis, simul cadant cõfer mestis salutis auxiliũ. Nostros tuus ipse natus, tollat penas et reatus: nobis prestans consolamen. Qui regni sempiterni: vbi ciues sũt superni, personemus omnes Amẽ.

Secundum Lucam.



iiii. f. In illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus: et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autẽ occidisset: omnes qui habebant varijs languoribus, ducebãt illos ad eũ. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia a multis, clamantia: et dicentia quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebãt ipsum esse christum. Facta autem die: egressus ibat in desertum locum. Et turbe requirebant eum: et venerunt vsqꝫ ad ipsum Et detinebant eum: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans: in synagogis galilee. Offerto. Stetit pontifex inter mortuos et viuentes, et habens thuribulum aureum in manu sua: et offerens incensi sacrificium placauit iram domini, et cessauit plaga a domo et a populo israel. In tpe pascha. alleluia.

Secreta.

Subueniat domine quesumus plebi tue sacrificij presentis operatio, que nos ab erroribus et terroribus vniuersis potenter absoluat: et a tot⁹ custodiat et defendat perditionis incursu. Per dominum. Cõio. Multitudo languentium et qui vexabantur a spiritibus immundis veniebant ad iesum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Jo. v. A

Postcommunio.

Exaudi nos deus salutaris noster: et intercedẽte beata dei genitrice maria: populum tuum ab iracundie tue horroribus liberum, et in misericordia tua fac tua largitate securum. Per dominum nostrum.

Istud euangeliũ cõpositũ fuit per Joannem papam. xxij. apd Auinio-

nem tertio die ante decessum suum, pro quo concessit omnibus illud dicentibus vel audientibus vere confessis & contritis trecētos dies indulgentie. ¶ Passio domini nostri iesu christi secundum Joannem.



xix. A IN illo tempore. Apprehendit pilat⁹ iesum: & flagellauit. Et milites plectētes, coronam de spinis imposuerunt super caput eius: & veste purpurea circundederunt eū. Et veniebant ad eum: & dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas: expuentes in eum. Et acceperunt arundinem: & percutiebant caput ei⁹. Susceperunt autem milites iesum: & baiulans sibi crucem exiuit in illū locum qui dicitur caluarie, & ibi crucifixerūt eum. Et cum eo alios duos hinc & hinc: medium autem iesum. Postea autem sciens iesus omnia q̄ ventura erant: dixit. Sitio. Illi autē spongiam plenam aceto hysopo circūponentes: obtulerunt ori eius. Et cum gustasset, noluit bibere: sed dixit Consummatum est. Et inclinato capite: emisit spiritum. Et statim terra tremuit, et sol obscuratus est, & velū templi scissum est, et petre scisse sunt, & monumenta aperta sunt: & qui dormierant surrexerunt. Que cū vidisset centurio: dixit. Vere filius dei erat iste. Tandem vnus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: & scimus quia verum est testimonium eius. Dñs vobiscum. Et cum spiritu. Oremus.

DOmine iesu christe qui man⁹ tuas & pedes tuos et totū corpus tuum pro nobis peccatoribus in ligno crucis posuisti: & coronam spinarū a iudeis in despectu tui sacratissimi corporis super caput tuū impositam sustinuisti: & quinq; vulnera pro nobis peccatoribus in crucis patibulo passus fuisti: & nos de sacro sāguine tuo redemisti: da nobis quesumus domine hodie & quotidie vsum penitentie, abstinentie, patientie, humilitatis, castitatis: lumen, sensum & intellectum, & veram scientiā vsq; in finem. Per te iesu christe saluator mundi rex glorie. Qui cum patre et spiritu sancto. &c.

¶ Missa de sancto Sebastiano tempore pestis. Officium.



Egregie martyr sebastiane princeps & propagator sanctissimorū preceptorum, ecce nomen tuū in libro vite ascriptū est: & memoriale tuū non derelinquetur in secula. Ps. Eccla.

Benedicā dñm in omni tempore. Oratio. ps. xxxiij.

OMnipotens sempiterne deus: q̄ meritis beati sebastiani martyris tui gloriosissimi quandam generalem pestem epidimie homin⁹ pestiferam reuocasti: presta supplicibus tuis vt qui pro simili peste reuocanda ad ipsum sub tui confidentia confugerint, ipsius meritis & precib⁹ ab ipsa peste epidimie & ab omni tribulatione liberentur. Per do. Epla. Beatus vir qui in sa. in cō. folio. iiij

Ecclia. Gr. O sancte sebastiane christi athleta glo-
riosissime, qui pro christo reliquisti terrene
militie principatum: et suscepisti magnū sup-
plicium, intercede pro nobis ad dominū. V.
O sancte sebastiane christi martyr egregie,
cuius meritis tota lombardia fuit liberata a
peste mortifera: libera nos ab ipsa et a mali-
gno hoste. Alla. V. O sancte sebastiane,
nos trementes imploramus tuum clemens
auxilium: ut possimus obtinere per te pestis
mortifere apud deum remediū. In tēpore
paschali scdm. Alla. V. O quam gloriosum
est templum tuum beate sebastiane, in quo
diuina est promissio et peccatorum remissio,
splendor et lux perpetua et sine fine letitia.

Sequentia.

Omnes una decantemus, et mar-
tyris personemus: laudem se-
bastiani. Hic a deo est electus: per quē
morbus est eiectus: languoris pesti-
feri. Nam se christo totum uouit, quē
et christus nunc promouit, in patria
celesti. Cunctis hic subuenit mestis:
statim est sedata pestis, sui causa me-
riti. Ipsum si nunc deprecemur: no-
mē quoq; ueneremur: martyris san-
ctissimi. Morbus iste nō nocebit sed
mortiferum delebit: populum qui te-
nuit. Nos pro nostris tantis malis:
iam absorbet pestis talis: que tota gēs
genuit. Sancte martyr sebastiane,
salua nos a peste epidimie. Nostra
grauia ob peccata, terra ista desola-
ta nō sit pie quesumus. Sed nos cō-
sidera: et in nobis cessa pestem tā te
petimus. Ista per te gens sit tuta: et
ne noceat acuta febris hec in anglia.
Ex quo nostra spes est tota, i te mar-
tyr: nunc remota sit pestis mortifera
O sancte sebastiane, nostre gētis an-
glicane cōseruator et tutor sis. Et do-
minum deprecare: ut a nobis elōga-
re valeat vesana pestis. Et ex tua san-
cta prece: ne sit morbus nobis nece.
Sed recedat ab hac domo: amen di-
cat omnis homo. Euāgelium. Nisi
granum frumenti. Require in cōmu-
ni. fo. iiij. Offertoriū. Martyr egregie de-
cus militie, athleta fidei ora natum dei, ut a-
uertat a nobis indignationem suā. martyr
suffragia effunde pia, ut epidimia non sit no-
xia, in hac patria, nec in alia, per subsidia po-
sce tua: nos tibi talia damus preconia: hic
prece pia da nobis premia miles eia alle-
luia. Secreta.

Subueniat nobis domine tua
misericordia intercedente bea-
to sebastiano martyre tuo: ut ab im-
minentibus peccatorum nostrorum
periculis: te mereamur protegente
saluari: et suis precibus a peste epidi-
mie, et ab omni tribulatiōe liberari.
Per dominum nostrum. Cōmunio.
Beatus es et bene tibi erit egregie martyr se-
bastiane, quia cum sanctis gaudebis, et cū an-
gelis exultabis in eternum. Postcōio.

Quesumus dñe populo tuo
salutem mentis et corporis: ut
interuētu beati sebastiani martyris
tui bonis operibus inherēdo: tuo sē-
per munere et suorum meritorum in-
teruētione, a peste epidimie et ab om-
ni tribulatione mereamur tua pro-
tectione defendi. Per dominum.

¶ Cōmemoratio sancti erasmi mar-
tyris et pontificis. Officium.



Letabitur iustus Ps. lxiij.
in domino: et spe-
rabit in eo: et lau-
dabūtur omnes
recti corde. In tē-
pore paschali al-
leluia alleluia. Ps.
Exaudi de' orationē ibidem.
meam cum deprecor: a timore inimici eripe
animam meam. Oratio.

Deus qui sanctam nobis hu-
ius diei letitiā pro commemo-

ratione beati martyris tui erasmi atq pontificis fecisti: adesto familie tue precibus, & da: vt cuius hodie cõmemorationem celebramus eius meritis et intercessionibus adiuuemur Per dominũ. Epistola. Omnis pon tifex. in cõmuni. fol. v. Grad. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alla. ℣. Gloria & honore coronasti eum domine: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Sequentia. Organicis. in communi. fo. iiij. Euãgeliũ. Circuibat iesus. in cõi. fo. vj. Offert. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso, vitam petijt a te: & tribuisti ei alleluia.

ps. xx. et oia ifra

Secreta.

Intende propitius quesumus domine oblata tibi hec munera: & deprecatione beati erasmi martyris tui atq pontificis: in cuius ea commemoratione deferimus: nosipsos eadem sanctifica. Per do. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eũ domine.

ps. xx

Postcõmunio.

Sumpsimus domine in sancti martyris tui atq pontificis erasmi commemoratione celestia sacramẽta: cuius suffragijs quesum⁹ largiaris: vt quod temporaliter gerim⁹, eternis gaudijs cõsequamur. Per dominũ. ¶ Missa sancti rochi confessoris. Officium.



ps. lxiii.

Letabitur iustus in domino: & sperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. In tẽpore paschali alleluia alleluia. ps. Exaudi de⁹ orationẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Omnipotẽs et misericors deus: qui meritis et precibus beatissimi rochi confessoris tui quandã pestem hominũ generalem gratiose reuocasti: presta supplicib⁹ tuis vt qui pro simili peste reuocanda ad tuam confugiunt fiduciam: ipsius gloriosi confessoris precamine, ab ipsa infirmitate: et ab omni perturbatione liberentur. Per dominum. Epistola Justum deduxit. in communi. fol. xj. Grad. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiã tuã: & veritatem tuam per noctem. Alla. ℣⁹. Justus germinabit sicut lilium & florebit in eternum ante dominum. Sequentia.

ps. xci

Ec. xxxv

In honore saluatoris sancti rochi confessoris agatur memoria. Qui de celo prenotatur et ad matrem nũciatur: salute angelica. Qui de vẽtre matris natus, signo crucis est signatus: quod sinistro patuit. Quarta sextaq feria semel lactans, indicia sanctitatis prebuit. Vti mũdo qui cum posset, et mundanũ fucũ nosce: mundus mundũ tenuit. Omni spreta re paterna: mente tendens in superna: omnia deseruit. Ac post mortem sui patris, et decessum sue matris: peregre diuertitur. Et ad domos infirmorum, peste dira perpessorum: festine ingreditur. Jesum christum deum clamat: signo crucis cunctos sanat sua prouidentia. Ad quẽ venit vir beatus, prorsus fuit hic sanatus: diuina potentia. Ciuitates italie, rome, longobardie: sanat suis precibus. Hospitali placentie: percussus pestis silice: abiectus e menibus. Languens dum in silua sitit: fontẽ deus sibi mittit: preostensa nebula. Paruus canis panes portat, a go-

tardo ꝛ reportat: cane viro regula. Sic vir sāctus cōfortat, dū gotardo cōsolat: in valle miserie. Et per angelū sanat: q̄ a deo mittebat: raphael i noīe. Postq̄ in lōgobardia, puincia angleria: ponit in carcere. Ab angelis fouebatur, ꝛ de celo letabatur: visus miro lumine. Rochus ibi vitā finit, cui deus dare sinit: tabulā per angelū. Que diuine scribebat script⁹ auri ꝛ ditat: manu dei syderū. Nomen rochi ītra scriptū, qd̄ a deo fuit dictū: vt q̄ eū decorāt. Pestis vlcus depellatur sanitasq; his reddat q̄ eū cōmemorāt. Tu qui deo es tā char⁹, et in luce valde clar⁹: sana tuos famulos. Et a peste nos defende, opem nobis ac impende: contra morbi stimulos. Uir tam potens tam beatus cū honore collocatus: in celesti curia. Toto voce veneretur, vt per ipsum nobis detur: vera frui gloria. Amen.

Secundum Mattheum.

ix. D. In illo tpe. Circuibat dñs iesus ciuitates ꝛ castella, docēs in synagogis eorū ꝛ pdicās euāgeliū regni: ꝛ curās oēm lāguorē ꝛ omnē infirmitatē. Uidēs autē turbas miser⁹ est eis: qꝛ erāt vexati, ꝛ iacētes sicut oues nō habētes pastorē. Tūc dixit discipulis suis. Messis quidē multa: oparij vero pauci. Rogate ergo dñz messis: vt mittat operarios in messē suā. Eūtes autem predicate dicētes: quia appropinquabit regnū celorū. Infirmos curate, mortuos suscitate leprosos mundate, demones eijcite: gratis accepistis, gratis date. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: ꝛ simplices sicut columbe.

Psalm⁹ xxxviij. Offertoriū. Ueritas mea ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Munera tibi q̄s dñe oblata sanctifica: ꝛ intercedente p nobis beato rocho confessore tuo, p her oēs scelerū nostrorū placat⁹ maculas absterge: ꝛ sanitatē corporis ꝛ aīe nobis tribue. Per. Cōīo. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriā ꝛ magnū decorē impones super eum domine. ps. xx.

Postcōīo.

Sumpsimus dñe tua sctā beati rochi merita recolētes: psta q̄s vt eius semper ꝛ fideli muniamur auxilio, ꝛ magnifico proficiam⁹ exēplo. Per. ¶ In commemoratiōe sctī christofori martyris.

Officium.



Gloria ꝛ honore corōnasti eum: ꝛ cōstituisti eū sup opera manuū tuarū. ps. viij. p̄. Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Ibidem

Oratio.

Concede q̄s omps ꝛ misericors de⁹: vt q̄ beati xpofori martyris tui meōriā agim⁹: ei⁹ pijs meritis ꝛ intercessiōibus a morte ppetua, subitanea peste, fame, timore, paupertate: ꝛ ab oīb⁹ inimicorū nostrorū liberemur in terris. Per te iesu christe saluator mundi rex glorie, quē idē christofor⁹ meruit in suis humeris portare Qui viuis.

Lectio libri sapientie.

Eccli. xxxi B. Beat⁹ vir q̄ inuētus est sine macula: ꝛ qui post aurū nō abijt, nec spauit in thesauris pecunie. Quis est hic ꝛ laudabim⁹ eū: Fecit enī mirabilia in vita sua. Qui pbatus est i illo ꝛ perfectus inuētus est: ꝛ erit illi gloria eterna. Qui potuit trāsgredi ꝛ non est transgressus: ꝛ facere mala ꝛ non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: et elemosynas illius enarrabit oīs ecclesia sanctorum. Grad. Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide precioso. ps. xxi. V⁹. Desi-

derīū aīe eius tribuiſti ei:⁊ volūtate labiorū
p̄s.xxxiij. eiꝰ nō fraudaſti eū. Alla. ℣. Letabitur iu
ſtus in dn̄o ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur
oēs recti corde. Sequen. Organicis in
cōi.fo.iiij. Secundum Mattheum.
x.f In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipu
lis ſuis. Nichil optū qđ nō re
ueleť:⁊ occultū qđ nō ſciať. Qđ dico
vobis ī tenebrꝭ:dicite ī lumine. Et qđ
in aure auditis:p̄dicate ſuper tecta.
Et nolite timere eos q̄ occidūt corpꝰ:
animā aūt nō poſſunt occidere. Sed
potius eū timete:qui poteſt ⁊ animā
⁊ corpus perdere in gehennam. Nō
ne duo paſſeres aſſe veneunt:⁊ vnus
ex illis nō cadet ſuper terrā ſine p̄re
vr̄o: Ueſtri autē capilli capitis: oēs
numerati ſunt. Nolite ergo timere:
multis paſſeribꝰ meliores eſtis vos.
Ois ergo q̄ cōfitebiť me corā hoībus:
confitebor ⁊ ego eum corā patre meo
ps.viij. qui eſt in celis. Offr. Gloria ⁊ honore co
ronaſti eum:⁊ conſtituiſti eum ſuper opera
manuum tuarum domine. Secreta.
Accepta ſit in cōſpectu tuo dn̄e
nr̄a deuotio:⁊ eius nobis fiat
ſupplicatiōe ſalutaris, ꝑ cuiꝰ cōme
ps.xx. moratiōe deferť.p Cōio. Magna eſt glo
ria eiꝰ ī ſalutari tuo:gloriā ⁊ magnū decorē
impones ſuper eum domine. Poſtcōio.
Sacro munere ſatiati ſuppli
ces te dn̄e dep̄camur: vt quod
debite ſeruitutis celebramꝰ officio:ī
tercedēte btō chriſtoforo martyre tuo
ſaluatiōis tue ſentiamꝰ augmentū.
Per. ¶ Miſſa de.ſ.antonio ɔf. Offm̄
Uox ec
cleſie.



Gaudeamꝰ oēs in
dn̄o:diē feſtū cele
brātes ſub hono
re beati antonij
cōfeſſoris ſui: de
cuiꝰ cōmemora
tiōe gaudēt āge
li, et collaudāt fi
liū dei. Ps. Exultate iuſti in domino: re p̄s.xxxij.
ctos decet collaudatio. Oratio.
Deus q̄ cōcedis obtētu bti an
tonij cōfeſſoris tui morbidū i
gnē extingui, ⁊ mēbris egris refrige
ria p̄ſtari:fac nos ipſiꝰ meritis a ge
hēne incēdijs liberatos, integros mē
te ⁊ corpe tibi feliciter in gl̄ia p̄ſētari.
Per dominū. Lectio libri ſapientie.
Ecce cōfeſſor magnus q̄ in vita Eccle.l.
ſua probatꝰ eſt: ⁊ cognitus eſt A
in ōbis ſuis fidelis. Quaſi ſtella ma
tutina in medio nebule, ⁊ quaſi ſol re
fulgēs:ſic btūs antoniꝰ refulſit in tē
plo dei. Quaſi arcꝰ refulgēs inter ne
bulas glorie:⁊ quaſi flos roſarum in
diebus vernis. Quaſi lilia in trāſitu
aque:⁊ quaſi thus redolens in diebꝰ
eſtatis. Quaſi ignis effulgens:⁊ qua
ſi thus ardēs in igne. Quaſi vas au
ri ſolidum, ornatum omni lapide pre
cioſo. Quaſi oliua pullulās: ⁊ cypreſ
ſus in altitudine ſe extollens. In ac
cipiendo ipſū ſtolam glorie: ⁊ veſtiri
eū cōſummatione virtutis. Gr. Dn̄e
preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: p̄s.xx.
poſuiſti in capite eius coronā de lapide pre
cioſo. ℣. Uitam petijt ⁊ tribuiſti ei longitu Ibidem
dinem dierum in ſeculum ſeculi. Alleluia.
℣. Felix corpus et felix anima, felix virtus Eccl'ia.
ſancti antonij:cuius nomen collaudant om
nia:⁊ verentur gentes ⁊ populi: flammas i
gnis, orci incēdia, mox ſuffocat victor demo
nij:tua prece laude et gloria nos copula ſan
ctorū cetui alla. ℣. Antoni paſtor inclyte: q̄
cruciatos reficis, morbos ſanas et deſtruis,
ignis calorē extinguis: pie pater ad dominū
ora pro nobis miſeris. Sequētia.
In hac die letabūda: noſtri cho
ri plebs iocunda:pſallat cū tri
pudio. Et hac die triūphali, laudes
voto ſpiritali:pſoluat ātonio. Hic in
ſigni ſtirpe natus dono dei decoratꝰ:
effulſit virtutibus. Antra petit per

desertum, ne se vitijs insertũ mund⁹ fallat opib⁹. Quo viso serpens antiquus: xp̄i seruo inimic⁹: p̄parat insidias. Cellā subit sine mora, ꝛ quasi vgo decora: sibi dat blāditias. Quo cō perto miles fortis: inq̄t cubat fines mortis: super his carbonib⁹. Demon fugit ꝛ turbat⁹ mox demonib⁹ stipa t⁹: hũc cedit verberib⁹. Ieiunijs maceratus: mũdũ spernēs xp̄o gratus: carnis soluit debitum. Quicq̄d igne cruciatur gehēnali liberat: ob ipsius meritũ. Nunc exultās laureat⁹ stola vite decorat⁹: ī celesti culmine. Thronũ summe maiestatis, cũ spiritibus beatis: leto cernit lumine. Pie pater preciose: funde preces copiose: sũmo regi glorie. Pro presenti concione: vt in celi regione: melos canat glorie.

Secundum Mattheum.

xix. D I N illo tēpore. Dixit simon petrus ad iesũ. Ecce nos reliq̄m⁹ oīa: ꝛ secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jesus autē dixit eis. Amē dico vobis: q̄ vos qui secuti estis me: in regeneratione cum sederit fili⁹ hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis ꝛ vos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Et oīs qui reliq̄rit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomē meum: centuplum accipiet: ꝛ vitam

Psalm⁹ lxxxviij. eternā possidebit. Offer. Ueritas mea ꝛ misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

S Acrificiũ nostrũ q̄s dn̄e benignus intēde: quo sicut bti antonij precibus cruciat⁹ tēporales sanare nō desinis: ita exui misericorditer impetrem⁹ ab eternis. Per. Cōio.

Matth. xxiiii D Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: sup oīa bona sua cōstituet eum. Postcōio.

P Rosit nobis dn̄e ad salutē sacri muneris oblatio: per quā beati antonij salti suffragio: exēplo ipsi⁹ oīa tela nequissimi ignea extinguētes, sancto mereamur adiũgi cōsortio. Per. Offitiũ sequēs archangeli raphaelis potest celebrari p peregrinantibus vel itinerantibus: vt sicut tobiā sanum et incolumē duxit ꝛ reduxit: ita ꝛ eos reducat. Potest etiā celebrari pro cunctis infirmantibus et etiam a demonio obsessis: eo q̄ angelus est medicinalis: quia tobie visum restituit: ꝛ saram vxorē filij sui a demonio liberauit. Officium.

E Go sũ azarias anante magni filius: ego sum raphael archāgel⁹ vn⁹ ex septē qui astam⁹ āte cōspectũ dn̄i: pax vobis nolite timere: dominus exaudiuit p̄ces vestras: ꝛ misit me ad vos vt curem vos alleluia. P̄s. Benedicite dominũ omnes electi eius: agite diem leticie et confitemini illi. Oratio. Thobi. xii. C

D Eus q̄ beatũ raphaelē archāgelũ tobie famulo tuo properāti premitũ direxisti: ꝛ inter huī⁹ vite ac vie varietates atq̄ discrimina donasti custodē: da q̄s vt eiusdē protegamur auxilio: quatenus ꝛ vite presentis vitem⁹ pericula, et ad gaudia valeamus peruenire celestia. Per d.

Lectio libri Tobie.

D Ixit angel⁹ raphael ad tobiā xii. B Etenī sacrm̄ regis abscōdere bonũ est. Opa aũt dei reuelare ꝛ cōfiteri: honorificũ est. Bona est orō cũ ieiunio ꝛ elemosyna: magis q̄ thesauros auri recōdere. Qm̄ elemosyna a morte liberat: ꝛ ipsa est q̄ purgat peccata, et facit inuenire vitam eternā. Qui aũt faciunt peccatũ et iniquitates: hostes sunt anime sue. Manife-

sio ergo vobis veritatẽ: & nõ abscõdã a vob; sermonẽ occultũ. Qñ orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos & derelinquebas prãdiũ, & abscõdebas mortuos p diẽ in domo tua, et nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam dño. Et qr acceptus eras deo: necesse fuit vt tentatio probaret te. Et nunc misit me dñs vt curem te: & sarã vxorem filij tui a demonio libe rẽ. Ego sum raphael angelus, vnus ex septem q astamus ante dominũ. Cũ hec audissent turbati sunt: & tre mentes ceciderunt super terrã in fa ciẽ suã. Dixitq; eis angelus. Pax vo bis: nolite timere. Etenim cum essem vobiscum: per volũtatem dei eram. Ipsum bñdicite & cantate illi. Vide bar qdem vobiscũ mãducare & bibe re: sed ego cibo & potu inuisibili q ab hoib⁹ videri nõ potest, vtor. Temp⁹ ergo est vt reuertar ad eũ qui me mi sit. Vos aũt bñdicite dñm: & narrate
Tobie. xij A omnia mirabilia ei⁹. Gr. Angelus ra
phael apprehendit & ligauit demonem. Vs.
To. v. b Magnus dñs noster, & magna virtus eius. Alla. V. Missus est raphael angel⁹ a deo ad tobiam: & salutauit eum & dixit ei: gaudiũ sit tibi semper. Alla. V. Angele medicina lis mecum sis perpetualis: & sicut fuisti cum tobia, ita sis mecum in via. Alla. V. Ange lũ nobis medicum salutis mitte de celis ra phael, vt oẽs sanet egrotos, pariterq; nr̃os
Matth. xxviii A dirigat actus. Alla. V. Angel⁹ dñi descen
dit de celo: & accedẽs reuoluit lapidẽ, & sede bat sup eũ. Secundum Joannem.
Jo. v. A In illo tpe. Erat dies festus iu deorũ: & ascendit iesus hieroso lymã. Est aũt hierosolymis pbatica piscina q cognominat hebraice beth saida: quinq; portic⁹ habens. In his iacebat multitudo magna languen tium, cecorum, claudorum, aridorũ: expectantium aque motũ. Angelus aũt dñi secundũ tempus descẽdebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinã post motionem aque: sanus fiebat a qua cunq; detinebatur infirmitate. Offer torium. In honore sancti raphaelis psallat
Eccl'ia. militans ecclesia: qui virtute dei patris liga uit demonem, et tobie visum reddidit quo pri uatus fuerat alleluia. Secreta.

Mitte deus archãgelũ tuũ ra phaelẽ tuũ medicamine opificẽ, qui sanitatẽ mẽtis reportet & corpis: mieq; celestis donũ infundat: et q in nobis sunt aduersa deponat: vt qui nostra iniquitate tabescimus: de tua quam nõ meremur pietate letari cõ cedas. Per. Cõio. Jubil⁹ summe laudis
Eccl'ia. resonet in ore omniũ: ad laudẽ beati raphae lis archãgeli: vt ipse cuius memoria agitur in terris, ad deum pro nobis intercedat in ce lis alleluia. Postcommunio.

Dirigere dignare dñe deus in adiutoriũ nr̃m raphaelem ar changelum: et quẽ tue maiestati sẽp assistere credim⁹: tibi nr̃as exiguas preces benedicendas assignet. Per.

Missa de sancto gabriele. Officiũ.



Gaudeam⁹ oẽs in dño: diẽ festũ cele
Eccl'ia. brãtes sub hono re gabriel; archã geli: de cui⁹ solen nitate gaudẽt an geli, & collaudãt filiũ dei. ps. Bñdi
ps. cii. cite dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis volunta tem eius. Oratio

Absterge qs dñe xpiani populi caliginẽ tui luminis illustra tiõe: & presta vt beati gabrielis archã geli tui salutatiõe, & oim angelorum tuorũ protectiõe munit⁹: in tua sem per visitatione clarescat. Per dñm.

Lectio danielis prophete.

ix. F. IN diebus illis. Cũ loq̃rer ꝛ orarẽ ꝛ cõfiterer pctã mea ꝛ pctã populi mei israel, vt psternerẽ pces meas ĩ cõspectu dei mei p mõte sctõ dei mei: adhuc me loquẽte in orone mea: ecce vir gabriel quẽ viderã in visiõe a principio cito volãs tetigit me ĩ tpe sacrificij vesptini. Et docuit me: ꝛ locutus est michi. Dixitq;. Daniel, nũc egressus sum vt docerẽ te: ꝛ intelligeres. Ab exordio pcũ tuarũ egressus est sermo: ego aũt veni vt indicarẽ tibi, q̃ vir desideriorũ es. Tu ergo animaduerte sermonẽ: ꝛ intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt sup populũ tuũ ꝛ super vrbẽ sanctã tuã: vt cõsumet̃ puaricatio, ꝛ finẽ accipiat pctm̃, ꝛ deleatur iniquitas, ꝛ adducat̃ iustitia sempiterna, ꝛ impleat̃ visio ꝛ pphetia, et vngatur sanctus sanctorũ. Scito ergo ꝛ animaduerte ab exitu sermõis: vt iterũ edificetur hierusalẽ vsq; ad christum ducem. Gr. Preco fulgẽs splẽ-

Ecclia. dore nimio, gemma lucens celesti radio, desolatis sis consolatio, ꝛ tentatis firma protectio. ℣. Tu gabriel qui frangis carceres captiuorũ, respice pauperes: ꝛ fac eos ad vitam celeres. Alla. ℣. Per te preco opus mirabile altũ nimis fit ꝛ spectabile, per te nobis fiat possibile qđ rogamus ꝛ impetrabile. Tr.

ATe preco virgo amabilis, preter morem effecta fertilis: veneratur vt sit placabilis deus noster ne sit terribilis. ℣. Virginisq; iocũda facies te gabriel et mira species letificat: sit nobis requies qua si placet nos tecũ socies. ℣. Nunc igitur preco accelera pie matris precare viscera: nato monstret pectus ꝛ vbera, tu ab hoste nos tecum libera. Prosa.

PRoloquium altum recitemus gabrielis, vt nos incitemus ad amorem, oẽs vocitemus ad has laudes, corda ora demus. Imperatrix cuius imperio, tota gaudet celestis concio: tãta laus est tibi in filio, q̃ humana nõ capit ratio. Benedicta ꝛ venerabilis, pia prudens decora nobilis: vniuersis incõparabilis: tibi nunq̃ fuit consimilis. Te creauit pater ingenitus, obumbrauit te vnigenitus: fecundauit te sanctus spiritus, tu es facta tota diuinitus. Te creauit deus mirabilem, te respexit ancillam humilem: te quesiuit sponsam amabilem: tibi nunquam fecit consimilem. Te beatam laudare cupiũt omnes sancti sed nõ sufficiunt: nam tot laudes tibi conueniunt, q̃ laudãtes omnes deficiũt. Quia tamen caput es virginum: ꝛ laus summa nõ habens terminũ: angelorũ laudes ꝛ hominũ, promereris prima post dominum. Cum sisteret humani generis: loqui preco dignior ceteris: vale dicit regina etheris, cuius sedes manet in superis. Vale sancta sanctorũ omnium, laus ꝛ honor decus fideliũ: aula christi domus palatium, deitatis reclinatoriũ. Euangelium. Missus est gabriel. Require feria quarta quatuor temporum aduentus. Et dicitur Credo. Offertoriũ. Fortis preco Ecclia. omnes communiter impugnamur ab hoste fortiter: ꝛ interdum vincimur turpiter, sed iuua nos misericorditer. Secreta.

MUnera sacrificij nostri (quesumus) omnipotẽs deus in corpus ꝛ sanguinem filij tui conuerte: quem diuinissimus gabriel archangelus de beata maria virgine nũciauit nasciturum saluatorem mundi: dñm nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat.

Communio. O gabriel refoue flebiles, Ecclia. egros sana, conforta debiles: fac nos mites semper ꝛ humiles, et in fide fortes et stabiles. Postcommunio.

BEati gabrielis archangeli tui de⁹ nr̃, sanctorũq; omniũ celestiũ ṽtutũ recolentes memoriã, letifi cet intercessio: atq; eor sumpta vene ratiõe sacramẽta pficiãt ad salutẽ. p.

¶Missa cõpassionis siue lamẽtatio nis beate marie virginis. Officium.

Thre. i. G Ide dñe qm̃ tribulor cõturbatus est vẽter meus, submersũ est cor meũ in memetipsa: qm̃ amaritudine

Ibidem plena sum pls. Posuit me dñs desolatam: tota die merore confectã. Gloria patri. Oratio.

PIetate tua (q̃s) dñe iesu clemẽtissime, q̃ pro nobis pctõribus mortẽ subiẽs tẽporalẽ: nec pprio corpori nec materno dolori parcere voluisti: presta vt nos passionis tue memoriã eiusdẽq; matris tue mestitiã recolentes, vobiscũ felicitatis eterne simus participes. Qui viuis.

¶Lectio hieremie prophete.

Thre. ii D IN dieb⁹ illis. Dixit hieremias propheta. Cui comparabo vel cui assimilabo te, virgo filia hierusalẽ? Cui adequabo te, et consolabor te virgo filia siõ? Magna est eñ velut mare cõtritio tua: q̃s medebitur tibi? Plauserũt sup te manib⁹ oẽs trãseũtes per viã: sibilauerũt et mouerũt capita sua sup filiã hierusalẽ. Aperuerũt sup te os suũ oẽs inimici tui: sibilauerũt et frenduerũt dẽtib⁹, et dixerũt. En ista est dies quã expectabamus. Fecit dñs q̃ cogitauit: cõpleuit sermonẽ suũ quem perceperat a diebus antiquis. Destruxit et nõ pepercit, et letificauit super te inimicũ: et exaltauit cornu hostiũ tuorum. Deduc quasi torrentem lachrymas: per diẽ et noctẽ non des requiem tibi: neq; taceat pupilla oculi tui. Cõsurge et lauda in nocte: in principio vigiliarum. Effunde sicut aquã cor tuũ: in cõspectu dñi. Gr. Omnes inimici mei audierũt Thre. i malum meum: letati sunt quoniã tu fecisti, quia ingemisco ego et non est qui consoletur me. Vers. Multi enim gemitus mei, et cor meum merens: quia dominus me posuit amarã. Alla. V. Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorũ in israel, Luce. ij E et in signum cui contradicetur: et tuam ipsius aĩam pertrãsibit gladi⁹. In tpe pas. scõz Alla. V. Omnes inimici eius apprehende Th. i. A runt eam inter angustias: vnde desolata est vehementer non habẽs consolatorẽ. Aliud Alla. in eodẽ. Ix. V. Posuit me domin⁹ ibid. D desolatã, tota die merore confectam. In tẽpore quadragesimali. Tractus.

VSq; quo dñe obliuisceris me i finẽ: ps. xii vsq; quo auertis faciẽ tuã a me? V. Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? V. Vsq; quo exaltabitur inimicus meus super me? respice et exaudi me domine deus meus. V. Quoniã tu domine suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te. V⁹. Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. V. Et ne auertas faciẽ tuam a puero tuo: quoniã tribulor velociter exaudi me. V. Respice in me et miserere mei: da imperiũ puero tuo, et saluum fac filium ancille tue. Sequentia.

MEste parẽtis christi marie lachrymas, eia nũc recole plebs agni mitis cruore redẽpta. Qui generis humani collapsi maculas, purpurea lauit in cruce: vulnera passus cruẽta. Sputa, clauos atq; ludibria: spinas tulit, et seua verbera. Mater cernẽs tãta supplicia: flet discerpẽs pectus et vbera. Heu me clamat, heu me congeminat, plorãs tristis q̃ sede replicat: fili dulcissime cur ista pateris? Cur cõfix⁹ in cruce moreris, ac si reus fuisses sceleris: cum nichil vnq̃

mali cōmiseris? Heu me clamās dat alta suspiria: dicēs, cur vita sic durat anxia? cur non morior? mors aut cur michi parcit? Que mater vnq̄ queve puerpera: nati dilecti tanta supplicia, videre simul ꝫ vltra viuere possit? Est ista ne gratia, quā sic michi retulisti gabriel? dicens. Aue maria gratia plena. Sunt michi cōtraria que prius promisisti: cū michi nūc ꝓ gratia sunt dolor ꝫ pena. Inter omnes me dixisti mulieres bn̄dictam: omnes nunc videre possunt me gemētē ꝫ afflictam. De hoc senex simeon prophetat, dicens vt euāgelista narrat. Ecce positus est in ruinā tuus iste filius. Et tuam ipsius animā pertrāsibit gladius. Mater leta concepisti ꝫ dolorē nō sensisti: quādo virgo peperisti tuum vnigenitum. Cū vsura nunc soluisti, penas quas tunc euasisti: vidēs modo morte tristi mori tuū filium. Sic stat mater desolata: iam non mater sed orbata: dulci suo filio. Plangit plorat prestolat, quoadusq̧ deponatur corpus de patibulo. O lachrymosus intuitus, sedet semimortua parens: ꝫ extincti funeris in gremio tenet exuuias. Omnia pererrat stigmata locaq̧ cruenta clauorum: necnon ꝫ plagas singulas. Videt spinoso precincta tempora serto: ꝫ in latere patentes cordis ianuas. O grauis dolor, ꝫ gemitus. Nati quondā speciosa mēbra modo liuida: tractat mater inter manus teneras. Amplexatur osculatur ora facta pallida propter penas atq̧ plagas asperas. Manus torquēs exclamauit, fletuq̧ corpus rigauit: stillans vt riuos lachrymas. Venit tandem ioseph pius corpus inuoluēs sindone: venit atq̧ nicodemus perfundens illud vnguine. Post in monumento nouo preparabant recondere. Quis potest fletū tenere licet corde sit saxeo, ꝫ nō simul condolere in hoc planctu virgineo? Qui cum ipsa nescit flere: non est ei compassio. Qui scrutator scripturarū est videbit feminarum planctus amarissimos. Anna samuelis orat: temulēta que dū plorat putatur per emulos. Vox rachelis vlulātis in rama personuit: suos filios plorantis consolari noluit. Tristis noemi dolebat, seua morti dum trahebat maritum cum filijs. Annaq̧ tobie flebat, quando pater hunc mittebat rages pro pecunijs. Anna mater samuelis annaq̧ tobie, ꝫ noemi si credamꝰ scriptis hieremie: plorabant cum lachrymis. Sed ad lachrymas amaras v̄ginis marie, matris christi crucifixi veriq̧ messie: non est planctus similis. Ergo mater iesu christi propter penas quas tulisti pro tuo dulci filio: des vt tecum hic ploremus ꝫ cor nostrum perforemus compassionis gladio. Sic o virgo dolorosa fac nos tecum lachrymosa sentire suspiria: vt post vitam infelicem habeamus te ductricem ad eterna gaudia.

Secundum ioannem.

In illo tempore. Stabāt iuxta crucē iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe: ꝫ maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem, ꝫ discipulum stantem quē diligebat: dixit matri sue. Mulier, ecce filius tuꝰ. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eā discipulus in suā. xix.

Offertoriū. Christum cruce mortuum nostros ob defectus, mesta mater aspicit pios per affectus: ꝫ exclamat lacerans capillos ꝫ pectus. heu me iacet filius meus hic despectus, nuper inter milia qui fuit electus, vt myrrhe fasciculus meus sit dilectus. Secreta.

HOstias q̄s omnip̄s redemptor in memoriā acerbissime passiōis tue, lachrymosiq3 doloris quem pia virgo mestissima mater pro tua morte sustinuit, tibi sacrandas propitius intuere: & presta vt per eas pietatis & compassionis lachrymas tibi viuo & vero deo cum eadem sanctissima matre tua valeamus offerre. Qui viuis.

Eccl'ia. Cōio. De cruce depositum videns corpus christi: mesta mater lachrymans atq3 vultu tristi: dixit, o dulcissime fili quid fecisti, q̄ has penas asperas & mortē subisti. Postcōio.

REdemptor noster saluator eterne deus, fragilē facturam tuā nos pietatis oculo respicere digneris: & presta vt qui preciosi corporis & sanguinis tui sacrosancta mysteria pro totius populi salute oblata percepimus: per hec ad cōpassionis lachrymas tueq3 mestissime matris deuotionem, facilius accēdamus. Qui vi.

Missa de sancta barbara. Offm.

p̄.cxviii. 

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regū, & nō cōfundebar: et meditabar in mandatis tuis q̄ dilexi nimis. p̄s. Beati immaculati i via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

DEus cuius dilectionē btā barbara omni terreno amori antepostuit: presta q̄s vt cuius martyrij triumphū hodierna die recolimus, eius suffragijs ad celestia regna peruenire possim⁹. Per. Ep'la. Gaudēs

p̄s.xlv gaudebo. in cōi.fo.xvj. Gr. Adiuuabit eam deus vultu suo, deus in medio eius non commouebitur. V. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculū

Eccl'ia. suum altissimus. All'a. V. Hec est virgo sapiens quā dn̄s vigilantē inuenit. Sequē. Virginis venerāde. in cōi.fol.xvi. Euāg. Sile est regnū celorum thesauro. in cōi.fo.xv. Offm. Filie regum in honore p̄s.xliiij tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Secreta.

HOstiam nostre deuotionis tibi dn̄e offerimus: quā precib⁹ beate barbare martyris tue acceptabilē maiestati tue esse deposcimus. Per.

Cōio. Principes persecuti sunt me gratis: p̄.cxviij & a verbis tuis formidauit cor meū: letabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa: concupiuit anima mea testimonia tua dn̄e: & dilexit ea vehemēter. Postcōio.

VT nobis dn̄e veri corporis et sanguinis filij tui sit fructuosa perceptio: beate barbare martyris tue nos tibi iugiter cōmēdet oratio. Per eundem dominum nostrum.

¶ Nota q̄ iste tres orōnes sequē. de passione dn̄i nr̄i cōposite fuerūt a papa innocētio tertio, q̄ dicētib⁹ eas cū deuotiōe cōcessit mltas indulgētias

DOmine iesu christe fili dei viui q̄ pro redēptione nostra nasci & circuncidi voluisti, & a iudeis reprobari, a iuda osculo tradi, capi & ligari: & cū vinculis anne, caiphe, herodi, pilato offerri, & corā eis illudi: colaphis, alapis, flagellis, arundine cedi: facie velari & sputo cōspui, spinis coronari, falsis quoq3 testibus accusari, iudicari, & vt agnus innocēs tuā crucē ferendo ad victimam duci, clauis perforari, felle & aceto potari, atq3 in cruce morte turpissima condemnari: ac lancea vulnerari: tu per has sacratissimas penas ab omnib⁹ peccatis & penis nos libera: & per sanctā crucem tuam illuc perduc nos miseros peccatores, quo perduxisti tecum crucifixum latronem sero penitentē. Qui viuis & regnas de⁹. Per omnia secula seculorum. Secreta.

Auxilietur nobis pie domine iesu christe omnipotēs passiones tue: et defendāt nos ab omni dolore & tristitia, ab omni periculo & miseria, ab omni peccato & cordis immūditia, ab omni scandalo et infamia, a morbis malis anime et corporis, et a morte subitanea et improuisa: et ab oi persecutione inimicorum visibiliū et inuisibilium. Scimus enim q in quacunq hora vel die, passionis tue memoriā habuerimus: salui erim⁹. Ideo de immensa tua pietate cōfisi: te deprecamur piissime saluator per benignissimas sacratissimasq passiones tuas: vt benigno nos ptegas auxilio: et continua pietate ab omni malo nos conserues. Qui viuis & regnas deus. Postcommunio.

Domine deus de deo, lumē de lumine: qui humanū genus ex precepto patris in patibulo crucis proprio sanguine redimere dignat⁹ es, te suppliciter exoramus: vt nō secundū peccata nostra facias nobis: sed secundū misericordiam tuam salnos nos fac īdignos famulos tuos. Tu quoq exurge in adiutorium nostrum, et esto nobis turris fortitudinis: et clypeus inexpugnabilis iustitie, a facie tam corporalis q incorporalis inimici. Atq ab omni peccato et pena misericorditer nos libera: et ab omni aduersitate corporis et anime clementer nos defende. Qui vi.

¶ Omnibus duplicib⁹ festis per annum siue fiat de tēporali siue de fest. sanctorum: dicitur vnum istorū. Kyrie. cum suis versic. pro dispositione cantoris: ita tamen q in festis maioribus duplicibus dicitur Deus creator omnium. et in ceteris duplicibus alia per ordinē: vz Kyrie rex genitor. Kyrie fons. Kyrie omnipotens. Kyrie rex splendens. Lux et origo. Cunctipotens. Conditor. Kyrie omnium. Orbis factor. Ita tamen q in die epiphanie, et in die pentecostes, et in festo corporis christi: dicitur Kyrie fōs. In festo sancti michaelis in mēse septembris dicitur Kyrie rex splendens. cum suis versibus. In fest. sancti dunstani et sancti michaelis ī mōte tumba: dicitur Kyrie rex splēdēs. absq versibus. In vtroq festo sancte crucis dicitur Lux & origo. cum suis versibus.

Deus creator omniū, tu theos ymon: nostri pie eleison. Tibi laudes coniubilantes regū rex christe oramus te: eleison. Laus virtus pax et imperium cui est semper sine fine: eleison. Christe rex vnice patris almi nate coeterne: eleison. Qui perditum hominē saluasti de morte redde ns vite: eleison. Ne pereant pascue oues tue, iesu pastor bone: eleison. Cōsolator spiritus: supplices ymas te exoramus eleison. Uirtus nostra domine atq salus nostra in eternū: eleison. Summe deus et vne, vite dona nobis tribue misertus: nostriq tu dignanter: eleison.

Kyrie rex genitor ingenite, vera essentia: eleisō. Kyrie luminis fons, rerumq conditor: eleison. Kyrie q nos tue imaginis signasti specie: eleison. Christe dei forma humana particeps: eleisō. Christe lux oriēs per quem sunt omnia: eleison. Christe qui perfecta es sapientia: eleison. Kyrie spiritus viuifice, vite vis: eleison. Kyrie vtriusq vapor in quo cūcta: eleison. Kyrie expurgator scelerꝫ et largitor gratie. Quesumus propter nostras offensas noli nos relinquere. O consolator dolentis anime eleison.

Kyrie fons bonitatis, pater ingenite: a quo bona cuncta procedunt: eleison. Kyrie qui pati natū mundi pro crimine: ipsum vt saluaret misisti: eleison. Kyrie qui septiformi dasdona pneumate: a quo celum terra replentur: eleison. Christe vnice dei patris genit, quem de virgine nasciturum mundo mirifice sancti predixerunt prophete: eleison. Christe agye celi cōpos regie, moles glorie cui semper astat pro numine angelorum decantans apex: eleison.

Christe celitus nostris assis precibus pronis mentibus quem in terris deuote colimus: ad te iesu pie clamantes: eleison. Kyrie spiritus alme coherens patri natoq; vnius vsie consistendo fluens ab vtroq;: eleison. Kyrie qui baptizato in iordanis vnda christo effulgens specie colūbina apparuisti: eleison. Kyrie ignis diuine, pectora nostra succende: vt digne pariter proclamare possimus omnes eleison.

Kyrie omnipotens pater ingenite, nobis miseris eleysō. Kyrie qui proprio plasmatum filio redemisti: eleison. Kyrie adonai nostra dele crimina, plebiq; tue eleison. Christe splendor glorie, patrisq; figura substātie: eleison. Christe qui patris mūdum precepto saluasti nobis eleison. Christe salus hominum, vitaq; eterna angelorum: eleisō. Kyrie spiritus paraclite largitor venie: nobis eleison. Kyrie fons misericordie septiformis gratie: eleisō. Kyrie indultor piissime procedēs ab vtroq;. Charismatum dator largissime, doctor viuifice clemens eleison.

Kyrie rex splendens celi arce salue iugiter: & clemens plebi tue semper eleison. Hymnidice quem turme cherubin, laude perenniter proclamant: incessanter nobis eleison. Insigniter caterue precelse, et quibus seraphin respondent te laudantes: nostri eleison. Christe rex altithrone, ordines angelorum nouem quem laudāt incessanter pulchre: dignare seruis tuis semper eleison. Christe quē toto orbe vnica ecclesia hymnizat: sol et luna, astra, tellus, mare cui & famulantur semper: eleison. Ipsi idem inclyte patrie perpetue heredes sancti omnes digno carmine proclamāt ꝙ ouanter nobis eleison. Virginis pie marie o alma proles rex regum benedicte redemptor, cruore mercatis proprio mortis ex potestate: semper eleison. Insignissime ingenite, o genite origine iam expers, et sine virtute excellēs omnia: caterue huic tue clemens eleison. Limpidissime glorie sol, iustitie arbiter, omnes gētes districte dum iudices: turme obnixe precamur tunc astanti clemens eleison.

Lux et origo lucis summe deus: eleison. In cuius nutu cuncta constant semper: eleison. Qui solus potes misereri nobis eleison. Redēptor hominum et salus eorum: benigne nobis eleison. Per crucem redēpti a morte perenni, te exoramus eleison. Qui es verbum patris sator pietatis, lux veritatis: eleison. Paraclite spiritus sancte deus: nobis eleisō. Medicina nostra & misericordia: eleison. Trinitas et vnitas sancta: nr̄i semper eleison.

Cunctipotens genitor deus omni creator: eleison. Fōs & origo boni pie luxq; perennis: eleison. Saluificet pietas tua nos bone rector: eleison. Christe dei splendor virtus patrisq; sophia: eleison. Plasmatis hu-

mani factor, lapsi reparator: eleison.
Ne tua damnetur iesu factura beni
gne: eleison. Amborum sacrum spi
ramen nexus amorque: eleison. Proce
dens fomes vite fons purificans vis:
eleison. Purgator culpe venie largi
tor optime. Offensas dele, sacro nos
munere reple. Spiritus alme: elei
son.

Conditor kyrie omnium, ymas
creaturarum eleison. Tu no
stra delens crimina: nobis incessanter
eleison. Ne sinas perire facturam: sed
clemens ei eleison. Christe patris v
nice natus de virgine nobis eleison.
Mundum perditum qui tuo sangui
ne saluasti de morte: eleison. Ad te
nunc clamantum preces exaudias
pius: eleison. Spiritus alme tua nos
reple gratia: eleison. A patre et nato
qui manas: iugiter nobis eleison.
Trinitas sancta, trinavnitas simul
adoranda. Nostrorum scelerum vin
cula resolue redimens a morte. Omnes
proclamamus nunc voce dulciflua:
deus eleison.

Orbis factor rex eterne: eleison.
Pietatis fons immense: eleison.
Noxas omnes nostras pelle: eleison
Christe qui lux es mundi dator vite:
eleison. Arte lesos demonis intuere:
eleison. Conseruans in te credentes con
firmansque: eleison. Patrem natum teque
flamen vtrorumque: eleison. Deum sci
mus vnum atque trinum esse: eleison.
Clemens nobis assis paraclite vt vi
uamus in te: eleison.

¶ Hec prosa debet dici fer. ii. post
pascha.

Zymavetus expurgetur, vt sin
cere celebretur: noua resurre
ctio. Hec est dies nostre spei, huius mi
ra vis diei: legis testimonio. Hec egy
ptum spoliauit, et hebreos liberauit
de fornace ferrea. His in arcto consti
tutis, opus erat seruitutis lutum la
ter palea. Iam diuine laus virtutis:
iam triumphi, iam salutis: vox erum
pat libera. Hec est dies quam fecit do
minus, dies nostri doloris terminus
dies salutifera. Lex est vmbra futu
rorum, christus finis promissorum: qui
consummat omnia. Christi sanguis
igneam hebetauit rompheam: amo
ta custodia. Puer nostri forma risus
pro quo veruex est occisus: vite signat
gaudium. Ioseph exit de cisterna: ie
sus redit ad superna: post mortis sup
